


LAPVS ABBAS SANCTI MINIATI EGREGII DECRETOR. DOCTORIS

SVPER LIBRO SEXTO DECRETALIVM ET CLEMENTINIS

CVM SVMMARIIS, ET EORVM Indice Alphabetico.







ROMÆ, IN ÆDIBVS POPVLI ROMANI
APVD GEORGIVM FERRARIVM. M. D. LXXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTR.^MO AC REVER.^MO D.D. ANT. MARIAE SALVIATO S.R.E. PRESB. CARD. AMPLISS.


DOMINICVS TVSCVS IVRIS CONSVLTVS REGIENSIS, SERENISSIMI MAGNI DVCIS ETRVRIAE AVDITOR

S. P. D.



IAMPRIDEM cum legum ſcientiæ haud dubiè aliarum omnium præclariſſimæ, vt pote qua cuncta ferè humana reguntur, acriter incumberem, atque ex multiplici tùm veterum, tum recentium ſcriptorum lectione animaduerterem; quò plus ætas noſtra antiquis illis Iuriſconſultis debet, qui ſuis laboribus, atque vigiliis tantum ſplendoris & opis huic facultati attulerunt: eò magis dolendum eſſe, multa eorundem commentaria in materiis admodum grauibus & vtilibus conſcripta, ſiue temporum vetuſtate, aut calamitate deperdita, ſiue aliis caſibus occultata, impreſſa non haberi: propterea in illis conquirendis omnem induſtriam ſtudiumque meum collocare decreui. Itaque collectis vndique per triginta annorum ſpatium compluribus eius generis elucubrationibus manuſcriptis, illiſq; accuratè perlectis & reuolutis, multa cognitu digna inueni; ſenſique me, vt dici ſolet, nec oleum nec operam perdidiſſe. Cæterùm poſtquam hucuſq; optatum laboris mei fructum in cauſis & negotiis magni momenti, quæ mihi occurrerunt, tractandis, & iudicandis conſecutus ſum; putaui nunc ad officium hominis minimè inuidi, nec illiberalis pertinere, hæc ipſa bona aliis communicare, atque adeo ad vtilitatem publicam in lucem edere. Sed quia multa ſunt volumina, ad quæ imprimenda non paruo labore & tempore opus eſt; viſum fuit interea ab hoc libello Lapi de Podio Bonici Abbatis Sancti Miniati, qui etſi paruulus eſt, meo tamen iudicio maximi eſt ponderis, initium facere. Huic cum dandus eſſet patronus, cuius præſidio & auctoritate muniretur; neminem iure optimo te habui potiorem. Quid enim rectius, quàm clariſſimo & omni laudum genere præſtantiſſimo viro, ſcientiarumque, ac virtutum omnium cultori & fautori diligentiſſimo labores, partuſque eorum, qui de Republica bene meriti ſunt,

consecrare & commendare ? Præterea cum ego maximis tuis beneficiis & meritis in omni mea vita, & præcipuè quum vicelegati munere apud te Bononiæ superioribus annis functus fui, obstrictus, atque deuinctus sim; fruarq́. sæpe iucundissima illius temporis recordatione, quo vidi, te summa integritate, singulari fide, eximia prudentia, iustitia, ac vigilantia id effecisse, quod ab aliis antea tentatum frustra fuerat, & vix à quoquam fieri posse credebatur; nempe ciuitate Bononiensi, quæ intestinis discordiis & malis grauiter laborabat, egregiè ad obsequium composita, pristinam ei quietem, pacem, & securitatem breui admodum tempore restituisse; cui tandem alij, nisi tibi quidquid hoc est laboris industriæq́ue meæ dicare potui aut debui ? Suscipe igitur Amplissime & ornatissime Cardinalis, alacri & benigno, vt soles, vultu exiguum hoc grati & deuoti animi mei indicium, ac signum, & reliqua, si vita viresq́ue suppeditabunt, expecta. Vale.



IVRIS

IVRISCONSVLTORVM NOMINA QVORVM SCRIPTA EXTANT

apud D. Dominicum Tuſcum I. C. Regienſem, Sereniſs. Magni Ducis Etruriæ Auditorem, nondum excuſa.

Andreas de Ciafis Piſanus ſuper ff. veter. & Cod.
Angelus Aretinus ſuper ff. No.
Andreas de Barulo ſuper iij. lib. Cod.
Bulgarus in l. Gallus, & aliquæ repetitiones.
Baldus Nouellus ſuper Infort.
Barzius ſuper ff. vet.
Compoſtellanus Iunior ſup Decretal.
Conſilia diuerſorum Auctorum.
Dynus ſuper ff. vet. & Infort. & No.
Franciſcus Tigrini ſuper Cod.
Franciſcus Albergottus ſuper ff. vet.
Guido de Suzaria ſuper ff. vet. & Cod.
Hieronymus Tortus ſuper Cod.
Honuphrij Bartholini repetitiones.
Ioannes Fantucius ſuper Decreto.
Incertus Auctor ſuper Sexto.
Iacob. de Beuluiſio ſup ff. vet. & Cod.
Idem ſuper Inſtitut. de actio.
Eiuſdem quæſtiones.
Iacobus Butrigarius ſuper ff. vet.
Ioannes Petrucius de Monteſperello ſuper ff. vet. & Cod.
Ioannes de Graſſis ſuper ff. No.
Iacobus Puteus ſuper Infort. & No.
Opizo ſuper ff. vet.
Paulus de Eleazaris ſuper Clement.
Petrus Ceruetus ſuper vſibus feud.
Pilley quæſtiones.
Quæſtiones diuerſorum.
Ricardus Malumbra ſuper ff. vet. & Cod.
Rainerius de Forliuio ſuper Infort.
Ruffus ſuper Infort.
Rodulphus de Anciora ſuper Inſtit. de actio.
Signorolus de Homodeis ſuper Cod.
Tiberius de Peruſio ſuper Inſtitut. de actio.
Tractatus plurimi diuerſorum Auctorum.

DOMI-

DOMINICVS TVSCVS LECTORI S.





APVS *fuit de Podio Bonici, ex familia de Tuctis, & Abbas sancti Miniati propè Florentiam, vt testatur Lapus de Castiglionchio in sua alleg. 101. in princip. Is egregia in iure Pontificio commentaria scripsit, nempè super Decreto, prout eum citat Cald. in cons. 46. aliàs 8. de cõsuet. circa fi. & hac super Sexto & Clementinis, quæ ferè per tercentos annos in latebris sita, nunc tandem in lucem prodeunt. Fuit discipulus Jo. Andreæ, & tamen eum vti præceptorem in arduis consulebat. erat enim maximæ auctoritatis, vt attestatur Fed. de Senis in cons. 11. & 236. circa fin. & 291. & Cald. cons. 224. aliàs 3. de præben. circa medium. Quòd vero hic Lapus Abbas (quidquid nonnulli in contrarium dixerint) fuerit diuersus ab illo de Castiglionchio, qui fecit allegationes, nulli dubium esse debet, vt ex allegat. eiusdem Lapi 6. ante num. 2. & alleg. 75. num. 5. apparet. Imò hunc fuisse præceptorem illius de Castiglionchio verisimile est, cum eum dominum suum appellet in alleg. sua 46. num. 6. & 118. col. fin. & 120. circa fin. & 121. num. 3. & alibi sæpe. Et licet senior esset Baldo, fuit tamen quandoque cum Baldo, vt per Lapum alleg. 105. Quæritur, vbi apparet, quòd fuerunt insimul super eodem casu Lapus Abbas, Baldus de Perusio, & Lapus de Castiglionchio. De huius eruditione multa dicere prætermitto, quia satis opus præsens, quantum scientiæ & eruditionis habuerit, demonstrabit.*

Cæterùm quod ad impressionem attinet, si in hoc opere multa aut parum emendata, aut mutilata tibi occurrent; ne mireris: Singulare enim exemplar nobis fuit, ab alio quidem, quod apud doctum virum Carolum Garellum causarum patronum in ciuitate Bononiæ extat, exscriptum, quampluribusque verbis obscuris, incompositis, ac abbreuiaturis, vt aiunt, incognitis, refertum: adeo vt is etiam qui scripsit, se potius pinxisse fateatur. Satius igitur visum est, ea vt accepimus relinquere, quàm de nostro sarcire. Errata quoque, quæ inter imprimendum obrepserunt, hìc minimè apponuntur. huiusmodi enim sunt, vt homo intelligens facile per se ipse & cognoscet & emendabit. Jn bonam ergo humanissime lector partem accipe quod tibi offertur, eoq́ lætus fruere, & memoriam Lapi, qui te hisce bonis donauit donis, grato animo colito, & vale.

LAPVS

TABVLA TITVLORVM V. LIBRORVM Sexti Decretalium quorum capita in hoc opere exponuntur, secundum ordinem Alphabeti.

TABVLA TITVLORVM CLEMENTINARVM quorum capita in hoc opere exponuntur, secundum ordinem Alphabeti.

FINIS.

LAPVS



LAPVS ABBAS SANCTI MINIATI SVPER SEXTO DECRETAL.

SVMMARIVM.

1 *Laborandum in vita, ne mors aliquid delendum in nobis inueniat.*
2 *Abbas Lapus huius operis auctor inuitat exemplo suo ad honestum laborē.*
3 *Varietas sermonis animum conciliat et laborem leuat.*
4 *Res quamuis exacta, continuata non semper sunt grata.*

1 DVM vita † suppetit, enitamur vt mors quampaucissima, quæ abolere possit,
2 inueniat. † Ego namque Lapus Abbas Monasterij sancti Miniati ad Montem Floren. inter Doctores Decretorum minimus & indignus, imitatus Senecam de tranquillitate occupandi corporis & conseruandi, memoriæ causa eorum, quæ theorice ac practice in iure Canonico tempore longo studendo vtilia quæsiuisse putaueram in vsum meum, non in præcipuum aliquem, maxime super Sexto & Clemen-
3 tinis, post maiores † interdum Sapientum
4 dicta ponendo: quia semper † exactus sermo legentibus non est gratus. 2. Machab. cap. vlt. in fi. scribere stylo pleno curaui, veniā postulans audacter ipsius iuris nexus soluere, aut intelligere nesciens, ad calamum manum posui.

SVMMARIVM.

1 *Scientia humana facit homines stultos.*
2 *Bononia vnde & quare sic dicta.*
3 *Padua vnde dicta.*
4 *Bononia olim Falsina ex Plinio.*

PROOEMIVM.

1 *Bonifacius.*] † Iere. 10. Stultus factus est omnis homo à scientia sua. & ibi, Præcisa est lingua illi. &, Est rogandi genus rogare non posse. & ibi, Passim faciens plures libros nullus est finis. Frequens meditatio
2 carnis est afflictio. Ecclesiast. c. vlt. † [Boniniæ,] quia bona super omnia, vel bonorum notitia nimis amabilis; sicut Pa-
3 dua, † idest, patens ducens amœna, sicut Parisius parens timans singula vsquequaque, secundum Ioan. Monac. sic & Bononia primo vocata est Ortus, postea Thessalonica, aliàs Tolosonna. 11. q. 3. cū apud, postea Bononia, vt habetur in legenda B. Petronij, secundum Ioan. de Deo, vt
4 scripsi. ar. 23. q. 8. conueniot. † Sed Plinius lib. 3. c. 15. dicit eam fuisse antea appellatam Fælsinam.

SVMMARIVM.

1 *Desiderium maius in homine est igno-*

ta à cognoscendi, quàm nota repetendi.

2 *Miramur naturaliter magis noua, quàm magna.*

SAcrosanctae] Nouas.] Senec. Decl. lib. 10,
1 in exordio in prin. † Acrior est cupiditas ignota cognoscendi, quàm nota repetendi. & de quaestionib. naturalib.
2 lib. 6. in prima col. † Naturale est magis noua, quàm magna mirari; & de beata vita, charta vlt. Cogitatio nostra caeli munimenta praerumpit, nec contenta est quod ostenditur, scire.

DE SVMMA TRINITATE & fide Catholica.

TIT. PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Spiritussanctus vnica dictio, significat tertiam personam sanctissimae Trinitatis.*

2 *Spiritus sanctus duae dictiones, significat spiritum bonum viri iusti.*

3 *Spiritus sanctus à patre, filioq. procedit.*

CAP. VNICVM.

FIdeli] Spiritus sanctus.] Nota
1 q̀ Spiritus † sanctus quandoq. est vna dictio, & tunc dicitur de tertia persona in Trinitate, quandoq. ve
2 ro sunt duae † partes, & tūc dicitur de spiritu cuiusque viri iusti, vi
3 delicet catholici. Procedit † namque Spiritus sanctus à patre & filio, secundum quod canit Ecclesia, Qui à patre filioque procedit.

DE CONSTITVTIONIBVS, TITVLVS II.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines, & statuta particularium locorum, & personarum non comprehendunt alias, nec etiam easdem extra illa loca particularia.*

2 *Consuetudo dicitur, quae non est redacta in scriptis.*

3 *Statutum dicitur in scriptis redactum.*

4 *Scriptura non est de substantia statuti.*

5 *Reseruatio beneficij an praesumatur facta motuproprio.*

6 *Expresse quid significet.*

CAP. PRIMVM.



LIcet.] de constitutionib. [locorum] ibi, [& personarū] scilicet ipsorum locorum, inter quas inducantur, & statuantur, & bene dicit [locorum & personarum] singularum, quia & eorum locorum & perso
1 narum consuetudines & statuta † sunt adeo ipsorum, quòd nullo modo sine aliorum, & ideo extra ipsa loca etiam inter easdē personas, nedum inter alias personas locum non habeant. 11. dist. catholica. 12. illud. 76. veniam. supra de sent. exc. à vobis. el
2 primo. & inf. c. prox. §. statuto. † Consuetu
3 dines non redactas in scriptis, statuta † in scriptis redacta. inf. de consuet. c. cum in
4 tua. licet nō sit † scriptura de esse statuti, vt in glo. ignorare. Facit ad id de quo dubita
5 ri vidi, an principaliter † reseruatio Beneficij praesumatur facta proprio motu, & ex certa scientia, & sic fauorabilis, & amplectenda: vel ad instantiam alterius, & non ex certa scientia, & sic odiosa, & restringenda. inf. de praebend. c. si motu proprio &c. & q̀ praesumatur nō facta proprio motu, sed ad instantiā alterius, & maxime impetrātis, vel alterius pro eo, & per cōsequēs sit locus subreptioni. fac. inf. tit. px. c. tibi, qui. vlt. responso. & de renunc. c. vlt. Audiui, q̀ non vult Papa contra suam reseruationem in tali casu factam, licet non proprio motu except. subreptionis admitti, cui obstare non potest, quia sibi est
6 pro ratione volūtas † expresse, i. aperte, & manifeste vt pote, quia dixi non obst. tali consuetudine, nominando causam specialiter & expresse, vt supra c. prox. fac. infra de praeben.

de præben.c.2.& clem.de off.ord.cap.fi.& idem puto. si dicat, non obstante aliqua consuetudine in genere, isto casu. secus in impetratione gratiæ, vt in tit. prox.c.si Papa tua debita.& c.quãuis.& c. duobus. eo.tit. tunc enim locum habeat expositio, quam præmisi.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarij possunt facere statuta.*
2 *Ordinarij alij nati, alij dati.*
3 *Sententia generalis delegati durat cum officio.*
4 *Inquisitores hæresis an possint statuere.*
5 *Statutum ordinarij vel delegati, an possit incurrere excommunicationis pœnam ipso iure.*
6 *Statutum prouidet locis, sententia vero personis.*
7 *Sententia est vox viua, statutum vero norma.*
8 *Statutum an requirat causæ cognitionem.*
9 *Differentia inter sententiam statuti & hominis.*
10 *Excommunicationis sententia lata die feriata valet.*
11 *Excommunicationis sententia an valeat post sententiam diffinitiuam, & ante appellatione remissiuem.*
12 *Statutum, & sententia generalis in quibus conueniant.*
13 *Metropolitanus vtrum ligetur statutis sui suffraganei, vel concilij prouincialis, vel diœcesani.*
14 *Religiosi priuilegiati circa sepulturas recipientes & ingredientes alienas parochias solemniter contra statutum ordinarij, an incurrant pœnam statuti, non obstante priuilegio.*
15 *Fur punitus pœna statuti ordinarij, an puniri possit pœna iuris communis.*
16 *Ius extra territorium quatuor modis dicitur.*

CAP. II.

VT animarũ] *Quorumcunq. ordinariorũ.*] bene dicit[ordinariorum.]Nam
1 ordinarij † possunt statuta face-
2 re siue nati † sint, vt Episcopi, vt in c.prox. siue sint dati, vt quia legati, supra de locato cap. 1.& 2.ff.de offi.leg.c. fi. delegati vero non possunt facere statuta, quæ debent esse perpetua, vt in d.c.fin.& c. à nobis.supra de sent. excom.in glo.pen.prout scripsit Ioan. And.post Innoc. & Hostien. supra de præben.pro illorum.super glo.2. in nouella.& licet proferat delegatus generalem sententiam in contradictores, & re-
3 belles: non tamen erit † perpetua, sed eo mortuo, vel reuocato, expirabit, vt per eos not.de præben.cap. pro illorum. & licet delegatus auctorizet compositionem, vel transactionem coram eo factam: non tamen erit perpetua, sed personalis tantum, nisi per superiorem confirmetur, vt scripsit Ioann. And. post Inno. & Hostien. supra de transact. de cætero. & in prædi-
4 cta cõsecutione potest dici, quòd † inquisitores hæreticæ prauitatis nõ possunt constitutiones facere, vel statuta, cum sint delegati, vt infra de hære. cap. ne aliqui. in glo. ibi, [per adoptiuum meum.] imitatus est D.Ioan. And.Senecam, qui scilicet Seneca licet haberet tres filios, adoptauit sibi nihilominus alium, de quo sic loquitur filiis declama.lib. 10.in procem.in vlt. col. Turrinus Clodius, cuius filius fraterno vobis amore coniunctus est, adolescens summæ eloquentiæ futurus, nisi mallet exercere quantũ habet, quàm cõsequi quantum assequi posset. & in fine subdit, Inde filius quoque eius, idest, meus, nunquam enim illum à vobis distinxi, habet in dicendo paternam diligentiam, quæ vires ingenij sui ex industria retũdit, hoc & in ipso vitæ genere sequitur ad summam euasurus iuuenis, nisi modicis contentus esset: & ideo dignus est, cuius tam honestis cupiditatibus fortuna præstet fidem, Quæ nec minora de isto filio suo adoptiuo dicere potest D.Io.
5 And. Et in fi.scilicet, quid si statutũ † continet sic; Quicunq. furtũ fecerit intra mensem à die commissi furti compareat legitime coram nobis, vel coram ordinario loci commissi furti sub excommunicationis

pœna, quam non parens incurrat, eo ipso: nunquid erit excommunicatus non parens? eidem videtur, quòd non, vt hic. sed contra, quia coram vtroque ordinario conueniri potest, vt supra dicitur. ergo ad comparendum cogi potest per diœcesanum, vel per statutum ipsius. ad hoc sup. de cler. non resid. ex tunc. facit quod notatur per Dom. meum in d. cap. super. in eodem loco, & de rap. c. 1. sed multum vrget ad contrarium iste §. statuto, & ratio posita in fi. ipsius, in eo maxime, quod coram diœcesano loci compareat, sit delinquens, prout videtur dicendum, quòd quando per modum statuti, vel generalis sententiæ sic fieri mandatur; tunc non sit excommunicatus non parens. quando vero specialiter sic mandatur, tunc sit excommunicatus. facit quod scripsit D. Feder. de Senis in opere suo c. 1. & c. 18. & ratio quare aliud sit in sententia, quàm in statuto, ponitur in d. c. 18. sci-
6 licet quia per † statutum prouidetur loco, per sententiam vero prouidetur personis. vel dicendum, quòd in sententia hominis
7 consideratur persona proferens sententiam, † quæ est vox viua in sententia statuti attenditur ipsum statutum sententiam proferens, quæ est vox mortua. videtur etiam, quòd
8 statutum non requirat causæ † cognitionem, maxime contentiosam, & ideo etiam ab existente extra territorium, & die feriata possit fieri. Sententia vero excommunicationis à tali, & tali tempore nō potest ferri, nec super notorio. sed multū obstat ei, quod de statuto dicitur d. §. statuto. & ipsius ratio per D. meum ponitur infra
9 de sent. excom. c. Romana. in suppl. † & sic habes nouem differentias inter sententiam hominis & statuti, & ego addo ibi tres. vel
10 potest forte dici, quòd speciale sit in † sententia excommunicationis, vt valeat sententia ipsa si feratur feriato die, vel ab existente extra territorium. fac. inf. de sent. excom. c. venerabilibus. & quod ibi not. per Archid. & Io. And. arguendo de tem-
11 pore ad locum. dicunt enim, quod valet † sententia excōicationis lata per iudicē, à quo post diffinitiuam, & ante appellationem à diffinitiua infra decem interiecta, & quod non reuocetur per modū attentati, sicut alij processus attentati, inf. de app. c. non solum. in ptin. & c. conquestus. sup. de fer. huic dicto videtur obstare, quia dicit, quòd processus & sententia facti lata die feriato nō valeat, fallit in sententia excommunicationis, quæ potest etiā die feriato ferri, sed Guili. in specie tit. de fer. §. sequitur. vers. porrò. nec dispositio c. conquestus. de fer. aliquid obst. quia nomine sententiæ non venit. fac. cle. de exce. c. excōicationis exceptio, & quod ibi not. fac. prædict. quod D. meus scripsit inf. de reg. iur. cum sunt. in so-
12 lutione quæstionis. in fi. Coueniunt † aūt statutum & sententia generalis, quia non ligāt ignorantem, vt sup. in gl. fortius, nec ligant etiam extra territoriū proferen. & statuen. vt hic, & inf. de sen. exc. à nobis. secundum Host. ibi. & hoc vltimū verum est in sentētia generali in delinquen. in futurū extra territoriū, sed bene ligat eos, qui iam deliquerāt ante sñiam, licet extra territoriū existen. tempore sñiæ, sicut ligaret sententia specialis. cum sit eadem ratio vtrobique. Quærendum occurrit secundum D. Ric. de Senis vnum de compilatoribus
13 huius libri, † nunquid Metropolitanus ligetur sententia sui suffraganei, vel statutū prouin. conci. aut synod. Episcopal. & dic,
14 quod non. † Itē quid si Episcopus statuit sub excōicationis pœna quod eo ipso cōtrafaciēs incurreret, ne aliquis ingrederetur parochiā alterius, saluis priuilegiis Aplicis deinde religiosi habent à sede Apostolica libertatem sepult. oīum, qui apud eorum locū eligerent sepulturā intrant parochiam illius ecclesiæ, qui apud eos eligant sepeliri, & hoc faciunt solēniter cū Cruce, & aliis consuetis, nunquid tales religiosi sint excōicati sentētia d. statuti, & tenet, quod sic.
15 Quærit † etiā nunquid ibi subditus infra diœces. furtū cōmiserit, & punitus sit pœna statuti possit etiā puniri pœna iur. cōis, & dicit quod sic, fac. quod scripsit Ioā. And. in nouella. inf. de pœn. §. hoc quoque. in glo.
16 pater ergo. Dic † etiam quod quatuor modis fit ius dicere extra territorium, vt quia ius dicens & subditus, vel ius dicēns tantum, vel subditus tātum, vel res de quibus iudicatur sunt extra territorium, & quolibet dictorum casuum habet locum quod hic dicitur, scilicet quòd non pareatur impune secundum eum ad id, quod dictum facit pro & contra de foro competen. cap. postulasti. ad istud vltimum dictum vide

quod

quod not.inf.de for.compe.c. Romana.§. contrahitur.in glo.contra.ff.de bo.auc.iu di.poss.& quære paul.in clemen.de re iud. c. pastoralis.& in rubrica.

DE RESCRIPTIS.

TITVLVS III.

SVMMARIVM.

1 *Ipso iure an tollat officium exceptionis.*
2 *Excipiens grauatus an possit appellare à non admissione.*
3 *Non valet processus pro excommunicato, sed bene contra eum.*
4 *Electio excommunicati actiua, seu passiua, an valeat.*
5 *Iudex excommunicatus impetrari non potest.*
6 *Excommunicatus an & quatenus in appellatione vel exceptione audiatur.*
7 *Rescriptum impetratum ab excommunicato, an & quando valeat.*
8 *Hæreticus an possit impetrare rescripta per se vel alios, et super quibus negotijs.*
9 *Commissio motuproprio facta excommunicato, an valeat.*
10 *Excommunicatus appellans, nunquid post appellationem potest impetrare rescripta contra formã huius decretalis.*
11 *Reus excommunicatus an possit reconuenire.*

CAP. PRIMVM.

1 Ipso † iure.]Non ergo erit necesse excipere de excõicatione ĩpetrãtis. Dñs Ray. quærit sic, pone, ꝗ pronũcietur iniuste cõtra excipientẽ, nũ
2 quid † poterit in tantum excipi,& an valebit ꝓcessus, & diffinitiua lata pro impetrãte,sicq. necesse sit ab ea appellari,& si appelletur à diffinitiua,& in appellationis cã emendetur grauamẽ per interlocutoriam iniquã illatum, nunquid pronunciabitur processus nullus.& ad primum videtur dicendum,ꝙ si pronunciatũ fuerit cõtra excipiẽtem,ideo quia proposuit exceptionẽ inepte, poterit iterum ipsam proponere. apte facit cle. de app. cum à repulsione. si autem pronũciatum fuit eum tempore impetrati rescripti non fuisse obiecta excommunicatione ligatũ, vel ab ea absolutum; vel ꝙ non fuit exceptio probata; tunc non poterit de eadẽ excommunicatione iterũ obiici.ad differentiã quæstionũ dic,ꝙ valebit processus & sentẽtia, & nisi appelletur stabit ad differentiã, dicit, ꝙ si constet dẽ exceptione in causa appellationis, etiam si constet de iure illius,pro quo est lata sententia, cui fuit obiectum, ꝙ erat excõicatus tempore impetrati rescripti,tamẽ pronunciabitur bene appellatũ,& nullus processus habitus decernitur. [Rescriptũ,]appellatiõne rescripti & priuilegiũ hic continetur. fac. quod scripsi sc.i̇n Inn. & Cõp. supra eo.tit.c. super litteris. Non † valent
3 processus,s.pro excõicato,sed contra eum sic,secundum D.meum.facit quod scripsit D.meus post Inno.supra de offi.deleg.prudentia. in prima col.in glo.n on obstat.Inno. de excep. excommunic. in vlt. glo. In contrarium,quòd scilicet non valeat etiam contra ipsum excõicatum fac. istud cap.& quod scripsit D.meus inf.de reg. iur.vtile. in q. 1. de exco. maiori excom. & etiam si non sit publice excõicatus,& idem si eligatur, vel ei beneficiũ conferatur.Sed † nun- 4
quid si non publice excommunicatus eligat nõ excõicatum,vel ei beneficium conferatur, dicetur valere sicut in sentẽtia nõ publice excõicati.de re iud. c. ad probandum,dicit ꝙ valet, & potest forte dici, ꝙ si excõicatus, qui habetur pro non excõicato sit prælatus,& eligat,vel beneficiũ conferat non excõicato, iure prælationis electio,& collatio valet secundũ ea,quæ post Inno.& Io.Cald.scripsit D.M.de sen. exc. si vere secus si iure priuato, vt canonicus, & quãdo eligit vel cõfert beneficiũ cum aliis canonicis non excõicatis, quia tunc non valet. si autem eligit, vel confert iure publico,vt tamquã repræsentans Capitulum,& pro Capitulo, tunc valet, vt scripsi sup.ne se.vac.c.1.in glo.& pro excõicato. Quærit etiam D. meus nunquid si electio facta de excõmunicato sit confirmata con

tra quam electionem fuit de excõicatione oppositum, vel contra rescriptum fuit de excommunicatione exceptum,& ea posthabita in negotio procedatur, potuerit postmodum exceptio ipsa opponi, vel de ea quæri, & dicit,ꝙ non,allegat de re iud. c. inter. secus si non fuisset oppositum secũdum eum.sed quæritur hoc,s.ꝙ ipsa exceptio possit postea opponi.facit quod scripsit D. m. inf.de reg.iu.c.mora,& i q.150. ipsius in fi.põt dici, ꝙ illud habet locũ vbi agitur de publico interesse, vel vbi vtitur interesse priuato ab excõicato actore, & idem in reo,vbi voluntarius, non inuitus est in iudicio.fac. supra de except. dilecti. Et idem dico iuris esse si nõ excõicatus impetret iudicem excõicatum, etiam occulte,dummodo de hoc constet,etiã si sit reus
5 impetrans: quia iudex † excõicatus impetrari non potest. fac. supra de prob c. post cessionẽ,& qđ ibi not.de præbẽ.c. dilecto. & qđ ibi not.de re iud. c. ad probãdũ.24. q.1.audiuimus. & quod not. in specie tit. 1. §. excipitur in patr. & quod not. Arch. 11. q.in iure. fac. etiam quod not. per D. meũ inf.de sent. exc.c.1.super gl. vt quia.
6 prope fi. verb. siue autem à † iudice appellationis iudicialis,siue à iudice, vt à iudice interpositæ in iudicio ante sententiam, vel post. supra de appel.cum cessante.& c. cum sit,vel etiam extra iudicium,quod esse potest. inf. de app.cordi.exemplum de actu iudic. extraiudicialiter,si excõicat iudex nõ in iudicio,vel in figura iudicij, sed extra iudicium, vel confirmat electionem sine causæ cognitione.sup.de app.c.constitutus,vel primo. secus aũt si sit mere extraiudicialis app. vt puta ab electione.inf.de elect.sicut cũ,vel ab aduersario.sup.de appel. bonæ.tunc enim nec appellando, nec appellationem prosequendo audietur excommunicatus nec impetratum ab eo su-
7 per ea † rescriptum valebit: sed erit nullũ ipso iure,& processus per rescriptum habitus cum in tali appellatione,& impetratio ne habeatur talis appellans, & impetrans pro actore,& hoc est quod scripsit Archid. inf.de excep.c.pia.in gl.satis efficax.& Io. Mon.& D.meus post eos impetratũ etiam super inquisitione contra aliquem dũmodo rescriptũ non loquatur impersonaliter, vt puta, ad audientiam nostram peruenit, vel similiter,quia tunc iudex est loco partis.de app.cum speciali, scilicet personaliter, puta nomine impetrantis expresso. Itẽ ꝙ dicit [impetratũ] intelligendũ est,s. pro se,nam pro alio etiam super articulo excõicationis nõ valeret, quia nec pro non excõicato,qui pro se indistinctè potest impetrare,impetrať, ar.de pb. c. post cessionẽ. nec pro excõicato non excõicatus, vt de procu.c.vlt. nisi secundum quosdam sit vniuersitas, quæ per se impetrare non põt, & nisi pro muliere,quæ vagare non debet. Alij dicunt, & forte melius, ꝙ possit non excõicatus impetrare pro excõicato in dictis articulis,in qbus ipse excõicatus possit. Item quando excõicatus impetret pro alio non excõicato,vel non excommunicatus pro excõicato.vbi vero licet ipsi excõicato impetrare dicendũ est,ꝙ nõ habet locum hoc cap. quia ope exceptionis non ipso iure rescriptum est nullum, & processus non valet: istud autem cap. vt rescriptum nullum sit ipso iure, & processus per illud habitus non valeat,habeat locũ in suo casu,s.quando excõicatus impetrat pro se,& idem forte pro excommunicato impetret.
8 An † vero hæreticus ipso iure arceatur ab impetrando hoc ipso, quod est hæreticus. C. de sum.trin. l. 2. etiam pro alio. supra de hæret.quicunque.item siue ad lites, siue ad beneficia,siue aliàs impetretur, hoc cap.habet locum secundum D. Ric. cuius est mens huius glo. & idem in parte possit
9 supra Archi. impetratũ. Quid † si motu proprio causa,quæ inter aliquos vertitur,committitur per ipsum, vel alium alicui, & ij, inter quos committitur, vel alter eorũ est excõicatus,valebit ne cõmissio,& videtur, ꝙ sic.ar.inf.de præb. si motu proprio. & c. seq.& c.si Romanus,& facit hæc littera impetratum,non tamen ipsi excõicati vel alter eorum agere poterunt excommunicatione durante.inf.de except.pia,& de sen. exc.solet.possunt tamen absolui ab excõicatione.eo.tit.ab excõicato.extra de offic. ord.c.pastoralis.vel eo volente ab ipso delegato,sup.de offi.deleg.prudẽtiam §. sexta.& hoc quando appellatio proprio motu stabit.si autem ab alio, videtur, ꝙ talis commissio non valeat,vel verius ꝙ valeat, tamen exceptionis ope tolletur,& ꝙ eo casu non sit locus huic c.secundum D.Ric.& ꝙ dicit

ꝙ dicit,[impetratum,] subaudi etiam si de excommunicatione faciãt mentionem, si ab alio quàm à Papa impetratur, & super alio,ꝙ super excõicationis, & appellationis articulo. In istis autem duobus casibus exceptis,valeat rescriptum etiã si de excõmunicatione nil dicatur in rescripto.dummodo excõicatio nõ contingat articulum, super quo excommunicator ante litẽ contestatam opponeretur, aliàs valet rescriptum,& processus per ipsum habitus.itaq. infringi non poterit.supra de re iud. inter monasterium.ad hoc quod not.Hostien.in sum.de except.§.& quando.ver.potest ergo & se,scilicet† nũquid excõicatus post appellationem legitimã possit rescriptum impetrare contra formam huius c.pendente probationis articulo,an s. vera sit causa in appellatione expressa,dicendũ, ꝙ sic,vt inf.de sent.exc.solet.in fi.cum impetratio sit actus extraiudicialis.sup.c.ex parte decani,sed nõ poterit eo vt actor interim vti, verum tamen an valeat ipsum rescriptum, vt quòd ipsius vigore factũ fuerit ex futuro apparebit euentu, dicendo, ꝙ si contra ipsum excipiatur,cognosci poterit de viribus appellationis ad hunc finẽ tñ, vtrum impetratio valeat antequã per ipsum procedatur.facit sup.de app.ad hæc.& qđ no. per D.meum in glo.non licet. in fi. hoc di-

11 ctum Archid.† quòd non admittatur reus excõicatus ad reconuentionis iudicium, intelligit D.meus inf.de reg. iur.vtile 3.in fi.ꝙ quando ipse reus sit excommunicatus excipitur tempore conuentionis, secus si non excipiatur,quia tunc valebit,& poterit per ipsum recõuenire actorem,cum fuerit absolutus,non ante.

SUMMARIUM.

1 *Concupiscere sine fine,impotentiæ est, ex Senec.*

2 *Clausula, Quidam alii. quando teneatur ad expressionem nominum citandorum.*

3 *Clausula, Rebusq. aliis, &c. quando habeat effectum suum, & super quibus agendum est, quo tempore exprimenda.*

4 *Acceptans præbendam, & illam dimittens, nõ potest ad dimissam redire.*

CAP. II.

C*Vm in multis.*] Similiter Senec.declamationum lib.5.declamat.6. est

1 hoc † impotentiæ sine fine concupiscere, & de septem liberalib.artib.optimus locus cupidorum est non quantum velis,sed quantum debeas sumere,& de morib.in vlt.col.optimus est in omnibus modus, laudabilisq mensura.in glo.comprehendit.ibi ver sed quæritur,vtrum ibi recitat dictum Vincen. & contra dictum Vincen.all.de disput.& alleg. Aduocatorum. §.post hoc ver. ibi masculinum & idem qđ D.meus Archid.tenet 17.q. 4. si quis suadẽte in glo.supple. tractabat ibi ver.item

2 ꝙ per clausulam. Vbi † dicit per istud c. ꝙ vbi potest excipi, ꝙ non potuit citari per clausulam,Quidam alij,cum iam per eum quatuor sint citati, & ꝙ non solum in primo,verum etiam in singulis primis citatoriis cuiuslibet citandi,sunt eorum nomina exprimẽda,qđ intendit per generalẽ clausulam conuenire etiam si vnus solus,& tenetur,& si scienter postmodum allos nominauerit. postquam autem aliquis semel citatus est cum expressione aliorum si cõtingat eum iterum in eadem causa citari, nõ est necesse iterum nomina exprimere alio-

3 rum. † debet etiã res exprimere super quibus intendit agere per clausulam illam,Et rebus aliis, & postmodum super aliis non audietur.c.sicut Romana, & c. pastoralis. supple hoc verum in prin. ibi, nisi errore probabili.Nunquid ergo primo acceptans vnum beneficium vel præbendam, in certa ecclesia vigore litterarum papalium, & post illa acceptione pendente,acceptat aliud, vel aliam,& demum reperiens illud, vel illam non vacare vult ad primo acceptatum reuerti,& primam acceptationem de ipso factam prosequitur,hoc poterit,videtur,ꝙ sic.Nam qua rõne potest acceptare aliã vbi errauit,pari ratione videtur posse redire ad primam, faciunt quæ not.hic, & inf.c.si gratia.& supra de off.del.c.in litteris.& de re iud.c.1.per Innoc.& Host.& D.meum. In contrarium facit c.istud in fi. & quod

& quod not. in d. c. gratia. in vlt. glo. & super ea, & inf. de postul. c. vno. & de elect. c. vt quis duas, & quod not. D. meus inf. de proc. si duo. in gl. 2. & Archid. in c. licet. in casu acceptare possit aliud beneficium, vel aliam præbendam, vt inf. de concess. præben. quia cum, & c. ne captandæ. ad primũ tamẽ redire non potest, cui renunciasse videtur aliud acceptando ad hoc 80. distin. si quis sacerdotum. in glo. ergo per elect. & c. imitare, & c. quod semel. inf. de reg. iur. & alia iura pro hac parte allegata, hanc de facto habui, & pro ea parte, q̃ nõ possit ad primam redire. sed aliqui contra, pro quibus allegabat inf. de præben. si beneficia. sed in vltimo casu loquitur, nam ibi habebat ius in re in primo, hic non, ibi habitum & habendum habebat, & habere debebat diuerso iure. Item hic agitur de lucro captando, ibi vero de damno vitando. fac. inf. de præben. c. dudum. in ver. vos igitur. circa fin. & in clem. de concess. præb. c. cum eis §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta inter easdem partes super eisdem rebus ad diuersos iudices, an & quando valeant.*

CAP. III.

D*Ispendia.*] In glo. [personales.] idẽ not. inf. de elect. c. vt circa. super glo. perperuo. & inf. de sen. exc. statuimus. super verb. ab eo, ad idem in gl. quid si cõtra hanc, ibi verbo, quid si is qui,

1 & dicit, q̃ † aut super eadem re quis impetrat diuersos iudices, & tunc nõ valet nec impetratio nec subdelegatio vni facta: aut super diuersis rebus, vel actionibus & tunc aut subdelegant vni, aliquid de iurisdictione sibi retinendo, quo casu non valet, quia tunc ad eosdem appellaretur, & sic saltem in causa appellationis coram diuersis reus vexaretur: aut subdelegat vni simpliciter, seu nihil iurisdictionis sibi retinendo, quo casu tenet, q̃d agitur, ex quo prius quàm fuerit oppositum commissionem huius fecerat. & est ratio, quia tales litteræ Apostolicæ non sunt nullæ, sed exceptionis ope sunt annullandæ. in gl. dicũt Inno. & Cõp. ibi ex aduersarij exceptione, hoc vero in conseruatoribus impetratis secundum formam priuilegiatã in gl. secus ibi ver. quid si ipse. vbi non determinat.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus præbendatus ascendẽs ad diaconatum, an amittat præbendam subdiaconalem.*

2 *Collatio Papæ vel mandatum de prouidendo de beneficio ad alterius collationem spectan. an & quando valeat sine clausula, Non obstantib.*

3 *Executor litterarum Apostolicarum, & collator, quibus scribitur per Papam in quibus differant, & quo modo litteras Apostolicas exequi, & beneficia conferre possint.*

4 *Duobus concurrentibus ad idem beneficium virtute litterarum Apostolicarum, vter præferantur in casu proposito.*

CAP. IIII.

1 C*Vm aliquibus.*] In glo. 1. circa mediũ ibi l. 12. in contrarium, q̃ † promotus ad diaconatum videtur recedere à subdiaconatu, vt si haberet præbendam subdiaconalem, & decrescere, & reiicere ad minus q̃ dimiserat. fac. 74. dist. si qui clerici, & quod ibi not. in glo. & super ea, per Archid. in glo. sufficit hic generalitas ibi [omnis,] hoc videtur uerũ quando ponitur in iure, ut sup. de hæret. c. sicut ait, & sup. tit. prox. c. 1. vel in litteris facultatis vel etiã auctoritatis si aliis, quàm pro quibus apponitur nõ præiudicatur, vt hic, sed aut aliis præiudicatur, tunc non videtur sufficere si de facili põt specialiter expressio fieri, ad hoc clem. de off. ord. & si ab Apostolicæ. ad hoc quod dicam inf. de præb. c. ei cui. & fac. quod not. inf. de reg. iur. c. indultũ in quæstione in prima parte alleg. 2. insupplet. idem Io. Mon. in fi. Nec aliter expressio ad quem, vel ad quos, & qualiter spectat,

spectat receptio, vel collatio, videtur curandum esse cum per Papam prouidetur, vel prouideri mandatur, seu prouidendi
2 facultas conceditur, † quia semper prouisio valebat ad quemcũque pertineat, etiã sine aliqua clausula, non obstantium, secũdum ea, quæ scribuntur per Archid. & D. meum de præben. c. cum in ecclesia. fac. ad vlt. dictum c. si cui. rñso 1. Inde hæc non videntur vera quando ad laicum ex priuilegio papali collatio pertineret. quod dic vt scripsi in d. c. cum in ecclesia. vel dic, vt scri
3 psi sup. c. si cum te. aut † Papa scribit alicui vt executori, vt beneficium conferat, quo casu conferat, licet ad eum collatio non spectet; aut vt collatori ei, scilicet qui collator est, tunc planum, aut vt collatori ei, qui non est collator, quo casu is, cui scribitur conferre non potest, nisi Papa scripserit ex certa scientia, cum aũt executori scribitur, tunc non debet executor dicere, Recipio te in canonicum, vel ad præbendam, vel ad beneficium, sed debet dicere, Confero tibi canonicatum, præbendam, vel beneficium, prout scripsit Compost. in d. c. eam te. & D. meus inf. de concess. præb. c. si causa. super verb. dare. Redeundo ad textum
4 quæro, † quid si ad prælatum tantum spectat canonicorum receptio, & collatio præbendæ, & scribitur vtrisq. in forma huius c. nec adiicitur auctoritate nostra qualiter erit isto casu receptio si prælatus, & capitulum insimul receptionem faciunt. videtur dicendum, ꝙ ex parte illius, ad quẽ non spectat, est auctoritate Apostolica. quid ergo si post alius recipiatur ibi auctoritate Apostolica, quis eorũ alteri præferretur in præbendã vacantẽ, videtur, ꝙ qui totã habet receptionem auctoritate Apostolica. fac. inf. de præben. c. ij qui. & quia concurrentibus in eadem receptione auctoritate maiori & minori, maior auctoritas vincit. sup. de offi. deleg. c. super quæstionum. §. si vero, prout etiam ibi scribit, & de maio. & obed. c. per tuas. post Host. & D. meum. In cõtrarium, ꝙ sit primus, quia prior in data, ergo prior in iure inf. c. tibi ꝙ. & c. duob. & quia minor auctoritas sequi debet maiorem, & sic tota censebitur auctoritate Apostolica facta. bene faciunt quæ scribũt Archid. & D. meus inf. de iur. patro. c. vno. vlt. responso. & quia qua ratione in vlt. receptus auctoritate Apostolica, recepto inferiori auctoritate præfertur, vt in d. cap. ij qui. eadẽ in vno recepto, siue in vna receptione censebitur vt supra primus maioris auctoritatis factæ receptionis parti maioris auctoritatis cedat, ipsamq. tanq̃ maiorem & magis dignam sequatur, vt sup. de consecr. eccl. vel alt. quod in duobus his. ad hoc fac. quæ not. inf. de reg. iur. cui licet in q̃one. in vlt. alleg. t. & quod not. Archi. 9. q. 2. nullus 2. in vlt. add. prædictis fac. etiã quod scripsit D. meus inf. de elect. si postq̃. in glo. vel ipsius auctorit. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Rescriptum, seu priuilegium, vel gratia Papæ, an expiret per dictũ illius.*

2 *Qualitates & beneficia curata delegati an sint exprimenda in rescriptis.*

CAP. V.

1 SI gratiose] à † Romano Põtifice ipsius nomine proprio expresso, aliàs esset idem quod in casu seq. scilicet si Romani Põtificis expresso suo proprio nomine, vt supra dixi, expirat, secus si diceret quousq. duxerimus reuocandum, vel aliter ordinandum, vt inf. de off. deleg. si delegatus. §. idẽ poteris. Nam tũc per obitum concedentis antequam reuocaret, vel aliter ordinaret nõ expir. ret, vt D. meus hic, vt mihi consuleret, & ante rñderũt ipse D. meus Ia. Bo & D. Raynerius de Forliuio legũ professores Apostolicæ sedis. vel etiam si diceretur, Vsque ad beneplacitum Pontificis Romani, idem esset. nec obstat quod scripsit hic Archid. ꝙ quando loquuntur de Rom. Pont. debet intelligi de persona, non de dignitate, quia verum est in communi locutione: vel quando id, de quo fit sermo est tale quid, quod respicere habet personam Pontificis tunc existentis tantũ, vt quia respicit animum, vel simile, aliàs si esset tale quod potest referri ad personã existentis tunc, & ad successores, eo casu Rom. Pontifex, vel alius Prælatus proprio ipsius nomine nõ expresse respiciet ad Põtificatum, & Papatum, & Prælaturam, & personam Pontificij, vel alterius Prælati tantum

tantū,& sic erat reale,non personale quod agitur,& de quo sermo habetur, siue scribat siue scribatur.sup.d' off.del.q̄m abbas. & sic etiam concordare videtur huic dicto glo. D.mei,quæ incip. nota ergo. sed ipse D. meus post Host. in c. quoniam. scripsit ꝙ semper nomen deleganiis exprimitur, sed nomen delegati non semper, vt ibi in glos. 4.vbi large ponitur vt s.etiam dignitates & curata beneficia veniant.fac. sup. de verb. sign.c.pen.& quod ibi not. Vide-
1 tur † tamen.ꝙ de ipsorum cura,si sint curata,debeat fieri mentio in gratia per cle.de præben.c.1.1.respon.alioquin gratia esset subreptitia,nec valeret,vt ibi.vel potest di ci,ꝙ in alio casu loquitur ibi, q̄ hic.scripsi de hoc.inf.de præben. dudum. & plenius cap. si.& cap.is cui.

SUMMARIUM.

1 *Clausula, Quocunque modo vacet, est multum vtiles, & comprehendit omnem modū vacationis, maxime quādo non exprimitur aliquis modus particularis vacationis.*

2 *Impetrans tenetur exprimere modum vacationis.*

3 *In electione debet exprimi modus vacationis.*

4 *Clausula, Vel alio quouis modo, non operatur quando modus expressus non verificatur.*

5 *Cautela vt clausula, Vel alio quouis modo, comprehendit omnem modum vacationis,etiam vno expresso,& non verificato.*

6 *Rescripta ad beneficia sunt ambitiosa, & ideo restringenda.*

CAP. VI.

1 Susceptum.] In glo. quia expressit ibi, [vel † quocunq. modo vacauerit,]sic poni est vtile impetranti, quia tunc venit omnis modus vacationis, & si nullus fuerit adhuc in beneficio illo institutus, vt quia est de nouo creatum ante dat.litterarum gratiæ. nec ob.cle.c. si is. litteras vno modo vacationis expresso, non venerit alius modus non expressus,vt hic. caute ergo facit, qui cum dicta clausula impetrat, prout etiam scripsit hic, & sup. de concess. præben.ex parte Astensis.ver.nos igitur.in gl.& ibi D. meus. Si vero non exprimeretur aliquis modus vacationis ipsius, tunc
2 veniet omnis modus. Tenetur † tamen impetrans exprimere non solum de vacatione beneficij:sed etiam de modo vacationis ipsius, vt hic.nec mirum,quia etiam in de-
3 creto electionis † debet exprimi vacatio, & modus vacationis, prout scripsit Dñs meus post Host. sup. de renunc. post transla-
4 tionem.in prin.Quid† ergo si dicitur beneficium vacare per mortem Titij vltimi veri rectoris ipsius, vel sine,veri. & etiam dicitur, ꝙ decessit tali loco, & tali tempore, & subiungit,vel alio quouis modo, sed nō probatur de vacatione per mortem,sed renunciatione Sempronij,& de alio loco, & tempore, nunquid poterit impetranti de tali beneficio prouideri. Super hoc consultus fuit vna cū quibusdam Iuristis, & post multa hinc inde allegata pro,& cōtra fuit per nos datū consilium,ꝙ nō poterat impetranti de ipso beneficio prouideri,quod cōsilium à quibusdam mordebatur, dicentibus,ꝙ ex quo subiungitur,vel alio quouis modo,venit omnis modus vacationis.arg. inf.de procu.qui ad agendum. & expressio loci, & temporis sequuntur modum vacationis, vt totum sit vnum structum. in contrarium mouetur,quia mors est modus vacationis, & non adiuncta persona, & sine loco, & tempore, vt hic,sed adiunctio Titij, loci, & temporis est determinatio, & certificatio modi vacationis: sed mors Titij, non est mors Sempronij, vel econtra, nec vnum includit aliud.inf.de re iud. Ab
5 bate sane. deberet † ergo dicere, vel alterius, vel alio quouis modo,vel alibi,vel aliàs,si de certo loco, & tempore fuit dictū, vel alium modū vacationis,quàm per mortem,& personam, per cuius mortem,& lo-
6 cum,& tempus comprehenderet, & † maxime sic videtur in litteris ad beneficia impetratur, quæ tamquam ambitiosa, & odiosa,& ideo restringenda,inf. de præben. cap.quamuis.1.rñso. debent stricte intelli gi non vltra expressum extendi, vt hic, &

infra de præben. c. cui de non sacerdotali, facit l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. obl. quæ dicit, quod persona nunquã subintelligitur, & ideo est necesse, ꝙ verba prædicta, vel quouis alio modo, referantur ad personã expressam, nisi forte quia proprio motu, & c. seq. & c. si pluribus. & quod scripsit ipse D. meus inf. c. si duobus. in gl. quæro in litteris. 3. col. ver. sed quæro. audiui, ꝙ D. Ioan. Cald. hanc quæstionem disputauit, & visus est tenere contrarium. Recepi tamen de curia, quòd ibi dictum consilium approbatur.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium à sede Apostolica tenetur facere mentionem de alio quod habet.*

2 *Impetrans beneficium ab ordinario non tenetur facere mentionem de alio si quod habet.*

3 *Duobus vel pluribus beneficiis, seu officiis eodem tempore, eidem per se, vel per procuratorem collatis, cuius collatio valeat.*

CAP. VII.

1 Gratia.] A sede Apostolica] ideo † dicit à sede Apostolica, quia si beneficiatus sciens se beneficiatum impetrat ipse, vel alius pro eo à sede Apostolica, vel illius legato beneficium, non facta mentione de beneficio quod habet, nõ valet impetratio. inf. de præben. c. si motu proprio. §. secus. & de offi. leg. cap.
2 vlt. secus † si impetret ab alio, quia tũc valet, quãuis de beneficio quod habet mentionem non faciat, vt in clem. de offic. ord. c. & si ab Apostolicæ. de hoc dic, vt plene scripsi in c. vlt. de offi. leg. in glo. si procur.
3 in fi. Sed † quid si fuerit collatum procuratori absente & ignorante dño? videtur idẽ si procurator non habebat ad id speciale mandatum, s. ꝙ impetratio facta per dñm ignorantem collationem procuratori valeat: secus si per scientem, vel procurator habeat speciale mandatum, quia tunc non valet impetratio per dñm facta de tali collatione facta procuratori suo mentione nõ facta. fac. ad hoc inf. de præbẽ. c. si tibi absenti. & c. quamuis. & cle. de elect. causam electionis. & sup. c. in nostra. & inf. de reg. iur. c. ignorantia. & quod vtrobiq. not. in glo. facit ad quæst. in fi. & dicit quosdam dicere, ꝙ tenebit illud officiũ quod sibi primo fuit collatum, Ita ꝙ ordo seruetur, & si non appareat, ꝙ primo collatum est, eliget
3 qui cõtulit: si autem † à duobus electus est, nec apparet quis primo elegerit, maior iudex eliget: vel forte eliget is, qui electus est. vel dic secundum quosdam, ꝙ neutra electio valet.

SVMMARIVM.

1 *In restitutione ad gratiam reuocatam, vtrum necessaria sit mentio iuris alterius.*

2 *Impetratio ante restitutionem factam, & quando præualeat restitutioni.*

3 *Clausulæ, Non obstan. &c. & Ante ferri, & similes ponuntur in rescriptis ad gratiam roboran. non ad alterius præiudicium.*

4 *Clausulæ, Motu proprio, Non obstan. & Ante ferri, an operentur alterius præiudicium.*

5 *Obligatio sublata per pactum de non petendo, vtrum redintegretur per subsequens pactum de iterũ petendo in præiudicium eius cui medio tempore actio fuit quæsita.*

6 *Vsuræ medij temporis intercedenti inter pactum de non petendo, & iterum petendo an debeantur.*

CAP. VIII.

Quamuis.] Ad declarationem istius cap. & eorum, quæ continentur
1 in eo, quæritur † primo, nũquid in restitutione gratiæ reuocatæ, de qua in c. isto dicitur, necessaria sit in litteris restitutionis clausula illa, Non obstante,

ſtante, ꝙ pro alio ſcripſimus, vel ſimiles di
cendum, ꝙ ſic, alias obſtaret reſtitutioni
ſubreptio, hoc verum ſi per eũdem Papam
vtraque gratia fieret, aliàs ſecus per c. man
datũ. & c. litteris. ſup. c. ſi grat. & inf. c. pen.
2 Item quæritur † ſi ſecundus impetrauit an
te renouationem gratiæ primi, & non erat
in ipſius litteris ſecundo impetratis dicta
clauſula, an ſit ſibi in aſſecutione præben
dæ præferendus. dicendum, ꝙ ſic, quia defe
ctus ſubreptionis erat in eis, tẽpore datæ
ipſarum, & ideo non conualeſcunt per ſu
peruenientem renouationem gratiæ pri
mi. inf. eo. tit. ſi eo tempore. & de reg. iur.
non firmatur. Sed nunquid ſi dictam reſti
tutionem Papa motuproprio faciat, an ſit
tunc locus dictæ reſtitutioni? dicendum, ꝙ
nõ per viam ſubreptionis: obſtabit tamen
per viam iuris communis. ſed qualiter in
telligitur illud, niſi hoc expreſſe, & illud ni
ſi aliud exprimatur, & nunquid quantum
ad præiudicandum poſt reuocationem, &
ante reſtitutionem impetranti ſufficiat ſi
Papa reſtitutionem proprio motu faciat,
etiam cum generali clauſula, Non ob
ſtantium, vel cum clauſula prædicta, vt
reſtitutus eidem impetranti præferri de
beat in aſſecutione præbendæ. dicendum,
ꝙ non ſufficiat proprius motus, etiam cum
dictis clauſulis, in hoc caſu requiritur. er
3 go † clauſula cum prærogatiua gratiæ an
teferri inf. de præbẽ. c. pen. & de conceſs.
præben. c. pen. ad hoc facit verbum antefer
ri hic poſitum: huiuſmodi enim clauſulæ,
& ſimiles ponuntur in litteris non ad alte
rius præiudiciũ, ſed ad gratiam firmandã.
& hoc vult dicere glo. illa Io. Mon. poſita
c. cum aliquis aliàs cum aliquibus. ſup. eo.
tit. faciunt, quæ ſcripſit D. meus inf. cap. ſi
duobus. & de præbẽ. c. ſi motu proprio. inf.
de filiis presby. c. 1. in glo. idem Archid. in
fi. & ita debent intelligi prædicta verba,
niſi hoc expreſſe, & niſi aliud exprimatur
hæc vera, quando non proprio motu ſcribi
tur, vel proprio motu tamen ſine aliqua
4 clauſula, ſecus † ſi proprio motu, & cum
clauſula ſaltem generali, quia tunc vide
tur, ꝙ ſine clauſula anteferri ſufficiat pro
pter ampliorem gratiam, inf. de præben. ſi
pluribus. & de hoc in c. prox. & plenius in
c. ſi propter tua debita. & de præben. ei cui.
in glo. audiui obtentum alicui. ſubaudi, &
ſi fiat proprio motu Papæ, ꝙ ſolus Papa in
fin. quia etiam legatus de latere hoc poteſt
prout infra de offic. leg. c. præſenti. & c. pe
nult. prout etiam ibi D. meus ſcripſit inf.
de præben. c. ij qui. ſuper verbo quorumcũ
que. in glo. fac. ad qõnem in fin. Prima qõ
5 eſt † obligaſti mihi omnia bona tua per de
cem, quæ tibi mutuaui, deinde obligaſti
ea Titio pro alio debito, poſtmodum feci
tibi pactum de nõ petendo, deinde factum
eſt pactum de petẽdo, quæritur quis ſit po
tior in pignore, an ego, qui fui prior, vel Ti
tius, qui fuit factus creditor. alleg. pro &
6 contra, ſed iſta littera facit pro T. Alia †
quæſtio, debes mihi decem cum vſuris, fa
cio pactum de non petendo, deinde poſt
biennium facis mihi pactum, ꝙ poſſim pe
tere, nunquid pro vſuris d. biennij agere
potero. alleg. pro & contra, & videtur etiã
per illam litteram, ꝙ non inſuppletur. Itẽ
not. ibi ſi degradatus. Sene. declama. lib. 4.
declama. vlt. reſtitutio ibi præſcriptionem
remiſit non quicquid in præſcriptione geſ
ſiſti recedit.

SVMMARIVM.

1 *Motusproprius, & clauſulæ non obſtan.*
&c. an tollant defectus perſonarum.

CAP. IX.

1 S*I eo tempore.*] Quid ſi Papa ſcribit †
proprio motu pro aliquo patiẽte de
fectum in ætate beneficiandi. de bene
ficio cum cura, vel ſine cura, nunquid tunc
erit locus huic c. dicendum, ꝙ ſic, niſi ſaltẽ
cum clauſula generali, Non obſtantibus,
ſcripſit, quo caſu cum clauſula ſcribendo
etiam curatum beneficium talis habebit.
ſi vero non proprio motu ſcribat, tunc etiã
cum generali clauſula, non obſtantibus,
habebit locum iſtud cap. quia generaliter
clauſula, nõ obſtantibus, modicum opera
tur, vbi defectus eſt in perſona, pro qua ſcri
bitur, & quid operetur dicitur ſup. c. prox.
& de elect. cum ex eo. & de præben. cap. ei
cui. in glo. audiui obtentum. & illud vide
tur tenendum circa hoc.

SUMMARIUM.

1 *Fructus beneficiorum qualiter inter Episcopum habentem indultum Apostolicum propter debita, & beneficiatum diuidantur.*

2 *Papa non intendit iuri alterius praeiudicare propter generalem clausulam, Non obstan.*

3 *Clausula, Non obstan. posita in iure, aut in litteris Apostolicis operatur diuersos effectus.*

4 *Gratia concessa ordinario per Papam de recipienda parte fructuum pro debita exoluenda, vtrum comprehendat fructus beneficij de nouo creati.*

CAP. X.

1 SI propter tua.] In † gl. not. Innoc. ibi, [sed contrarium crederem] idem tenet in clement. de excess. praelat. c. vno. Immo habebit partem fructuum is, cui beneficium vacans confertur in tali casu: quod dic, vt in extrauag. Ioan. Papae xxij. quae incipit, susceptum. Archi. contra in fi. & videtur, in translatione episcoporũ fit necessaria, & intuitu ecclesiarum non fauore, sed gratia personarum translatarum facta. vide infra de reg. iur. ꝙ ob gratiam. in quaestione. dicit Archid. ibi, [vt praedixi.] videtur tamen operari quoad beneficiati praeiudicium, non obstante tali gratia, siue clausula, factũ perciperet integre fructus secundi anni vacantis beneficij, quos non percipit, nisi in tertio anno propter dictam clausulam. ratio quia erat grauatus in primo anno, vnde nõ intendit Papa ipsum grauari per suam gratiam etiam in secundo anno, nisi hoc exprimat saltem illam clausulam, & in fi. sic etiam seruari mãdauit Clemens Papa vj. in reseruat. fruct. benefic. vacan. primi anni quam fecit xiij. Kal. Iunij Pontific. sui anno primo. Ex fine tamen illius cap. quãuis, & alterius similis cap. quamuis. supra proxi. hoc eod. tit. vnde simul iunctis re-
2 cte intelligenti apparet, ꝙ † Papa nõ intendit per generalem clausulam, Nõ obstan. iuri alterius praeiudicare: propter quòd videtur dicẽdum opinionem Arch. veram & tenendam, & opinionem Domini mei non veram, nec sequendam. posset tamen forte probabiliter satis dici, quòd vbi Papa scribit pro se, vel pro alio, & proprio motu, cum generali saltem clausula, Non obstant. habeat locum dictũ Domini mei, vbi vero scribit pro alio, & non proprio motu, standum videtur dicto Archid. Reseruationes enim praedictae, & clausulae cõtentae in eis videntur facere cõtra dictum Domini mei, & pro dicto Archid. inquantum propterea vult fructus primi anni, & reseruat fructus secundi anni debentibus recipere. & Clemens dicit, Nolumus praeter nos quemquam de illis disponere posse: quòd si haec non exprimeret, non sibi, sed debentibus recipere, deberẽtur in primo anno, nam sibi est pro ratione voluntas, & quia in isto cap. clausula, Non obstant. ponitur. & quid operetur hic varie scribitur per Archid. & Dñum meum,
3 ideo † distinguẽdum latius videtur, quòd aut generalis clausula, Non obstantiũ ponitur in iure, aut in litteris Apostolicis. primo casu deroget illis, contra quem ponitur extra. supra de haeret. sicut ait. de magist. cap. vlt. vbi de hoc, & sic intelligatur sup. cap. licet. de constitut. cap. 1. secundo casu, aut Papa scribit proprio motu, aut ad petitionem alterius. primo casu, si scribit etiam sine aliqua clausula si non obest alij, & non remanet impedimentum, non solum tollit subreptionis impedimentum, sed etiam operatur, & inducit receptionem, seu cõseruationem effectus eius super quo, seu pro quo scribitur: si laedir, vel remanet impedimentum, tunc solum subreptionem remouet: sed non per viam iuris communis competentem impugnationem, seu oppositionem: si vero scribit & cum clausula generali, dicendo, aliquibus consuetudinibus, uel statutis, vel defectibus, vel quibuscunq. aliis in contrarium non obstan. tunc etiam vbi aliquis laederetur, vel remaneret impedimentũ, & subreptionem remouet, & effectum inducit eius, super quo scribitur. vltimo autem casu, scilicet quando non proprio motu scribit, tunc aut illud quod impedit est in im-

in impetrante, seu ab impetrante procedit, aut ab alio. primo casu non operatur aliquid, nec prodest in aliquo clausula generalis, quia nihilominus erit subreptitia. exemplum c. si in nostra. & clement. de offi. ord. & si ab Apostolicæ. si vero nõ procedit ab eo, vel non est in eo, tunc videtur, quòd in litteris facultatum, & vbi non præiudicatur alteri, seu non remanet impedimentum, sufficiat clausula generalis, nisi vbi est expressum, quòd debeat fieri mentio specialis, vt inf. de præben. c. ij. & de excess. præla. cap. vno. quando vero alij præiudicat, seu remanet impedimentum, tunc generalis clausula, & si tollat subreptionis vitium, non tamen tollit oppositum per uiam iuris communis. exemplum in litteris facultatum, & quando nõ præiudicatur alteri sup. eo. tit. & lib. cum aliquibus, & in beneficio, cuius prouisio per inferiorum negligentiam est ad Papã deuoluta, & idem videtur quando præiudicatur collatori, & in conferendo tantũ, secundum ea quæ not. infra de præbend. cum ecclesia. dummodo non sit laicus, qui conferre, vel præsentare, vel eligere habeat ex priuilegio Papæ: quia tunc secus, vt ibi scripsi. Si autem præiudicaret alteri, vel in alio quàm in collatione, tunc secus, vt dictum est. exemplum in isto c. & sup. eo. tit. & lib. c. quamuis. & in prædicto cap. cum ecclesia. huic distinctioni addc electionem, quam scripsi infra de elect. cum ex eo. & de præben. c. ei cui. & quod
4 superius dixi, & insta illi, sed † nunquid extenditur dicta ad fructus beneficij de nouo creati? videtur quòd non. arg. sup. de priuile. cum capella. ex iis quæ ibi not. & infra de decimis. cap. ij. & clemen. de rescrip. litteras. & de censib. cap. 1. & hoc tenet Dom. m. & Pan. in d. c. litteras. vbi etiam tenent, quòd gratia secundum formam capituli quamuis 2. & cap. si cui. & cap. dudum. infra de præben. non extenditur ad beneficium de nouo creatum: sed contra, quia ista gratia non est ambitiosa, & ideo amplianda, vt hic not. per Archidiac. & Dñm meum. fac. supra de verbo. signifi. c. penul. bene etiã facit pro ista parte quod scripsit Dominus meus post Ioan. Monac. infra de verb. signif. cap. vlt. in gl. penul. vbi respondet prædicta clem. litteras, & forte dictum Pan. non procedit de iure in tali casu.

SUMMARIUM.

1 *Nuper vnde dicitur.*

2 *Fesulis non possunt committi causæ ex forma huius decretalis.*

3 *Delegatus Papæ quando possit subdelegare aliis, quàm constitutis in dignitate.*

4 *Iudices de consensu partium electi non possunt ratione loci personarum recusari.*

5 *Actor appellans debet iudices in eadem diœcesi impetrare.*

6 *Reus appellans potest extra diœcesim iudices impetrare, dummodo non vltra vnam dietam à fine diœc.*

7 *Eadem locum habent quãdo partes sortiuntur forum ratione rei.*

8 *Assessor quis.*

9 *Iurisdictio iudicis ecclesiastici delegati in causa speciali, an & quando spiret per contractum matrimonij.*

10 *Consiliarius ex causa potest recusari.*

11 *Sapere contra omnes est desipere.*

12 *Bonus vir, cuius arbitrio standum dicitur Iudex.*

13 *Delegatus an possit extra locum procedere altero ex collitigantibus inuito, & seu contumace.*

14 *Salaria viatica, & similia per quam partem iudici præstanda sint.*

15 *Causæ, vtrum cognosci possint in locis minus insignibus, in quibus peritorum copia haberi possit, & de partium consensu.*

CAP.

CAP. XI.

1 STatutum.] *Nuper.* †] Ad dubium tempo-
ris, & componitur à nouis & tem-
pote, quia noui per.i. recenti tem-
pore, nec audiantur alibi, quàm in ciui-
tatibus, vel locis insignibus, vbi possit cō-
mode copia peritorum haberi per istam
litteram, & per ea quæ hic not. Dominus
2 meus, quòd Fesulis †, vel in sua diœcesi
non pōt auctotitate litterarū Apostolicæ
sedis, vel legatarum eiusdem committi. &
audiri causa, cū in ea nō sit locus insignis,
& vbi possit cōmode copia peritorū habe-
ri, nam cum procederetur in quadā causa
per iudicem à sede Apostolica delegatum
in monasterio Fesulan. & excipetetur ibi
non posse procedi, & exceptione non ob-
stante iudex procederet, fuit ad sedē Apo
stolicam appellatū, & super appellatione
per litteras Apostolicas ex ea causa, quia
ibi non erat locus insignis, fuit appellatio
nis causa delegata quibusdam, & pronun-
ciatum per eos appellatū legitime, & per
iudicem à quo male processum fuisse, &
reuocatum fuit quicquid per eum factum
fuerat, & ptonunciatum, nullum fuisse ex
ea causa, quia Fesul. vel in sua diœc. non
erat locus insignis, vt requiritur in isto c.
& hoc tenendum tantū est per finē ipsius
c. in glo. quia nec. in fi. vbi dicit, q; videtur
eo casu valeat impetratio facta non cano
nicis cathedralis ecclesiæ. demum dicit te-
nendū qđ seruat curia auctoritate littera-
rū sedis Apolcæ. si hæc clausula, Pōdere-
3 tur, tollit plura dubia, videlicet, † q; delega
tus Papæ alij, q̃ cōstituto in dignitate, vel
canonico in ecclesia cathedrali subdelega
re vices suas nō potest, siue causam sibi cō
missam inf. §. in nullo. in fi. secundū Archi.
in glo. idem dicit Arch. in fi. forte dici po-
test, q; quando vicatius Episcopi ratione
officij in ipso officio agat, vel conuenitur,
& impetrat, vel contra officium impetra-
tur, tunc idem sit in vicatio Episcopi quod
in Episcopo, aliàs secus. fac. inf. tit. proxi.
non putamus. & de app. Romana. in prin.
4 in glo. Archi. dicit. in fi. † excipitur etiam
alius casus, s. quando iudices cum conuen
tione partium in audientia impetrantur,
quia tunc non potest excipi de loco, vel de
conditione personatum iudicū, ptout scri-
psit Guill. de Monte addi. in extrau. Io. Pa
pæ xxij. sedes Apostolica. super verb. exe
cutotes, & habes supra in gloss. hoc vero.
§. cum autem. in glo. in causa appellatio-
nis. ibi [in causa principali.] verum est si
proceditur in ptincipali causa in eadem
diœces. secus videtur, si procedatur extra
diœcesim, maxime quoad reum origina-
rium, nisi de communi consensu fuit facta
impettatio iudicis & loci. exemplum cum
extra diœcesim proceditur sup. §. cum ve-
5 ro. nam si tunc appellat † actor debet su-
per appellationis causa in eodem loco, si-
ue diœces vbi tractata est causa principa-
lis fieri per eum iudicis impetratio: si ve-
6 ro reus † tractus appellat, tunc ibi si velit,
& etiam alibi a ctore inuito poterit impe
tratio fieri, dummodo non vltra vnā die-
tam à fine diœces. vel à loco, vbi tractaba-
tur principalis causa, fiat impetratio, pro-
ut vidi: nā in causa Senen. quæ per Aposto-
licæ sedis legatum inter Senen. cum clau-
sula de perhorrescentia cōmissa erat Are
tij, reus appellans obtinuit causam appel-
lationis committi Floren. mihi, & ibi pro-
cessum fuit nulla exceptione obstante, ibi
[Bononiæ appellat,] quia debet eum con-
uenire Bononiæ, & ibi, [vt litigantes,]
7 Sed † nunquid erit idem, si Bononiæ super
re sita Bononiæ cotam otdinario conue-
niat Mediolan. Bonon. qui potest ratione
rei sitæ Bononiæ, vel in diœce. Bonon. vt
supra de for. competen. cap. vltimo. & in-
fra de ptiuileg. cap. primo. Videtur dicen-
dum, quòd si appellatur ad Papam, vel ip-
sius legatum, si appellat actor, Bononiæ
impetrare debebit, aut Mediolani, aut lo
co tertio, & remoto à fine diœces. Medio-
lan. vltra vnam dietam, siue appellat, &
impetrat Mediolan. reus debebit impetra
re Bononiæ, aut loco tertio non remoto
à fin. diœce. Bonon. vltra vnam dietam
cum à domo eius, qui conuenitur non
à loco, vbi sita est res, de qua agitur,
dieta debeat computari. §. in nullo in
glo. ex littera. in fin. vide quod not. ipse
Dominus meus infra de offic. delega. cap.
is cui. in prima glo. §. assessotem. in gloss.
8 quid si assessor. in fine. vbi dicit, quòd † as
sessor est ille, qui potestatem iudicandi
habentem associat, vt sibi in causæ cogni-
tione assideat, vel assistat, & cum recte ad

 deci-

decidendum instruat insupplet. idem Io. Mona. ibi ver. quid si causa. & dicit, quòd
9 si † ille, cui causa est commissa, expresso nomine canonicatus post matrimonium contrahit ante litem contestatam, & causa sit spiritualis, non cognoscet: si vero est contestata, vel contraxit cum virgine, bene cognoscet, si vult priuilegio clericali gaudere, secus si cum vidua, & dicit, quod poterit delegare, & insuppletur idem Ioan. Monac. ibi, [quid si committens,] vbi idem tenet insupplet. & si ibi est secũdum Archidiac. facit quod not. Guill. in spe. de requisit. consilij. in 5. colum. ver.
10 scias igitur, vbi dicitur, quòd † consiliarius potest recusari ex causa, vt si causa mere est canonica, vel spiritualis, & consiliarius est merus legista. insupplet. idem Ioan. Monac. in fine. Senec. de beata vita charta prima, Non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeant, argumentum pessimum turba est:
11 dixit autem Thean. philosophus, In † multis contra omnes sapere, desipere est. insuppletur, fac. quod not. ibi ver. sed qs.
12 vbi dicit, quòd bonus † vir, cuius arbitrio debet stari, est iudex loci, insuppletur idem Archidiac. Immo videtur dicere contra. exponit enim extra istas ciuitates, & diœces. & vbi Archidiac. ponit copulatiuam. Dominus meus posuit disiunctiuam,
13 seu in nullo eorumdem arbitris. Sed † quid iuris, si vnus litigantium est contumax, vel appellauit à iudice delegato, qui appellationi non detulit, nunquid iudex de consensu partis, vel appellati possit extra locum, vbi est facta commissio procedere. videtur dicendum, quòd non, per istam litteram, & littera citet partes, & litteram, nec de causa, &c. & hoc tenere tutum est propter illud, quod dicitur in fine cap. insupplet. idem Archidiac. ibi; [de
14 † salariis.] post princip. vbi tenet, quòd siue cõiter, siue per alteram partem tãtum fuerit impetratum, ex quo infra duas dietas communiter procurabitur, quia eius officium commune est. insupplet. de hoc in spec. ibi in princip. vbi dicit, quòd licet delegatus moriatur prius, quàm quæstio terminetur, nihilominus assessores sua salaria habebunt. Quæsiuit à me Do-
15 minus Feder. de Senis, † nunquid in loco minus insigni, in quo possit copia peritorum haberi, possit causa audiri, ita quòd non offendatur istud capitulum, & nunquid consensum partium operetur, quòd causa possit audiri in loco minus insigni. Cui aliis omissis respondi sic videtur dicendum, quòd causa non possit audiri in loco minus insigni, vt quæritur., & quòd consensus partium in hoc operari non possit aliter procedi, quàm dicat §. sancimus. & §. in nullo, vt etiam videtur sentire Dominus meus super verb. commode. & super glo. non ergo. super verbo, quomodolibet. requirit enim dictus §. sancimus. quòd causa non auditur, nisi in loco insigni, & vbi possit commode copia peritorum haberi. non ergo sufficit alterum ipsorum, nec sufficere posse debet, nec potest in hoc partium consensus, nisi vbi exprimitur, vt d. §. in nullo. & tũc cum obseruat d. §. sancimus. & hoc est tantum dicere, aliud vero non propter finem huius.

SVMMARIVM.

1 *Primus in impetrando, an faciat suam conditionem propter negligentiam.*

2 *Prabenda vacans, an sit auferenda secundo diligenti, postposito primo negligente.*

3 *Negligentia etiam notabilis non nocet in assecutione prabendæ illi, qui consecutus est canonicatum à Papa.*

4 *Collatio, & impetratio beneficiorum sunt inter se diuersa, & ideo de vno non infertur ad aliud.*

5 *Dolosus & negligens etiam prior in data, quando postponatur diligenti, & non doloso posteriori.*

6 *Dolus in proposito ex indiciis probatur.*

7 *Negligens quis sit, vel ne arbitrarium est.*

CAP.

CAP. XII.

Ibi qui.] In prædictis tamen casibus
1 omnes prædictos casus respicit † deterioratio, ergo conditio primi
2 negligentis, vnde videtur, quod præbenda † vacans, debeatur secundo, etiam si nondum sit collata sibi, & non primo negligenti, licet Host. sup. eo. ti. c. capitulum. & Arch. & D. meus inf. de præb. si clericus. dicant, quod non obstante negligentia primi, debetur sibi, & non secundo præbenda vacans antequam conferatur, quia non fit notabilis negligentia primi, antequam præbeda vacans conferatur secundo, & pro eis facit infra de præb. si tibi absenti. & c. prædictũ si clericus. scripsit tamen D. m. quod in eo, qui consecutus est canonicatum à Papa, non notabilis negligentia non impedit consecutio
3 nem præbendæ alteri non collatæ. † in illo vero, qui cõsecutus non est canonicatum, posset notabilis negligentia impedire in re non integra, vbi litteræ non afficerent, & hoc est planum: vel dici potest notabilem negligentiam includere sub se collationem alteri factã, vel quod ista clausula determinet primum dictum. Sed mihi videtur verius standum esse huic litteræ, & quod præmisi. Non. n. obstãt prædicta cap. nã in c. si clericus. est arg. à contrario quod non procedit cum hic sit expresse contrarium.
4 c. vero si tibi absẽti. loquitur † in collatione vbi habetur plus iuris, hic autem in impetratione, vbi minus est iuris, & diuersi sũt casus, & ideo aliud, & aliter ibi, & aliud & aliter hic. & iste est verus intellectus huius c. & aliter intelligẽti congrueret illud Senec. declam. lib. 1. in exordio in fi. Summam quidem esse dementiam, detorquere orationem, cui esse recta liceret. videtur etiam, quod sit locus dolo, & negligẽtiæ. de quibus in fine huius c. aliàs illius c. et si interuenerint. tantum cura habendum canonicatum, maxime præbenda vacãte, cum non possit hic haberi præbẽda, nisi sit prius in canonicum receptus, imo videtur, quod si mandaretur de certo canonicatu, & idem forte si etiam de incerto, & postmodum de præbenda tunc expiret gratia in eodem quoad canonicatum & præben-
5 dam, & hoc quando † concurrit primus dolus, vel negligentia cum secundo, nec doloso, nec negligente. ad hoc præalleg. c. si clericus. 1. respõ. vbi plenius scripsi de hoc in suppl. ibi, [Fuit dolus,] in fi. vel dũ esset in vacando tenuis procurauit impetrans, quod vacaret pinguis ad hoc, vt ipse cõsequeretur pinguiorem, & secundo impetrans tenuem præbendam haberet. scripsit autẽ Host. iu sum. c. si. §. cui, ver. sed quomodo.
6 quod † dolus non ex lapsu tẽporis, sed ex perspicuis indiciis probatur negligentia, non præsumitur per transcursum tempus etiã vtrumque probandum secundum eũ sup.
7 c. si ex parte. & fateor † hoc cum certum tempus adiiciatur, vel maxime in rescriptis gratiosis quantum tempus requiratur, vt negligentia impetranti obsit discreti viri arbitrio relinquatur, secundum D. m. inf. de præben. si clericus. in glo. & super eã. & sup. c. si. & sup. eo. c super glo. & ita.

SUMMARIUM.

1 *Obligata eadem re duobus, alteri prius sub conditione, & alteri posterius pure, cõditione impleta præfertur prior.*

CAP. XIII.

Si pro te.] In supplet. aliàs est ver. in fi. vbi dicit sic, T. promisit mihi facere foueã hinc ad mensem, qui si non faceret, promisit mihi dare decẽ nomine poe
1 næ, & † obligauit fundũ pro pœna, & forte & postea infra mensem obligauit eundem fundum Seio, pure, nõ fecit foueam: quæritur, quis sit potior, & tenet, quod ego, per l. Lutius. ff. qui potio. in pig. habean.

SUMMARIUM.

1 *Vocandi ad electionem, seu confirmationem, vel receptionem, an debeant omnes esse præsentes, & quota pars sufficiat.*

2 *Pluribus concurrentibus cæteris paribus præfertur qui habet clausulam, Motuproprij, siue Anteferri, neque locus est electioni, vel gratificationi.*

3 *Absentes vocandi sunt in electionibus, vel prælectionibus iuris.*

4 *Præsentes faciunt capitula in electionibus factis.*

CAP. XIIII.

Duobus.] In gl. dicit hic Arch. in fi. vbi tenet, q duæ † partes vocādorū debēt esse præsentes, in gl. quæro in litteris. in 5. col. ante fi. ver. & satis pu to ibi, vt scilicet distinguatur an Ecclesia esset per eūdem Papam de alio grauata, tunc non sit locus electioni, vel prouentioni ab eo, qui non habet gratiam pro primo debeat recipi, & in fi. prædictæ quatuor quæstiones determinantur sic, videtur, q in duabus vltimis & penultimis ipsarum non est locus electioni vel præuentioni, quia semper ille, † pro quo motu proprio scribitur, & ille, qui habet clausulam, Anteferri, præferuntur, & idem in prima & secunda qōnibus, si Ecclesia de alio prius erat grauata per eundem Papam: si autem nō erat grauata erit locus electioni fiendæ per eos, ad quos spectat, vt præuētioni per eum, qui non habet clausulā: & si eligerint non habentem clausulam, tūc clausula illius ampliat ipsius gratiam, & ideo etiam ipse recipi debet. Si vero eligunt habentem clausulam, tunc alius non habens clausulā remanet inanis, & quando Ecclesia erat grauata per eundem Papam de alio, & proprio motu scribatur, licet tollatur subreptio, & sic amplior gratia: obstabit tamen ei cum scribitur motu proprio, except. via iur. com. Vnde isto casu videtur, q nec electioni, nec præuētioni sit locus, & q nullus eorum recipietur, secundū ea, quæ scripsit D. m. inf. de præb. si motu proprio mera liberalitate, & sup in glo. in fi. in supplet. collationem in fi. † si esset electio, vel prælectio iuris deberent de necessitate vocari absentes, saltē quousque præsens esset dupl..., vel saltem maior pars ab inde, s. non deberent de necessitate vocari. Si vero † esset facti, tūc qui sunt præsentes repræsentāt Capitulum possunt sine alia vocatione absentium eligere, siue prælegere, de hoc scripsit plenius de simon. cap. Iacobus. & infra de præb. cum necess. & ibi Archid. & D. m. de concessio. præben. c. si Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Papæ non expirat per illius obitum.*

2 *Gratia Papæ sine rationabili causa reuocari non potest.*

3 *Gratia percipiendi fructus in absentia, an sit reuocata per istam decretalem.*

CAP. XV.

Quis per.] Omnes huiusmodi reuocamus, probatur satis per litterā istam, q † gratia huius c. & sup. eod. c. si propter tua debita, q similis gratia non expirat per obitū concedentis. ad idem fac. inf. de off. dele. si super gratia. & inf. de præben. c. si cui. 1. tři. Ita etiam scripsit D. meus post Archi. inf. de elect. cum ex eo. in glo. quæ non expirat, † nec etiam sine rationabili causa reuocari potest, prout Arch & D. meus scripserunt infra de elect. cum eo. in glo. no. in septēnio, & an sit necesse, q reuocatio perueniat ad illum, cui erat facta gratia, dicit hic Archid. q sic, sed de hoc dic, vt not. inf. de concess. præb. c. 1. & vt ibi scripsi in glo dicit Innoc. & super ea in glo. quid si tales. in fi. posset tamen sibi legem non faciendi contra saltem, per verba derogatoria indicere ad instar testatorū, de quo not. sup. c. licet. de constit. c. 1. & inf. de præben. c. ij. per me vtrobiq. de consuetudine insupplet. ipse clericus, cui ibi, quā Abbas. Videtur † ergo dicendum, q sit gratia de recipiendis fructibus beneficiorum in absentia perpetuo, aut ad tempus præmotarum, aut sit gratia ipsos fructus recipienti, aut non recipienti: si recipienti, aut intuitu sui, aut alterius, si intuitu sui est reuocata per istud cap. gratia facta, & prohibetur in posterum fieri, seu iudicatur non debere fieri: si alterius, puta ecclesiæ vel dignitatis, vel etiam personæ, vt regul. tunc non est reuocata, nec iudicatur non debere fieri. si vero non recipiēti sed gratia reuocatur in aliorum exemplum, inf.

inf. de verb. sig. c. vlt. tunc etiam non est reuocata, nec iudicatur non fieri, & idem est vltimo casu, s. cum est specialis gratia.

DE CONSVETVDINE.

TITVLVS IIII.

SUMMARIUM.

1 *Scientia partium, vtrum faciat valere delegationem causæ indelegabilis.*

CAP. II.



1 *Non putamus.*] In gl. an possit. in fi. vbi allegabat, † q non valet delegatio causæ, quã partibus scientibus committit, vbi causa delegari non potest, sed alij contra, & videtur primum bene dictum quando appellatur à diffinitiua, nec retractari pot per Episcopum, vt quia est lata contra ius litigatoris, & valet; nec potest retractari, nisi vigore appellationis interpositæ ab ea: secus si esset nulla, vt quia est lata contra ius scriptum, quia tūc reuocari potest ab ipso vicario, & ab Episcopo, & per consequens valebit tunc delegatio, & processus factus per delegatum, ad hoc infra de appell. Romana. in prin & ibi not. & sup. cap. dilecto. per Inno. Hostien. & D. m. per ipsum etiam de re iud. c. vlt. in 3. glo. & sū per ea. & idem vbi agitur de aliquo vigore appellationis retractando not. quia sit nullum, sed quia est aliquid, & valet, licet per ipsum grauetur appellans.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum Papæ de prouidendo de proximo vacatura præbenda non derogat iuri optandi.*

2 *Mandatum de prouidendo speciale de certa præbenda quid operetur, & an egeat collatione.*

3 *Mandato speciali de prouidendo de certa præbenda, vel beneficio à Papa impetrato, per quem sit facienda collatio.*

4 *Clausula, Motuproprio, vtrum tollat ius optandi.*

5 *Clausula, Non obstan. &c. vtrum tollat ius optandi.*

6 *Optionem variare, & acceptatam præbendam dimittere quis possit, consuetudini standum est.*

7 *Optio vtrum locum habeat in permutationibus.*

8 *Optare potest præbēdam dimissam, qui poterat obtinere optatam.*

9 *Optioni locus non est in generali reseruatione Papæ.*

10 *Idem in speciali motu proprio, & cum clausula non obstan. facta.*

11 *Optio habet locum in reseruatione speciali ad petitionem alterius facta.*

CAP. IIII.

1 *Cum in tua.*] In c. isto dicitur quid iuris cū† Papa mādat alicui prouideri de præbēda proxime vacatura, s. q nō derogatur cōsuetudini optādi. Sed
2 quid † erit cum prouideret, vel prouideri mandatur sic special. expresse habebit, aliquam præbendam, & quã, & si habebit,
3 per † quē cōfertur, nūquid per executorē, vel per eū, ad quem præbendarū collatio pertinebit, an sine collatione possit illam consequi. Ad primum videtur dicendum, q sit locus optationi. arg. à cōtrario §. præben. not. istius c. sed contra ex quo prouidet, vel mandat prouideri de ecclesia, debet habere illam, nec debet posse cōsequi aliam, de hoc infra de præb. si clericus. 2. rñ. & c. cui de non sacerdotali, & c. ei, cui. in glo. 2. & quod in clem. not. de concess. præb. c. vno. §. secus. per D. m. & per Pau.
4 de præben. si iuxta. Sed† si Papa prouidet, vel prouideri mandat de dicta præbenda proprio motu, & cum saltē generali clausula, Non obstantium, vel etiam ad petitionem alterius, & cum speciali clausu-
5 la, † Non obstantium, tunc non sit locus optationi: alioquin vtroque casu sine tali clausula erit optationi locus. fac. ad hoc sup. c.

sup.c.licet.de constit.cap.1.& de rescript.
cum aliquibus.& c.quamuis. & c.si ꝑpter
tua debita.& inf.de præb.cum in ecclesia.
Ad secundum dicendum, ꝙ ille, pro quo
scribitur habebit illã,de qua sibi est proui
sum,vel prouideri mandatũ,si nõ sit opta-
ta.si autẽ optatur, tunc habebit dimissã,
nec indiget alia collatione si prima fuit
ei collata: nec illa collatio habebitur pro
collatione quo ad optare volentem.habe-
tur tamen quoad illũ,cui est collata, quo
ad illam,quæ dimissa fuerat vel fuerit, vt
absque alia collatione ipsam cõsequi pos-
sit,sicut consequitur ipsam optans:si vero
non fuit per Papam collata, sed conferri
mandatur,tunc confertur per executorem
dimissa, maxime si erat canonicatus, nec
obstat c. si clericus. & alia in contrarium
allegata, quia vbi est in culpa negligẽtiæ
impetrans,vel in dolo,vt sup.de rescrip.ti
bi qui. versic.in prædictis. sed hic non, &
ipsa præbenda dimissa cedit loco optatæ,
& pro alia reputatur.fac.sup.vt lite pend.
ecclesia 1.& inf.de reg.iur.is qui. & quod
not.D.m.inf.de reli.dom.c.vno. in gl.vlt.
& de priuil.cum personæ.in glo.si.ordina-
tur.nec ideo dicit,quia non ordinatur per
Papam infra mensem de ipsis,& post men
sem ordinaretur per alium,qđ fieri potest
vt inf.de præben.statutum. tunc erit locus
optioni,& hoc est verũ, nisi obstaret reser
uatio quæ obstat.s.Bonifacij,quæ incipit,
Piæ solicitudinis,quo casu etiã si per aliũ
prouidetur,non erit locus optioni, dum-
modo faciat mentionem de ipsa consue-
6 tudine, aliàs secus. Sed † nunquid ille,qui
semel optauit vnã præbendam pőt optare
præbendã ab alio dimissam,propter opta-
tionem alterius præbendæ,quæ ab alio nõ
optatur.in hoc videtur standum consuetu
dini,& secundum eam possit,vel non pos-
sit optare iterum illam dimissam. In glo.
quia hoc ipsorum. in fi. vnde ipsam.facit
quod D.m.scribit in clem. de foro comp.
quamuis.in glo. pen.sed in contrarium fa
cit quãtum ad primum dictum quod not.
in c.cum accessissent.de consti.in glo.pen.
per ipsum & per Host.in gl.de vacantib.in
fi. Ad qõnem istã,& ipsius materiã distin-
gue sic, aut constat talem consuetudinem
extẽdi,etiã ad vacationem,p p mutationẽ
aut cõstat non extendi, vt quia sic est ob-
tentũ,aut dubitatur.primo casũ,subdistin
gue,aut illi, quorum interest consenserũt
permutationi,aut non consenserunt: & si
consenserunt,aut consenserũt simpliciter,
aut nõ simpliciter,sed reseruando sibi po-
testatem optandi:& si reseruando,aut ta-
li reseruationi cõsenserunt permutare vo
lẽtes,aut non consenserunt: si simpliciter
consenserunt, non est locus optioni: si nõ
simpliciter,sed reseruato iure optandi, &
permutare volentibus consentientib. erit
locus optandi.si vero consentientibus, nõ
erit locus optioni, quia primo casu sit re-
seruatio vestita cohærentia cõsensus. vlti-
mo casu non sit vestita,sed nuda.fac.quod
not.per D. m. post Host.sup.de elect. Cu-
mana.& inf.de reg. iur. in generali. si vero
non consenserunt permutationi habentes
ius optandi,tũc iterum subdistingue,quia
aut superior,qui possit, vt puta Papa, vel
legatus ipsius de latere tali consuetudini,
per clausulam,Non obstantium, derogat
aut non derogat. primo casu non est optio
ni locus,secundo casu subdistingue, quia
aut permutantes sciebant, aut scire debe-
bant talem cõsuetudinem,aut non:primo
casu est locus optioni velint nolint, nec
possunt ad priora beneficia redire, secũdo
casu est locus optioni: vel si nolunt stare
optioni,possunt ad beneficia sua redire. si
constat non extendi,non est locus optioni
aliquo casu: si vero est dubium, quo casu
procedit quæstio, tunc videtur dicendum,
ꝙ nõ sit locus optioni,vt potius stemus iu-
ri permittenti permutationem fieri, & vo
lenti,vt permutantes permutata beneficia
consequãtur, vt in iuribus allegatis in gl.
quæ consuetudo. quæ in dubio iuri dero-
gare non debet. potest tamen etiã isto ca-
7 su distingui, ꝙ aut † permutatio fit ꝑ supe
riorem ad instantiam permutare volentiũ,
aut iur. publ. proprio motu superiorum.
primo casu subdistingue,quia aut fit in fa
uorem iur.priuati,vtpote permutare volẽ
tium, aut iure publ. s. ecclesiarum. si iure
priuati, locus sit optioni; ratio quia hæc
est permutatio odiosa, & consuetudo fa-
uorabilis: & ideo debet interpretatio pro
consuetudine fieri,& extẽdi ad instar leg.
ad hoc de off.archid.dilectus. & quod ibi
not. si vero in fauorem iuris publici, & nõ
sit locus optioni,& idem quando fit motu
proprio,

proprio, maxime opposita saltem clausula, Non obstantium, generali. ad hoc inf. de præben. si motu proprio. & c. 2. & c. si beneficia. & c. cum in ecclesia. & sup. cap. si. de rescrip. cum aliquibus. & c. si propter tua debita. hoc autem nõ omitto, q in omni casu præbendam dimissam per optatio-
8 nem † optare possit, is qui poterat obtine-
nere optatam. ratio quia illa dimissa habetur pro optata per reg. iur. inf. de regu. iur. is qui. & c. ecclesia, vt lite penden. cum similib. facit ad istud vltimum dictum quod scripsit D.m. inf. de relig. dom. c. vno. & de priuileg. cum personæ. in gl. idem iure seruatur. ibi, semper illa reseruat. videtur di-
9 cendum, q si reseruatio Papæ sit † genera
lis, tunc siue prouideat, siue mandet prouideri tamquam de reseruata, non sit lo-
10 cus optioni, & † idem si sit reseruatio spe-
cialis facta proprio motu, maxime cum clausula, Non obstantium, saltem generali: aliàs secus, siue sit facta ad petitionem alterius, siue proprio motu, siue sit generalis, siue specialis. ad hoc sup. c. licet. de consti. c. 1. 2. rñ. & quod scripsi supr. cap. si de rescri. si propter tua debita. & c. quam-
11 uis. si vero sit † reseruatio specialis ad peti
tionem alterius, & tunc siue confert, siue mandet cõferri, erit locus optioni, nisi de ipsa consuetudine faciat expressam mentionem, vt hic, & in d. c. quamuis. & cap. si propter tua debita. & sup. de præb. cum in ecclesia. in supplet. & sic est vtile. in fi. quæ tamen in alio casu loquitur, & non videtur, quòd aliud & aliter ibi, & aliud & aliter hic.

DE POSTVLATIONE Prælatorum.

TITVLVS V.

SVMMARIVM.

1 *Unicam electionis vel postulationis viam eligere electus vel postulatus tenetur.*

CAP. VNICVM.



1 Perpetuo.] eligere necessario tenetur, aliàs teneatur, quam electionis, vel postulationis viam eligere videtur eo ipso q electioni, vel postulationi cõsentiat. fac. quod not. D.m. supra eod. lib. de rescr. gratia. in glo. hic non est tempus. de verb. sig. c. intelligentia. & c. propter ea. & 81. dist. sacerdotium. & quod vtrobique notatur.

DE ELECTIONE ET electi potestate.

TITVLVS VI.

SVMMARIVM.

1 *Interesse nõ in iure sed in facto consistit.*
2 *Mensis de quo in ista decretali incipit currere à die obiectionis.*
3 *Præsens non potest procedere contra absentem in casu huius decretalis, nisi illius tempore obseruato.*
4 *Decretalis ista habet locum tam in beneficio temporali, quàm perpetuo.*
5 *Clerici nomine an veniat canonicus, vel ècontra.*
6 *Decretalis ista verum locum habeat in hospitalibus, & in quibus.*
7 *Spes quid ex mente Senecæ, & cuiusdam alterius Philosophi.*

CAP. PRIMVM.



1 Statuimus.] In glo. prouisionẽ, ibi, (vel suo iure) quatenus † intersit, in facto, nõ in iure consistit, & vide infra de reg. iur. in littera Q. (obiectionis) subaudi, & interpositæ, ac notificatæ appellationis appellator secundum Ioan. Mon. & Archid. si ergo nõ appellaretur, non esset locus ter-
2 mino mensis, sed ex quo appellatur † inci-
pit currere mensis à die obiectionis, & est simile,

simile q.d de xxx.diebus ad petẽdum apo
stolos dicitur.inf. de appel.ab eo. vt f.inci
piant currere à tempore sententiæ, non à
tẽpore appellationis interpositæ, vel dic,
q ab interpositione, & notificatione pri-
mi incipit currere secundum D. meum,
& idem Archid.in glo.dicit Compo. in fi.
ver. hoc autem certum.dicit ipse Guill.q
3 præsens † nõ potest petere, vt procedatur
contra absentem,nisi docuerit,se tempo-
ra huius cap.obseruasse,deducto tempore
competenti. computatur enim mensis, &
xx.dies, & tempus competens, quo in iti-
nere fuit:sed nec is, qui tempora non ser-
uauit potest hoc contra aduersarium op-
ponere in seq. ver.quod incipit, sed nun-
quam videtur.dic obtinuisse,q sufficit au-
ditorem impetrasse, vel adire infra prædi-
cta tempora, quia istud cap. non requirit
obseruationẽ temporum,nisi q infra men
sem iter arripiatur, & q primus veniẽs ad
curiam per xx.dies expectet alium,& in a-
lio ver.quod incipit,quid si apparet. dicit
seruare q sufficit apparere auditorem ob-
tentum,licet non ostendatur, q per princi
palem personam, vel eius procuratorem
in glo.ergo si post ibi secundum Innoc.&
Host.post terminum autem huius consti-
tutionis potest vtraque pars impetrare,
dummodo appellatus nimium nõ præcur-
rat.sup.de appe.oblata.secundum Comp.
licet in glo.qualiter vtraq. pars,in glo ha
4 rum appellatione ibi,[perpetuum.] † non
videtur quantum ad hoc referre, an conce
dat beneficium in perpetuum,vel ad tem-
pus, quia vtroque casu beneficiatus dici-
tur,& habebit locum istud c.ad hoc clem.
de suppl.negl.prælat.c. quia regulares. §.
permissa.& quod not.D.meus inf.de præ-
ben.cum de beneficio.super ver. quando-
que ministrauerit.fac.etiam cle.de rescri.
c.ij.iuncta c.statutum.§.1.faciunt prædi-
cta ad id quod quæritur,nunquid nomine
clerici veniat canonicus,vel ecõtra,q scili
5 cet † nomine canonici veniat clericus, &
sic optime, & per rationem supradictam
6 videtur dicẽdum, q † etiam in hospitalib.
locum habeat cap.illud,ad hoc quod not.
D.m. post Host. sup.de renunc.admonet.
super ver.personis,& quod scripsi in quæ-
stione,qua quæritur, nũquid actor debeat
mitti in possessionem hospital.propter cõ-
tumaciam rei,vbi tenui,quòd non,de qua
quæstione scripsi in clem. de iudi. dispen-
diosam.est autem intelligendum de hospi
talibus constructis de auctoritate diœce-
sani,aliàs secus. de relig.dom.c.de Xeno-
dochiis.& c.ad hæc. verum, q appellatio-
ne clericorum veniant canonici,& appel-
latione canonicorum nõ veniant clerici,
est satis expressum inf.de priui.c.per exce
ptionem.& de sen.excom. alma mater. §.
aditio.sup.de ver.sig.cum tibi.videtur di-
cendum, q in communi locutione appel-
latione clericorum veniant canonici, &
appellatione canonicorum intelligantur
clerici,& idem in contractibus & gratiis,
& indulgentiis fauorabilibus,& nõ odio-
sis: in odiosis vero, etsi nomine clericorũ
veniant canonici, non tamen nomine ca-
nonicorum venient clerici, vt in d. c. per
exceptionem,& c.alma.§.adiicimus.in gl.
spes est.in fin. & dicit Sene.declam.lib.1.
7 declamatione 1. Spes † est vltimũ aduer-
sarum rerum solatium. Sol. secundum a-
lium Philosophum, Spes est refugium la-
borum dubius aduentus super gloss. hanc
pœnam. in fi.insupplet.Guill.in fi.dixit.n.
Guill.q si citatus ab homine cõtumax est,
condemnari debet in expensis; si autem ci
tatur à iure, vt hic, tunc non debet con-
demnari.

SUMMARIUM.

1 *In scrutinio verbum apponi possit cum il
la clausula, Eligo & postulo, prout
melius de iure remissiue.*
2 *Protestatio cõtrario facto quid operetur*
3 *Protestatio excommunicati petetis abso
lutionem citra praiudicium appella-
tionis quid iuuet.*
4 *Sponsio facta super re incerta non va-
let.*

CAP. II.

IN *electionibus & postulationibus.*] Poterit
tñ in casu sup. prox. c. licet. c.vno di
1 cit † in scrutinio,consentio impetretur
eligendum,vel postulãdum, prout melius
fieri poterit de iure, vel eligo, & postulo,
prout

prout melius poterit de iure valere: quod dic vt ibi scripsit D.m. super ver. dubitatur. in glo. elect. in fi. cōtra prædicta à ver. subdebat, immo vsque ad fi. huius glo. vide quod scripsit D. meus in clem. de rescr. cap. gratia. in glo. idē tenent, sed non sunt
2 paria: nam ibi † protestatio non potest operari quin expiret gratia per adeptionē possessionis secundi beneficij, seu adepti beneficij se non patientis cum beneficio gratiæ, quia c. illud gratia, vult illam expirare etiam si de facto, & non de iure possessionem apprehēderit, & idem hic, quia protestatio, & conditio non possunt facere, q hic sit prælatus, qui nō pure, sed sub conditione eligitur vel consensit, licet sibi fiat obediētia, vel recipiatur ad osculum, vel vt prælatus administret. cōtrarium vero eius in fi. gl. huius dicitur, tenet ipse Innoc. sup. de appel. quæstioni. & D.m. post eū in gloss. ac si dicat. & in c. qua fronte. in
3 glo. not. secundū Inno. vbi dicit, q † excōicatus petendo absolutionem ab excōicatione corā iudice, à quo appellauerat, protestando, q non intendit appellationi renunciare, iuuatur protestatione, ita q non renunciat appellationi. secus si non protestaretur, & tūc renunciatur secundū eum appellationi insupplet. concordantias. in
4 fi. in primo ver. dicit, q cum super re † incerta fit remissio tam ex parte spondētis, quàm ex parte stipulantis nulla contrahitur obligatio. in ver. 2. dicit, q non interest an vllo modo, an incerte quis confiteatur.

SVMMARIVM.

1 *Summum bonum cum concordia ex Seneca.*
2 *Concordia cum discordia ex Seneca.*
3 *Seruitus quid ex Isidoro.*
4 *Seruitutis descriptio ex Cicerone.*
5 *Scriptura legis licet sit breuis, tamen interpretatio est ampla.*

CAP. III.

1 Vbi periculum.] Cōcordia Senec. de beata vita charta 3. dicit, summum † bonum esse cum concordia. virtutes enim ibi esse debent, vbi consensus, atque vnanimitas erit, desident vitia, in gloss. computan. ibi veritas patere non potest, Senec. de quæstionib. natural.
2 lib. 6. in pen. charta. Tota † huius mundi concordiā ex discordib. constat in glo. sic sup. de vita & honest. cler. ibi à specie ser-
3 uitutis. seruitus † est malorum cōtrariorū postrema pœna, quæ liberis cum supplicio grauior est. Nā vbi libertas perit, vnà ibi pereunt omnia. Isid. 5. lib. & hic secun-
4 dum Tullium † est seruitus obedientia fracti, atque abiecti, & arbitrio suo carentis. vnde facit clem. de stat. mon. c. ne in agro. §. porro. in gl. nō in quolibet. ibi, excepta. Senec. declama. lib. 5. decla. 4. in l. In quid nil excipit, sed multa licet non excipian-
5 tur intelliguntur, & † scriptum legis angustum, & interpretatio diffusa est.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis ista in quibus conueniat cum cap. 1. super eo. tit.*
2 *Expressio specifica magis operatur, quàm generica.*
3 *Differentia inter istam decretalem, & c. 1. super eo.*
4 *Pœna non seruantis formam istius decretalis.*
5 *Differentia inter oppositionem criminis fiendæ, & appellationem ab electione factam.*
6 *Subreptio impedit executionem electionis.*
7 *Forma huius decretalis seruanda est etiam cum appellatur ab executore.*

CAP. IIII.

Vt circa.] In glo. quid intelligitur ibi, [incūbit.] fac. quod not. sup. eod. tit. & lib. c. 1. super ver. defe-
1 cerit. circa intellectum huius c. † quærendum occurrit primo in quo conueniāt, vel differant inter se hoc c. & sup. eo. ti. & lib. cap. 1. dicendum, q conueniunt in quinq. scilicet vt vtrumq. locum habeat tantum cum

cum ad sedem Apostolicam appellatur se
cundum Guill.& Arch. Sed Io. Mon. hic,
& D. m. c. is qui. inf. eo. super 4. gl. tenent,
q illud c. habet locum et in appellationi-
bus alias interpositis ad alium, quàm ad
Papam. primum verius,& satis probant c.
is qui, & c. qui contra certam personam.
2 infra eo. tit. nam plus † est expressio specia
lis, quàm sit generalis, inf. de off. vic. cum
in generali. & de procur. c. qui ad agendū.
facit de off. leg. cap. ex parte 2. & ita ser-
uatur. Item vt vtrobique debeat appella-
tio appellato intimari per modū, qui ha-
betur in cle. causam electionis. eo. tit. ad
hoc vt principalis causa sit in Rom. Cur.
Item vt sit interposita in scriptis ex causa
legitima, & vera, & infra x. dies, & quòd
petantur apostoli. Item vt fiat infra men-
sem itineris arreptio eundi ad curiam, &
quod sufficienter compareat cum actis, &
munimentis, aliàs nō procederetur ad in-
stantiam præsentis in contumacia absen-
tis. Item vt in vtroque seruetur eadem for
ma cum extra iudicium appellatur, & in
forma, aut personarū defectus, vel crimi
3 na opponuntur. Differunt † aūt in quinq.
q istud c. habet locum tantum cum extra
iudicium appellatur, vt dicitur in c. consti
tutis. inf. eod. & fac. cle. constitutum. eo.
tit. 1. rñ. illud vero cum in iudic. & extra
iudicium appellatur. Item istud requirit
aliam formam cum extra iudicium appel
latur, q illud cum in iudicio appellatur.
Item quia istud c. non habet locū quando
opponuntur dum etiā respiciunt ius eccle
siæ, vel opponentis personæ. Ad illud sic
vt habetur in d. clem. constitutum. 1. rñso.
Item cum appellatur in iudicio probatio-
nis oblatio habetur pro pbatione, sed nō
cum extra iudicium appellatur, vt in isto
c. Item quia istud c. dat formam in appel-
lando, illud autem in persequendo secun-
dum Archid. secūdo quæ sit forma huius
c. de qua loquitur prædicta clem. constitu
tum, dicens, q ista scilicet vt omnia, pro-
pter quæ appellatur, quæ sunt nota ipsi ap
pellanti, & quæ potest probare, seu quæ
credit posse probari, debet reprimere in
publico instrumento appellationis cū de-
bita criminum & defectuum circūstantia-
rum specificatione, & hoc denotat ista lit-
tera, omnia & singula. Item debet ea om-
nia & singula corā publicis personis, uel
persona iurare corporaliter manu tactis
Euangeliis se credere esse vera & probare
posse. Quæ persona de his fidē faciat per
4 litteras suas. Tertio, † quæ sit pœna non
seruātis huius formam, dicens, quòd. s. ap-
pellans non audiatur super non expressis,
vt dicit ille ver. alioquin, nisi in tribus ca-
sibus, vt isto ver. nisi. & clem. præd. consti-
tutum. §. insuper. nō autem est pœna, q ap
pellatio propterea non teneat, quia tenet.
& deuoluit causam principalem ad Apo-
stolicam sedem, dummodo sit legitima, &
hoc satis colligitur hic, & in d. §. insuper.
Quarto cum prædicta forma seruari man-
detur, siue à prouisione facta, siue fiēda ap
5 pelletur, quæritur † quæ sit differentia. di-
cendum, q est inter alias, quia cum appel
latur à prouisione nō facta, sola oppositio
criminis vel defectus, siue infamia impe-
diet prouisionem: sed si appelletur à facta
prouisione, non impeditur effectus proui-
sionis, quæ est datio possessionis factæ pui
sionis, nisi opponetur crimen, vel defectus
cum infamia, vt sup. de accus. c. accedens.
& prout scripsit D. m. post Innoc. & Host.
de appel. constitutus. in glo. sed videtur, &
6 hæc vera, nisi opponatur subreptio, † quia
tunc etiam sine oppositione infamiæ im-
pedit prouisionis effectum, vt scripsit D.
m. post Compost. in eo. tit. c. sicut. in glo.
7 magna. in fi. Quinto, † an cum appellatur
à prouisione, & processu executoris vel al
terius prouisoris seruari debeat forma hu
ius c. dicendum, q sic, nisi prouisor prospe
xerit cum causæ cognitione & prouiden-
do, vel post prouisionem in exequēdo. ad
hoc inf. de appel. à collatione. & sup. eo.
tit. c. cū inter canonicos. & quòd ibi not.
& de despon. impub. c. ad dissoluendā. per
Inno. & D. meum. fac. quæ scripsit ipse D.
m. post Inno. & Host. inf. de concess. præb.
c. 1. in glo. collationem. circa fi. ver. & per
id prouideri, & in clem. constitutum. hoc
eo. tit. in glo. vt quia dicit, & quæ ibi scri-
psi sup. de appe. cap. dilecto.

SUMMARIUM.

1 *Auaritia quid ex Tullio.*
2 *Clericorum appellatione an & quando veniant Episcopi.*

Appel-

3 *Appellans in casu huius decretalis non impedit executionem.*

4 *Confirmatio est iudicialis respectu appellantis, sed respectu appellati, & iudicis extraiudicialis.*

5 *Possessio data post inhibitionem reuocatur.*

6 *Possessio data per iudicem vt iudicet, non reuocatur nisi cum causa cognitione.*

CAP. V.

1 A*Varitia.*] Auaritia † est vt ait Tull. immoderatus amor habēdi, quæ sicut dicitur beatam vitā tollit, concordiam dissipat, charitatem violat, & innumerabilia mala generat, vide in Catho. in littera Auarus. In glo. etiam episcopal. in fin. dicit Guill. sup. de rescr. c. statutum. §. cum vero. ver. quid si in rescripto,
2 ꝙ nomine † clericorum simpliciter posito non intelliguntur episcopi, nisi forte sit cōstitutio vel mandatum generale, vel edictum. 17. q. 4. si quis suadente. 21. dist. cleros. in glo. nota casum ibi quæsitum, & ff. si cer. pet. l. singularia. quæ dicit, ꝙ id, qđ in duabus personis recipitur in eadem persona recipiendū est. in glo. si se nō immiscet ibi in decre. qualiter vbi dicit, ꝙ nō nocet propter generalem consuetudinem secundum Inno. Host. & Compost. verumtamē c. qualiter. loquitur de installatione facta post electionem & ante confirmationem. c. vero ecclesia nostra. de installatione ante electionem, qđ longe aliud est in vno, q̃ in alio veritate inspecta. insupplet. hic alleg. Archi. 50. dist. c. si vero. ibi vel forte, & merito, cum appellans non debeat posse dicere confirmationem fore iudicialem, & habere vim diffinitiuæ cum ipse appellans nec in iudicio, nec pars iudicij fuerit, vnde quoad se censebitur extraiudicialis, licet quoad confirmantem & cōfirmatum
3 dici possit iudicialis: & ideo non † poterit ipse appellans per suam appellationē confirmationis effectum in possessorio impe-
4 dire. Est ergo † confirmatio & appellatio ipsa iudicialis quoad confirmantem, & confirmatum, extraiudicialis non quoad ipsum appellantem, & in hoc facit quod scripsi in cap. Iacobus. de simon. In 6. quæstione. & inf. eod. tit. cap. vlt. insupplet. & tunc dici potest, vt ibi, sed c. vt nostrum. supra de appel. non probat illud, ad quod hic inducitur, maxime si appellatur ad alium, quàm ad Papam, & non in maioribus causis. cum enim datio possessionis sit de processu seu executione iudicialis processus, sic vt ipse processus per talē appellationem, & cognitionem iudicium appellationis non impeditur, nec reuocatur, sed ex futuro pendet euentu. facit de frigi. c. fraternitatis. & inf. de sen. exc. c. solet. ad fin. & cle, vt lit. pend. si duobus. §. si vero. sic & ipsa possessionis datio, siue possessio, non ergo reuocabitur quousq. non pronunciabitur bene appellatum: hoc ve-
5 rum, nisi post † inhibitionem legitimam fuisset data possessio, vel nisi possessio fuisset oblata vni, & alteri data. fac. vt lite penden. in rubro & nigro. per totum, & infra de appellat. Romana. §. si vero vacatur. & cap. non solum. primo responso. & quod vtrobique not. per Dominū meum, & alios, & isto vltimo casu processisset vt
6 pars: si autem vt † iudex, tunc non fiet reuocatio, nisi prius veritate causæ propter quam appellatum fuit probata, licet se obtulisset eam etiam incontinenti probaturum, nec fuisset admissus, & etiam ad hoc, quia non fuit ad probandum admissus appellauerit, & erat appellatio iudicialis de appellatione interposita insupplet. & Ioan. Monac. ibi late, & Ambrosius in canone nemo. 30. quæstio. 4. tolerabilior est culpa si latet, quàm si culpæ vsurpetur auctoritas.

SUMMARIUM.

1 *Decretalis ista vtrum habeat locum in præsentationibus, & in quibus.*

2 *Ista decretalis non habet locum in collatione.*

3 *Tempus trium mensium ab ista decretali præfixus potest cum superiore concurrere.*

4 *Electus non petens confirmationem in-*

fra tempus iuris non est priuatus ipso iure.
5 *Impeditus non currit tempus petendæ confirmationis.*
6 *Papa concedendo ecclesiam vni ex electis, videtur electionem confirmare.*

CAP. VI.

1 Quam sit.] Electio] nunquid † habet locum istud cap. in præsentatione, & videtur quòd non, vt infra de præbend. cum illi. §. illis vero. & §. cum autem. dicendum videtur, quòd si ad collegium, vel personam ecclesiasticam in ecclesia prælati, vel rectoris spectabit præsentatio, idē in præsentatione sit quod in electione, cum talis præsentatio habeat vim electionis secundum Innocen. supra de iur. patro. cap. cum autem. in fin. fac. quod not. per Domin. meum infra eod. cap. sciant cuncti.
2 In collatione † vero non habet locum, vt patet infra de præben. si tibi absenti. prout etiam dicit super glo. vlt. istius cap. per Dominum meum, & inf. d. cap. sciant cuncti. in glo. quia alium facit, & super ea. & hoc quoad primū quod de præsentatione
3 dicitur infra tres † menses, nunquid istud tempus à superiore abbreuiari potest? videtur quòd non per reg. iur. indultum, infra de reg. iur. vbi hoc tenet Dñs meus, sed contrarium videtur dicendum, si cum causæ cognitione fiat, & ex causa,
4 non † tamen erit ipso iure priuatus, nō petens confirmationem infra tempus ab homine datum, & abbreuiatum, sed poterit priuari, vel alia pœna puniri, ad hoc quod not. Dom. meus inf. eod. tit. licet canon. in glo. antepenul. in prin. & in dicta regula. & quod scripsit D. m. supra de immu. eccles. c. aduersus. super ver. infra mensem, impedimento cessante. scripsit Guill. Man degot. in opere suo super tract. de elect. in forma 18. super ver. periculo, quòd in electionibus quarum confirmatio petitur à
5 Papa, vt hic, si electus impeditur † nō currit sibi tempus, licet confirmationem non petierit per procuratorem, quia in ardua causa non tenetur procuratorem cōstituere. de procu. c. querelam. In iis vero, quæ habent peti à Papa, secus, vt infra cap. cupientes. in quibus etiam impeditus debet procuratorem constituere in gl. not. quia ibi canonicum, in contrarium facit quod scripsit Dominus meus post Archid. infra eod. tit. cap. vt quis duas, super ver. pete-
6 re. vbi dicit, quòd † adiudicando vni ex duobus litigantibus electis ecclesiam Papa videtur confirmare, cum non sit nisi tis in verbis.

SVMMARIVM.

1 *Nocens potest aliquis esse, quamuis non peccet, ex Seneca.*
2 *Concubens cum propria vxore tanquam alia adulter est, ex Seneca.*
3 *Aliquando punitur non solum effectus, sed etiam affectus, ex Seneca.*

CAP. VII.

Perpetue.] In glo. [& sic grauiter peccat.] in fi. pro & contra fac. quod not. inf. de voto. c. vno. in gl. ergo, & super ea. & infra de reg. iur. cum quis. 3. quæst. contra sol. Bar. quod dicit Sene.
1 de prouidentia Dei lib. 9. Potest † aliquis nocens fieri, quamuis non peccauerit: si
2 quis † cum vxore sua tamquam cum aliena concubat adulter erit, quamuis illa adultera non sit: & post pauca, Omnia scelera etiam ante effectum operis quātum culpæ satis est, perfecta sunt. insupplet. an vero, ibi, perfecto Sene. declam. lib. 10. 4.
3 declamatione, & † scelera quoque quāuis citra exitum cederint, puniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum non facta mentione de renunciatione an valeat.*
2 *Subreptionis exceptio, an vitiet rescriptum.*
3 *Priuilegium an valeat non facta mentione renunciationis.*

CAP.

CAP. VIII.

1 Nulli.] In glo. quam fecit ibi, per hanc dec. an † valeat rescriptū ipsum, non bene hic apparet. dicendum ergo videtur, q ibi non auditur opponens in hac dec. non audiatur impetrans per rescriptum non facta in ipso mētione de dicta renūciatione, vel q vbi auditur opponens in hac decre. audiatur impetrans per rescriptum etiā non facta mētione in ipso de tali renunciatione in qōne propofita, interdum tamen audiretur opponens coram ordinario, & non audiretur opponens coram delegato per rescriptum impetratum ab eo, vt quia diceretur rescriptum subreptitium, & non posset dici oppositio subreptitia. fac. sup. de rescri. super litteris. & inf. de lit. cont. c. 1. & quod scribitur per D. m. post Innoc. & Host. sup. de appe. si duobus. & inf. de reg. iur. super regula mora. in solutione qōnis 2. & de rescrip. cum ordinem. & c. cum dilecta. obstabit tamen agenti, vel opponēti alia exceptio, quæ impedit cognitionem iudicis, non aūt iurisdictionē ipsius:
2 exceptio † vero subreptionis contra rescriptum in forma communi opposita elidit rescriptum, iurisdictionem, & cognitionē iudicialem, & ibi q valet rescriptū. ad hoc scilicet, q rescriptum valeat bene faciunt solutiones positæ inf. de reg. iur. mora. sed ibi non loquitur in impetratione, sed cum agitur coram ordinario, vnde aliud hic, quàm ibi. dicetur ergo rescriptum in quæstione non valere, quia exceptio & renunciatio sunt hic de processu iudicij, de quo debet fieri mentio in rescripto, vt in c. super litteras. de rescri. & de restitu. spo. audita. de dolo & contu. de re iud. & inter. & tunc videtur esse de processu iudicij, cum executor processit vt iudex, scilicet cū causæ cognitione. Si vero procedat vt merus executor, tunc non videtur de necessitate de tali acceptione, & de ipsius renunciatione in rescripto mentionem fieri. & hoc verum in rescripto ad lites in forma com-
3 muni, secus † in priuilegio, quia debet in ipso de tali renunciatione mentio fieri. ad materiam fac. quod not. in Spec. de offic. iudic. §. deseruit quoque. ver. sed quid si clericus. & quod scripsi sup. ea. glo. ibi, per hanc decr. & quod scripsit D. meus supra de rescrip. c. constitutus, & cap. ad audientiam, & quod plene scripsit Guill. in Spec. de except. §. dicto. ver. sed quæro. & ver. sequentibus vsque in finem.

SUMMARIUM.

1 *Renunciare videtur obiectionibus electo factis & appellationi interpositæ, qui non curat coram Papa tempore debito se præsentare.*

CAP. X.

Quamuis.] Repræsentes. q d si infra prædictum terminum, se nō curauerunt coram Papa repræsen-
1 tare, † nunquid haberi poterunt pro renunciantibus appellationi sicque inferiores, quorum confirmatio, vel infirmatio ipsarum electionum erat, poterunt hoc facere. videtur, quòd sic. ad hoc sup. de appel. personas. & cap. consuluit. sed in alio casu loquuntur, vnde dicendū, q hoc ad Papam pertinet per c. cupientes. infra eodem.

SUMMARIUM.

1 *Defectus & crimen differunt, adeo qui defectuosus postulari potest, non tamen criminosus.*
2 *Euidens defectus quis dicatur.*
3 *Electo contumace vtrum defectus haberi poterunt pro probatis.*
4 *Electus comparere cogendus, vt constet de defectibus oppositis per censuras et pœnas iuris.*
5 *Electus contumax vtrum post terminū audiatur.*
6 *Electo quandocunque re integra comparente examinabitur, & repertus idoneus confirmabitur electio, sin autē sit euidenter defectuosus repelletur.*

CAP. XI.

SI *forte.*] poſtulato] quod dicit hæc lit
tera.poſtulato, nó videtur poſſe pro-
cedere quoad euidentē ſciētiæ defe-
ctum,vel alium procedentē ex crimine,cū
1 defectuoſus , † non tñ criminoſus poſſit &
debeat poſtulari,non eligi.ſup.eod.tit.in-
notuit.61.diſt.Oſius.& quod not.per Ber.
& Inno.de poſt.præl. & ſi vnanimiter. per
Goff.eo.tit.in ſum.§. itē & poſtulatur ha-
bens defectum.& per Io. 61. diſt. §.aliud.
vnde videtur intelligendum cum inter ce-
tera quæ obiiciuntur poſtulato,opponitur
aliquid euidens vitium.ad.3.q.10.c. 1. &
in fi.§.vlt.eiuſdē qōnis, & hic per ar. nam
criminoſus poſtulari non poteſt,vt ſup. de
poſtul.c. 1.& ſup.eo.tit.cap.ſcripſit.& per
Gof.in ſum.de poſtu. §.vlt.in fi. vel poteſt
etiā eſſe hoc in oppoſitione defectus , qui
omnino inhabilem redderet poſtulatū,qa
tunc eſt contra deſcriptionē poſtulationis
factā. per Arch.poſt Hoſt.ſup.eo.ti.c.1.ſu-
per ver.poſtulationū.& per D.m.ſup.eod.
li.de poſtu.c.1.ſuper glo.per quam, vel cū
ad oppoſitū deuenit culpa ſua.nam ſi talis
repellitur ab obtēto,vt not.ſup.eo. tit. cū
in cunctis.§.hoc ſane.& de æta.& qual. c.
1.& 75.diſt.c.quoniā.& inf.eo.tit.licet ca
non . multo fortius ab obtinendo repelli-
tur. 15.q.1.§. iis ita rñdetur,vel etiā cū de-
fectus poſtulati non exprimitur in poſtu-
latione ſecundū Goff. vt ſcripſit Archi. in
d.c.1.de elect.& D. m. in d.c. 1.de poſtul.
examinādis aliis,aut dabit initium.Sene.
decla.lib. 2.in fi. Scio futurum, vt auditis
eius ſententiis cupiatis multas audire. ad
materiam huius Decret. ſi forte. quæritur
2 primo,quis dicatur euidens † ſcientiæ vel
alterius defectus dicendū,ꝙ ille, qui aper
te ſtatim ſubiecto illo,cui euidēs defectus
opponitur ex animo iudicis ita euidenter
apparet,ꝙ tergiuerſari non poteſt. ad hoc
2.q.1.c.manifeſta.c. quæ Lotharius. & c.
de manifeſta.& de accuſ.audientia. de fil.
presbyt.c.quoniam.inf.de offi.ord.c. ordi
narij.§.ceterum.ibi euidenter.fac.96.diſt.
bene quidem.in prin.ver.ne ergo in diſpu
3 tatione.& quod ibi not.Secundo † quæri-
tur, quid ſi electus citatus, vt veniat certo
termino peremptorio ad ſubiiciendum ſe
examini,non venerit,& pronunciatus fue
rit contumax , nunquid haberi debet pro
probata oppoſita euidentia defectus, ma-
xime ita ꝙ electio pronunciari valeat nul
la , videtur ꝙ non . ratio quia hoc non eſt
cautum iure. vnde cum ſit pœna,nó debet
imponi ab homine, ne aliud interueniat .
ad hoc 2. q. 5.conſuluiſti.& de tranſlatio-
ne epſco.c. inter corporalia.inf.c. ſtatutū.
& de ſen.exc.c.is qui. 1.rñſo.poterit tamē
4 iudex † ipſum ad veniendum cogere,& tā-
dem electionem , & electum repellere. de
off.deleg.de cauſis.vlt.reſpó.cum creſcen
te cōtumacia creſcere debeat pœna. de iu
5 dic.cum nó ab homine. Tertio † quæritur
quid ſi poſt terminum veniat paratus exa
minari, nunquid debeat audiri, & videtur
ꝙ non . fuit enim in culpa non veniendo ,
vnde ſibi debet imputari. inf.de regul. iur.
mora.& ꝙ quis ſua culpa . Sed contra ipſe
tenebatur ad duo,ſ.ad venien.& in termi-
no , quo caſu nihilominus poſt terminum
venire tenetur . ergo & admitti debet in
tali caſu, maxime vt veritas habeatur . ad
hoc 8.diſt.c.quæ contra mores . & ſup. de
dol.& contu.cū dilecti.35.diſt.ver.graue.
fac.inf.de priuil.c.cum perſona. in fi.& de
præben.ſi tibi abſenti. & quod ſcripſit D.
m.inf. de off.ord.c.ordinarij.§. 2.in glo. 1.
non obſtante.& dixit, ꝙ ſi ille, qui non fe-
cit fidem de diſpenſatione quam allegat
in termino ſibi dato propter quod benefi-
ficiis eſt eo ipſo priuatus : ſi tamen prius
quàm ordinarius beneficia cōferat fidem
de diſpenſatione faciat, etiam elapſo ter-
mino non poterunt ipſa beneficia confer-
ri. facit etiam inf.eo.tit.ab eo.& quod ibi
6 ſcripſit D.meus. Quarto † quæritur, quid
iuris ſi examinetur dicendū,ꝙ ſi appareat
ſufficiens , confirmabitur electio , ſi aliud
canonicum non obſiſtat. ſup. eo.tit. poſt-
quam.& repelletur & punietur opponens
vt in iſto c. ſi forte. in fi. aut apparebit eui-
denter defectuoſus,tūc repelletur electus,
aut reperietur minus ſufficiens,nó tamen
euidenter , & tunc repelletur electus,& e-
tiam punietur opponens , vt hic, & ſupra
eod.lib.& tit. cap. primo. & hoc intendit
iſtud cap.ſi forte.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Parochialis ecclesia dicitur quaelibet curam animarum habēs, siue habeat distinctam parochiam, siue non.*

2 *Ecclesia habens distinctam parochiam licet non habeat curam animarum actu, habet tamen habitu.*

3 *Episcopus, an possit dispensare contra suas constitutiones.*

4 *Clausula, Amoto quolibet detentore quid operetur.*

CAP. XIIII.

Licet Canon.] In glo. Arch. contra, ibi [quod beneficiū,] & hic super ver.
1 de † parochialibus. & dist. 10. c. nō licet. hoc intellige de ecclesia curam animarum habente, etiam si non habeat di-
2 stinctam parochiam, & idem † est de quali bet distinctam parochiam habente, licet non habeat curam animarū in actu. insup. Archid. dicit, ibi, [dispensatio.] contrariū eius, quod D. meus posuit post Inno. in d. c. dilectus. posuit etiam post Innoc. de sta. mon. cum ad monasterium. super vlt. glo.
3 in fi. & ꝙ † episcopus possit dispensare con tra suas constitutiones, posuit etiam ipse D. m. inf. de reg. iur. c. cuilibet. in vlt. fol. quaest. in glo. commendare. ibi dic, ꝙ sic, idem arg. nec sufficit, si dicatur in littera,
4 amoto † exinde quolibet detentore, vt scripsit Guill. in isto c. sed D. m. post. Io. de Se. scripsit de concess. praeb. c. cum nostris. super glo. placet in eo, qui impetrat beneficium quod iniuste, colorate tamen ab alio tenetur, ꝙ valet rescriptum, in quo est dicta clausula, licet aliter de possessione non fiat mentio.

SUMMARIUM.

1 *Commendato per Episcopum beneficio patronato vtrum patroni praesentare possint.*

2 *Commenda Episcopi non praeiudicat patrono, sed bene permutatio.*

3 *Permutatione effectum non sortiente quilibet permutans ad suum beneficium redire potest.*

CAP. XV.

Nemo.] Insuppletur, si vero nō fuerit ibi in glo. de commenda. Si
1 tamen † episcopus eā fecit fraudulenter & sine causa; tunc etiam illa nō cassata, poterunt illi ad quos pertinet eligere, vel praesentare rectorem ad illam ecclesiam commendatam, non obstante tali commenda secundum quosdam, pro quibus facit finis huius cap. sed dicit Archid. praedicta, & ea quae dicuntur in glo. posse substineri in commenda, secus in permuta, quia tunc si non vocetur patronus maxime laicus eo impugnante, non valebit permutatio, & poterit ad vacantem ecclesiam, etiam permutatione non cassata vel reuocata praesentare alium, & hoc si permutantes fuerint in culpa, quia sciebant ecclesias habere patronos, aliàs secus. ratio quia aliud in permutatione, ꝙ in com-
2 menda, quia † in permutatione derogatur patrono, in commenda vero non, & idem videtur etiam si permutantes non fuerint in culpa. ratio, quia & si quando non sunt in culpa excusentur à poena, non tamen ipsorum innocentia in damnum patronorum redundare debet. verum est quantum
3 ad hoc, vt permutatio valeat: poterit † tamen quilibet ipsorum permutantium ex quo non fuerunt in culpa etiam inuitis patronis ad suum beneficiū reuerti, si patroni permutationi factae contradicunt. facit inf. de praeb. si beneficia. & cle. de rer. per. c. ne concessione.

SUMMARIUM.

1 *Custodia ecclesiarum collegiatarum vacantium vtrum spectet ad episcopum vel ad oeconomum, seu ad collegium.*

2 *Capitulum sede vacante contrahendo obligat ecclesiā & futurū praelatum.*

3 *Eligentes possunt causam prosequi, & obtinendo prosunt electo.*

4 *Hoc tamē intelligitur in casu in quo eligentes valent appellare.*

5 *Beneficia electiua non possunt pronunciari.*

CAP. XVI.

Cupientes.] §.ad hæc per capitulum. per istam litteram c.per illā;quæ est infr. ibi per ipsum capitulum reprobari videtur quod scripsit Host. sup. de statu mon.c. ea quæ. & Archid. inf. de
1 off.ord.c.præsente.vbi tenent, ꝙ in ecclesiis etiam collegiatis,& etiam regularib. vacātibus custodia spectat ad episcopum, vel ad œconomum per episcopū deputatū, & approbari quod scripsit Innoc.& D. m. post ipsum vt ecclesiastica beneficia c. vt nostrū.in glo.hac vlt.ver.& hæc naturæ vbi dicunt,ꝙ spectat ad collegium vacantis ecclesiæ.ad hoc inf.eo.tit.quia sæpe de hoc scripsit plenius tempore D. mei in d. c.ea quæ. in gl.per diœc. nam vt hic apparet, capitulum vacantis ecclesiæ administrat etiam bona, quæ spectant ad prælatum, nedum communia, & de ipsis facit expensas in electionis negotio,immo etiā aliūde procurat,vt puta mutuo si de ipsis bonis non possunt haberi,& quia hoc dila
2 tionem non patitur. Dico† etiam si capitulum absque superiorum licentia mutuum cōtrahat,obligatur ecclesia & prælatus futurus.facit quod not.Io. t 2.q.2.c.placuit. in vlt.glo.& Archid.super ea in lectura;& Pan.in cle.de reb. eccl.non alie.c.1.in gl. hi duo casus.fac. etiam qđ not. in spe. de his quæ à præla.in fi. & sic posse fieri consulus in vacatione hospitalis de Alto passu.pro & cōtra facit qđ scripsit D. m. post Innoc.& Host.ne sed.vac.c.1.quod dicūt Host.& Archid.nō obstante nam cap. ea, quæ locum habet cum capitulum fuit in culpa in substinendo,& non denunciādo abbatem,q. per visitatores est repertus culpabilis propter quod administratione remouetur,faciunt etiam ad hoc inf.de sup. negl.præl.c. vlt. & plura in gl.de postulat. in fi. idem puto in electo in magistrum hospitalis, vel templi si immediate sedi Apostolicæ subest, vel ad eam appelletur, & idem in electis aliorum hospitalium religiosorum, vt sub nomine regularium ecclesiarum, comprehenduntur etiam hospitalia religiosorum. in hoc casu fac. quod not.per D meum post Hostien. sup.de renun.c.admonet.super ver. personis.& inf. de restit.in integ.c.2.super ver.ecclesia.facit etiam clem.de relig.dom.quia contingit.§.præmissa.§.ceterum.in glo.circa cōfirmationem.ibi, priuatur vt sup. fac. qđ ipse D. meus scripsit post Innoc. & Host. de re iud.cum super.in gl.& semper appellauerat,in qōne.Sed quid si abbas.ver.ꝑ
3 pter appellationem. quid † si pronunciatur electum propter negligentiam suā priuatum esse,& à qua pronunciatione nō appellat electus.& sic quoad ipsum transiuit in rem iudicatam: appellant tamen eligentes, & obtinent in appellationis causa,vt quia probant electum fuisse legitime impeditum,nunquid pronūciatio ipsa reuocabitur etiam quoad electum, puto ꝙ sic,& obtinebit per eos, quod per se obtinere non potest.simile inf.de conc. præb. c.placet & prædicto c.cum super. & quod ibi per prædictos scribitur super ver.si constiterit.in 3.col.ver.& tum ex se.hoc verū nisi fuisset per appellationē releuatus electus, vt quia constabat eum non incidisse pœnam huius constitutionis, vel erat dubium. secus si constaret eum incidisse, & quod dixi eligentes appellare posse à declaratione iuris priuationis electi.licet e-
4 lectus non appellauerit † intelligendū est eo casu, quo eligentes nō sint priuati prosecutione confirmationis electionis, vel si sint declarati priuati appellauerint à declaratione iur.priuationis ꝓsecutionis,& in casu, quo potuerunt appellare,vt in electo dictum est,& etiam à declaratione iur. priuationis prosecutionis electi, aliàs non procederet dicta quæstio, & responsio ad eam, quia in nullo audirentur eligentes, & multo fortius appellare potuerunt eligentes quando tempora istius cap. obseruassent, & contra se pronunciationem ali
5 quā habuissent.In glo.non † ergo officiis. in fi. nunquid ergo illa potuerūt vnà cum aliis beneficiis permutare,dicendū,ꝙ non secundum ea quæ scripsit D.m.inf.de rer. permu.c.vno.in gl.not.quia.fac. etiam in cle.de pœnis.c.1. in gl.non priuat obtent.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Simile non est idem.*
2 *Potestas magna debet esse breuis ex Seneca.*
3 *Vestigia antiquorum vitiorum remanere solent ex Seneca.*

CAP. XVII.

1 F*Undamenta.*] Similis, † non ergo eadē, quia melius est id, cui simile est, vt habetur sup. de rescr. c. sanctæ eru cis. in 1. gl. & vt dicit Sene. declam. lib. in prooe. Hæc rei natura est, semper citra veritatē est similitudo, & declama. lib. 7. de-
2 clamat. 6. Nil tam ciuile, tam † vtile, quàm breuem potestatem esse quæ magna est. dicet ibi gl. q diuturna potestas causat insolentiam, & inde est, q Romani Regiā potestatem mutauerunt in consulare imperium. Insup. de malitia ibi, de primordiis retinet nec mirum: nam vt dicit Sene. decl.
3 lib. 2. in princ. Antiquorum † vitiorum remanent vestigia.

SUMMARIUM.

1 *Non seruans formam canonis in obiectis non auditur etiam super expressis.*

CAP. XIX.

1 I*S qui.*] Expressis sub, † nec etiam super exprimendis, vt in cle. eo. tit. constitutum. §. vlt. nec in casibus exceptis in c. vt circa. ver. v. sup. eo. lib. & tit. in prædicto. c. §. insuper. debet tamen tunc iuuare, vt dicitur in d. cap. vt circa. §. super huiusmodi autem.

SUMMARIUM.

1 *Appellans ab electione vel obiiciens contra electum nō seruata forma canonum non auditur, nec etiam per viam querela.*

CAP. XX.

1 Q*Vi contra.*] † certæ pœnæ, quæ est vt appellans ab obiectis propositis, & proponendis, & eorum facienda probatione repellatur, vt sup. c. prox. & express. in clem. eod. tit. constitutionem. §. fi. etiam per modum querelæ. eo. c. §. insuper. in tribus casibus exceptis in c. vt circa. ver. nec. sup. eod. c. lib. & tit. vt ibi etiam dixi, & sup. c. prox.

SUMMARIUM.

1 *Prioratus claustrales non veniunt appellatione collegiatarum.*
2 *Collegiata ecclesia quomodo possunt esse parochiales.*
3 *Unio ecclesiarum fit vel ad inuicem vel vna subiicitur alteri.*
4 *Reseruatio & exceptio quid operetur.*

CAP. XXII.

S*Tatutum.*] Collegiatas, dummodo non
1 fuerint prioratus † regulares ordinis B. Benedicti monachorum nigrorū, vt in clem. de statu mon. ne in agro. §. ceterum. aliàs §. qui autem. in glo. collegiatæ. in fi. & aliquando est locus c. licet canon. aliquando non: nam cum vna ecclesia col
2 legiata † est parochialis, vt qa sic ab exordio instituta est, vel tractu temporis consequitur parochiam, & sic efficitur parochialis, vel etiam quia sibi vnitur ecclesia parochialis, vt in clem. si vna ecclesia. de reb. eccle. non alie. tunc non habet locum dictum c. licet canon. sed habet locū istud cap. fac. ad vlt. ca sum. inf. de præben. super
3 eo. & quod ibi scribitur per D. m. Si † autem ecclesia collegiata vniretur ecclesiæ parochiali, vel vniretur ecclesiæ collegiatæ, & ecclesia parochialis, ita q neutra subiiceretur alteri: tunc erit locus prædicto c. licet canon. & eius prouisioni, & si non ratione ecclesiæ collegiatæ, tamē ratione ecclesiæ parochialis. ad hoc de ma. & ob. quod super. de his de priuil. cum capella. & c. ex ore, & inf. eo. tit. volentes. §. in eos. fac. quod scripsit D. m. inf. de regu. iur. rationi.

tioni. in solut. primæ, & secundæ q̃onis. & quod scripserunt Io. & Arch d. 17. q. 1. & temporis qualitas. & Ber. & Host. & D. m. ne se. vac. c. 1. in glo. 2. & super ea. fac. etiã inf. de consec. eccl. si ecclesiam. insup. etiã
4 fac. ad quæstionem. in fi. fac. etiam † quia reseruatio quæ fit, & habet vim exceptionis reseruat, & excipit ab expressis, & ab his, in quibus si non fuisset reseruatio, & exceptio, includebantur reseruata, seu excepta. expressa vero inclusa sub regula seu sub genere erant dignitates in parochiales, ex quo excipiuntur, seu reseruantur, erant reseruata, excepta, & exclusa, seu ex cepta de genere, nec erunt inclusa in genere. fac. inf. de præben. si Apostolica. & q. ibi not. per D. m. & de reg. iur. in exordio. per Dy. & D. m.

SUMMARIUM.

1 *Archidiaconi doctrina quomodo intelligenda.*

2 *Confirmans electionem quando est inferior à Papa non potest defectus tollere.*

3 *Canonici præsentes virum possint statuere terminum absentibus ad comparẽ. & interesse electioni, illisq. non comparentibus, eorum vice eligere.*

4 *Electio facta à capitulo Fesulano post terminum absentibus præfixum fuit reputata valida.*

CAP. XXIII.

Si cui.] In glo. si sequatur confirmatio ibi [non à iure naturali,] dictum Arch-
1 chid. † potest exaudiri cum inferior à conditione iuris inducentis formam electionis confirmat electionem. Inno. Host. & Compo cum superior s. Papa vel alius legem condens talem electionem confirmauit.
2 † ratio quia non potest in primo casu confirmans defectum commissum ex omissione formæ per suam cõfirmationem tollere vel supplere. secundo casu potest, quod videtur facere dum confirmat, ad hoc quæ notantur sup. de ele. coniuga. c. diuersis fallaciis. & de fil. presby. veniens. & quod scripsit D. m. sup. eod. lib. & tit. q̃ sit. in vlt. glo. in fi. & de schismat. c. fraternitati. super 1 glo. insup. cum ergo ibi, vtile, verũ dicit si sit ita compromissario data potestas, aliàs non. & in fi. dictum D. m. posset procedere cum esset potestas eligẽdi simpliciter & alternatiue sic eligẽdi nominatum à maiori parte capituli, vel partium. sed eo modo quo datur in isto c. secus. ratio quia in primo casu est vtile, s. forma præmissa inf. eo. tit. c. cum expediat. & inutile sicut forma istius c. in vlti. not. est totum inutile, s. forma huius c. prohibita, & forma mandati, & inf. de præben. cui de non sacerdotali. in fi. vnde in primo casu potest vigore commissionis eligere secundum formam prohibitam, & non valebit. vltimo vero casu non potest vigore traditæ potestatis, nec secundum formam prohibitam. insup. & Archidiac. videtur
3 tamẽ canonicos inter † se ordinare posse, q etiam si vnus eorũ præsens fuerit in certo termino per eos deputato ad quem omnes comparere deberent aliis non comparentibus in termino habeant vocem omnium aliorum, & censeatur totum capitulum, & libere possit ad electionem procedere, & q valebit electio facta per illam,
4 & iam de facto habui & ita fuit obtentũ † in vacatione ecclesiæ Fesulanæ, q s. talis electio valeret, & esset concors. Aliud vero est dare potestatem, seu formam eligendi sub certa forma, aliud ordinare, vt procedi valeat libere sine aliqua data forma, vt in primo casu loquuntur istud c. & ista gl. in vlt. casu nostro, insup. idem dic in fi. fac. quod ipse scripsit inf. eo. tit. cum expediat. in glo. vnica. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Anfractus vnde dicatur, & quid sint.*

2 *Professus ordinis mendicantium postulari non potest extra suum ordinem.*

CAP. XXIIII.

Quorumdam.] † Anfractus, dic q ab anfrigo, is. dicitur hic anfractus anfra ctui. i. circunfractio, anfractus etiã dicuntur

dicuntur viæ & loca aspera, & diuerticulis plena, & circunfractionibus, & ruinis. anfractus etiam dicuntur quandoque foueæ, & concauationes, vt in Cathol. man
2 fractus postulatione † professus ordinis mendicantium postulari non potest ad aliquam ecclesiam, vel monasterium extra suum, vt in extrauag. Ioan. Papæ xxij. dispendiis. insup. idem Archid. facit ad hoc inf. de re. iur. communi. in quæstione ma. 2. partis. & maxime in ver. tertio, & ipsius solutio.

SUMMARIUM.

1 *Electiones duas prosequi nemo potest, quomodo intelligatur.*
2 *Iura fauent magis iuri quæsito quàm quærendo.*

CAP. XXV.

1 VT *quis duas.*] † In glo. concor. de fide instrum. in fin. & per ea, quæ ibi scribuntur dici posse videtur; ꝙ licet vna electione electa, non possit electus aliam electionem prosequi, vt hic, verum sit s. actiue petendo confirmationem ex ea, poterit tamẽ ex illa excipere. Insup. item sed Archi. in fi. qui etiam super ver. eligere dixit, istud obtinet in iure acquirẽdo, secus videtur in iure iam quæsito, & sic loquitur sup. de concess. præb. c. post electionem. vt patet: quia ex duplici collatione potest quis ius suum sibi assignatum cõfirmare pro ratione huius dicti assignans:
2 quia † iura fauorabiliora sunt, vt quæsitũ retineatur, & habeatur, quia ibi nulla magis notari potest ambitio, quàm in iure ad rem quærendam.

SUMMARIUM.

1 *Superior intelligitur abbas immediatus ex forma huius decretalis.*
2 *Consensus superioris debet esse expressus, & non sufficit tacitus neque ratihabitio*
3 *Metropolitanus vtrum possit compellere suffraganeum ad dandum alicui subdito licentiam, vel illam dare remissiue.*
4 *Religiosus vtrum possit consentire electioni de se factæ, sine superioris licentia.*
5 *Sed nec dissentire postquam consensit.*
6 *Non habet velle, neque nolle.*
7 *Nisi fuerit in totum translatus.*

CAP. XXVII.

1 SI *religiosus.*] Sui † superioris, intelligit pau. sup. proxi. immediati Abbatis, quod dic vt ipse scripsit in clem. eo. tit. c. vlt. & allegat. 18. q. ij. ꝙ sit. in glo. ergo, & per iura ibi, & consensus subaudi, s.
2 expressus, † nõ enim sufficit tacitus in perpetua alienatione rerum, vt not. inf. de re. eccl. c. dudum. in glo. nota quia, & sup. de re iud. cum inter. in glo. quàm per hæc. in sup. Host. videtur hic in dec. ibi hæc de mera gratia, dixit D. m. in dec. nullius super
3 ver. Romano Põtifice, ꝙ metropolitanus † compellere potest episcopum, sed non licentiam dare. In c. isto dicitur, ꝙ † religio-
4 sus consentire nõ potest electioni de ipso factæ sine sui superioris licentia: nunquid ergo poterit dissentire; vel si habuit licentiam consentiendi, & consensit, nunquid poterit electioni renunciare, aut si fuit cõfirmatus, & ad aliud beneficium eligitur, nunquid consentire possit sine superioris licentia, s. abbatis, vel alterius, cui subest beneficium cum ad aliud eligitur. dicen-
5 dum, ꝙ † etiam dissentire, vel renunciare postquam consensit electioni non potest, nec esset sibi data licentia de consentiendo, dissentiendo, & renunciando eadem ra-
6 tione in vtroque, cum † velle vel nolle nõ habeat. hic fac. reg. iur. ciuilis Eius est nolle, qui potest & velle, quam habes inf. de reg. iur. in littera E. vlt. vero casu si est in to-
7 tum † translatus, poterit libere consentire cũ sit emancipatus, & liber ab obedientia abbatis, aliàs non. 22. q. 2. si quis. iã translatus non poterit consentire. sup. eo. tit. cõstitutus. & idẽ videtur si est sine ecclesia, & quia ei renunciauit si ad aliam eligatur: si vero non est in totum translatus non poterit

terit consentire sine superioris licentia. In contrarium eius quod scribitur per Arch. & D.m. sup. eo. tit. quorumdam. §. 1. & 2. so. ibi non cessat, sed durat in religioso, cũ & ratio prohibitionis, & in alio casu singulari, hic autem cessat, & non durat.

SUMMARIUM.

1 *Dispensare vtrum possit episcopus in casu huius decretalis.*

CAP. XXVIII.

1 NUllus. In glo. [non prohibet.] in fi. q episcopus † dispensare possit. fac. sup. de ӕta. & qua. tuam. & quod ibi tenet Host. & scribit D. meus post eum, & maxime hoc verum sit in abbatissa, prout tenet Archid. inf. eod. tit. c. identitatibus. fac. etiam quod not. D. m. post Host. sup. de corp. vit. c. Thomas. fac. etiam inf. de ӕta. c. permittimus.

SUMMARIUM.

1 *Compromitti an possit super electione fienda per maiorem partem inuita minore, & quomodo.*

CAP. XXIX.

1 CUm expediat.] In gl. [mutatis ergo.] ante fi. ibi, possit electio † hoc nõ videtur, verum ex parte minori, sed ex parte maiori, dummodo eligisset dignum, cum per maiorem partem videatur posse fieri compromissum, & si non simpliciter inuita parte minori, saltem possit fieri limitatum. sed illud quod dicam inf. eo. c. ex eo. in fi. fac. quod ipse scripsit sup. eo. c. & lib. si cui. super glo. sup. c. ibi non habeat. insup. licet Archid. in fi. pro dicto Archi. fac. littera istius c. sub ea forma, & ibi vt prius procedi licite. sed nunquid procedi potest per istam formam aliquo contradicente? videtur q non, cum sit compromissum, vt dicit glo. & q non possit procedi per formam compromissi si omnes concordent, vt sup. eo. tit. quia propter. ibi vice omnium, & vt ibi in gl. dicitur puto cõtrarium. & ratio cessat hic, quӕ ibi assignatur, quӕ locum habet in simplici compromisso, non autem in limitato, vt hic.

SUMMARIUM.

1 *Statuta iuramento firmata, an & quando reuocentur per clausulam, Non obstan. in iure vel collatione positam.*

CAP. XXX.

CUm non deceat.] Insup. aliqui cõtra ibi q a not. & sup. de cõsue. c. 1. eo. li. & inf. eo. tit. quia sӕpe. vbi
1 fit mentio de iuramento in † reuocatione statutorum iuratorum, & etiam per iur. editionem, nec videtur facere pro ista glo. D.m. id ad quod ipse remittit infra de fil. presbyt. quia illud loquitur cum non obstantia reuocatoria statutorum iuratorum ponuntur in litteris impetratis, s. Papalib. vnde tamquam in odiosis sit scripta impetratio, & ideo non reuocatur ibi statutum iuratum, nisi de iuramento exprimatur. ad hoc sup. eo. tit. & lib. de rescri. cum aliquibus. secus. n. videtur quando ponuntur in iure, vt hic, & tunc reuocetur statutum etiam iuratum, licet id non exprimatur. fac. quod not. 18. dist. quoniam quidem. & quod scripsit D. m. post Hostiē. de hӕret. c. sic ait. & de mag. sup. specula. & inf. de concess. prӕb. c. vno.

SUMMARIUM.

1 *Clausula, Saluo iure, addendi vel minuendi in libello seu querela & oppositione contra electum apposita, quid operetur.*

CAP. XXXI.

1 AB eo.] In glo. concor. clem. in fi. si opponens dixit, saluo † in omnibus iure addendi, & minuendi, vt de fide instrum. inter dilectos. circa princ. ver. saluo in omnibus illo. contra quem opponitur prӕsente, & contradicente, &

te, & sic receptus est ad opponendū:videtur, quod tunc reuocare poterit secūdum ea quæ scribit Host. in sum. de libell. obla. §. & an libellus. ver. sed quidam. & Guill. in Spec. de libellorum conceptione. §. nūc ostendamus. in fi. & de causa possession. & proprietatis. §. nunc dicendum. circa prin.

SUMMARIUM.

1 *Voces eorum qui nō sunt saltem in subdiaconatu, in capitulo non valent.*
2 *Ratio quid sit ex mente Augustini.*
3 *Ratio quid ex Seneca.*
4 *Sindicum creare possunt omnes de capitulo de vniuersitate dūmodo sint xiiij.*
5 *Pupilli patroni vtrum admittantur ad præsentandum, & vtrum faciant numerum.*

CAP. XXXII.

Ex eo quòd.] In glo. non cōtemnitur. in fi. quam habes inf. de reg. iur. in littera Q. in gl. tolle litteram, ibi,
1 [voces † valerent,] hoc non est verum, nisi tales sint saltem in subdiaconatus ordine constituti, vt in clem. de æta. & qualit. vt hi qui, i. respon. in glo. etiam sindicorum. in fi. vbi dicit, quod videtur, quod conuersi monasteriorum debent sindicatui consentire. insup. † Augustinus dicit in fi. Ratio est
2 quidam motus vim mentis acuens, veraque à falsis distinguens: rationis autem pars superior æternis rationibus conspiciendis, vel consulendis adhæsit portio, inferior ad temporalia deflectitur; etiam illa rationis intentio, qua contemplamus
3 æterna, suprema reputatur. Sed Sene. † in epistola 66. est (inquit) naturæ immutatio. Insup. fuit quæstio. circa fi. ibi de actore. in princi. & de sindico. in t. col. ver. & not. aliàs ver. sed cuius ætatis. in ista vltima al
4 legatione dicit, quod † in creatione sindici sufficit ætas xiiij. annorum constituentiū sindicum, & in fi. dubitare vidi, an si ab vniuersitate laicorum patroni alicuius eccle-
5 siæ admittantur †. pupilli ad præsentandum rectorem vacantis ecclesiæ, vel si vna pars eos admittit præsentando vnum in rectorem, & alia pars simpliciter pupillos admittit in præsentatione, quam facit de alio computentur inter maiores voces pupillorum, & videtur quod debeant computari secundum ea, quæ scripsit Archid. 16. q. 7. decernimus. & c. si plures hæredes. & In no. de noui oper. nunciat. cap. 2. & hic idē Archid. & D. m. de nouitio secundū quod ipse D. meus scripsit post Compost. Inno. & Host. de elect. cōstitutis. nam qua ratione pupillus iure singulati patronus ecclesiæ præsentat Rectorem vacātis ecclesiæ, & valet præsentatio, eadem vel pari ratione valebit vox pupilli quando ad præsentādum rectorem gratiose, vt præfertur admittitur: secus si ab vna partium tantum admitteretur, quia tunc non valeret vox pupilli in præiudicium alterius partis pupillum non admittentis. ad hoc de exceptio. cum ecclesiasticæ. & de diuort. significasti, quod adulter cap. vlti. & placet, secus si admitterentur pupilli ad electionem prælati, quia tunc eorum voces in electione non præstarent suffragiū. ratio quia sicut impubes non potest contrahere matrimonium carnale, ita nec spirituale pari ratione, vt dicitur in glo.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio valet & differt negotium electionis, etiam non seruata forma c. vt circa. sup. eod.*

CAP. XXXIII.

Si postquam.] In glo ab eo. in fi. de quibus sum ego. dico enim, quod licet non seruetur forma decretal. vt circa. ni-
1 hilominùs appellatio † ipsa valet & differt negotium super quo appellatur ad curiā si pœna non seruantis est, vt non audiatur super expensis, in quibus non fuit seruata forma, nec super aliis verò tribus casibus illius decret. vt circa, ibi, [alioquin.] & c. constitutionem. hic allegatum, §. sane. & §. insuper. nec obstant si bene considerētur in contrarium allegata pro dictis in eo. facit etiam quod ipse D. m. scribit sup. eo. lis & tit. cupientes. in prin. super ver. vel appellatio. in glo. vel ipsius. ibi dicitur pro-

cessisse

cessisse ex delegata. hoc dictum facit ad
quæstionem qu im formaui eo. lib. de re-
script. cap. cum aliquibus.

SUMMARIUM.

1 *Impedimentum superueniens an ope-
ret, vt concedi debeat integrum tem-
pus remanens.*
2 *Vicarius perpetuus per quem debet po-
ni, vel eius auctoritate ad curam ani-
marum.*
3 *Fructus beneficiorum an & quãdo ac-
cipiantur, patitur aliquos defectus il-
lis cessantibus.*
4 *Dispensatio super defectibus quos effe-
ctus operetur.*
5 *Dispensatio motuproprio concessa quid
operetur, & quòd tollat subreptionem.*
6 *Dispensatio specifica tollit defectus, &
illius pœnam.*
7 *Dispensatio generica, seu facta per non
habentem potestatẽ non tollit defectus.*

CAP. XXXIIII.

C*Vm ex eo.*] *ad septennium.*] Et si ille
cum quo per dictum tempus di-
spensatur incipit studere per an-
1 nũ, & post † impediatur per tres annos, de-
inde reincipiat studium, habebit integros
sex annos, sed causa, quæ not. per Archi.
16. q. 1. frater. videtur ab eis, s. episcopis,
& superioribus secundum Archid. non à
rectoribus curatis, & sic non, ꝙ solus vica-
2 rius † perpetuus ad exercitiũ curæ anima-
rum debet poni per episcopũ, vel eius au-
ctoritate. vt sup. de offi. vicar. c. ad audien-
tiam. & de præb. c. extirpandæ. §. qui non
scilicet etiam temporalis, vt hic, & sic per-
petuus nec per episcopum etiam ex causa
rationabili non potest remoueri à vicaria-
tu, vt in d. c. ad hoc. ita & iste temporalis,
vt hic durante septennio remoueri nõ po-
test, nisi per episcopum, etiam ex causa. pa
ri ratione in glo. possit. hic Archi. vltra me
dium, illos percipiet ibi, hoc videtur verũ
si dicatur in dispensatione, ꝙ fructus perci-
3 piat † interim non obstante, ꝙ de priuile-
gio, consuetudine, vel statuto quousque
fuerit sacerdos alteri debeantur, aliàs se-
cus ar. eo. lib. de rescrip. quamuis, 2. cap. si
propter tua debita. & inf. de præben. cum
in ecclesia, & fac. quod dicam inf. eo. c. in-
sup. & hac ratione ibi non recipiet, hoc
dictum D. m. videtur intelligendum cum
distinctione, vnde distinguendũ, quia aut
defectus & eius pœna procedit à iure cõ-
muni, aut à priuilegio, consuetudine, sta-
tuto, conuentione, vel pacto. Primo casu
siue tollatur defectus naturaliter, & vere,
vt quia promouetur ad ordines, quos re-
quirit beneficium, siue quia fac. residen-
tiam in beneficio, & sibi deseruit, seu for-
te iure impetrationis, vt quia dispensatur
cum eo, per illum qui potest, & vtroque
casu cessat eo ipso defectus, & per conse-
quens pœna ipsius: vnde si non recipiebat
fructus beneficij propter defectũ ordinis
vel propter absentiam eos recipiet. Secũ-
4 do † casu subdistingue, quia aũt cessat de-
fectus ipse naturaliter & vere, aut ficte iu-
re interpretationis per dispẽsationẽ. si na
turaliter & vere, idem quod sup. in primo
casu. si ficte vt quia cum eo dispensatur,
iterum subdistingue, quia aut dispensatur
per eum qui potest, aut per eum, qui non
potest: si per eum qui potest, aut dispensat
simpliciter, aut specifice: si simpliciter, aut
proprio motu, aut ad petitionem alterius:
5 si proprio † motu, aut aliquid adiiciendo
saltem in genere, vt quia dicit aliquo in
contrariũ non obstante, aut nihil adiicien
do, primo casu tollitur defectus in pœna
ipsius, secundo casu non tollitur. ratio,
quia licet ꝓprius motus tollat subreptio-
nem, non tamen tollit ius alterius nisi sal
tem per generalem clausulam, quòd id ve
lit exprimat. ad hoc inf. de præben. si mo-
tu proprio. & c. seq. & clem. eod. tit. si Ro-
manus. & quæ ibi in c. per litteras. eo. tit.
scribuntur per D. m. & quæ scripsi in c. Ia-
cobus. de simon. in quæstione vltima. si ad
petitionem alterius nihil valet, ad hoc su
pra de decim. ex multiplici. & quæ scripsi
sup. eod. lib. de rescri. quamuis. & c. si pro-
pter tua debita. fac. etiã sup. eo. lib. de con
stit. c. 1. & inf. de pactis & de præben. cum
6 in ecclesia. & de reg. iur. indultum. Si † ve-
ro specifice. iterum subdistingue, quia aut
sufficien-

sufficienter, s. descendendo ad speciem, vt quia de ipsis impedimentis obstantib. mentionem facit expressam. ad hoc clem. de offi. ord. & si apostolicæ, aut minus sufficienter, s. in genere non exprimendo, vt supra primo casu tollitur defectus, & pœna ipsius, & idẽ operabitur fictio, q natu-
7 ralis imperfectio, seu defectus sublatio† vltimo casu non tollitur defectus, nec ipsius pœna, & nihil operabitur dispensatio. Et idem prædicto casu, s. cum dispẽsatur per eum, qui non potest, & secundum hanc distinctionem intelligatur dictum D. m. in textu super ver. iusta de causa, & insup. & hac ratione ibi non recipiet.

SUMMARIUM.

1 *Ponitur hic cautela collationis iuxta formam huius decretalis.*

2 *Pœna compromissi quando committatur in casibus hic expressis.*

CAP. XXXV.

1 **C**ommissa.] In glo. sic sup. eo. quàm sit. in fi. caute † facit sic conferendo secundum ea, quæ scripsit D. m. post Host. de testi. in inte. c. 2. in gl. magna. in fi. & post Inno. & Host. de censi. venerabili. in magna glo. circa medium ver. ex præmissis patet. Insup. & hic Arch. ibi ver. sed pone arbiter, vbi quæritur, nun-
2 quid† Titius & arbiter condemnet, aut restituat C. Sempronio, de quibus compromissum erat, & qui Titius restituit illa C. abstulit, incidit in pœnam. Secundo distinguendo, quòd si restituat animo auferendi, tunc incidit, aliter non; vel dicendum, quòd si petiit rem tantum sibi restitui, si post auferatur, non incidit; si vero petiit restitui, & restitutum penes eum dimitti, tunc incidit, quia duo videtur arbiter sibi percipere, quamuis faciat vnum, qui restituit facit cõtra aliud, s. quia non dimittit. arg. ff. eo. §. 1. vide ibi etiã in eadem glo. ibi aliquando diu obtinuit forte per vnum, vel duos menses. sup. de frig. & male. cap. 1. §. si autem.

SUMMARIUM.

1 *Sedes Apostolica in dubio & in maioribus intelligitur sedes Pontificis, non legati etiam de latere.*

2 *Legatus etiam de latere non potest contra voluntatem testatoris, nec illi derogare.*

3 *Sedis Apostolicæ appellatione venit etiam legatus de latere in minoribus negociis.*

CAP. XXXVI.

SI abbatem.] Insup. ad hoc quod not. in fin. in contrarium fac. quod ipse D. m. not. sup. de off. leg. q translationẽ super 1. glo. & in cle. de relig. do. quia contingit. super ver. Apostolice sedis. in nomi-
1 ne Sedis Apostolicæ † intelligit ipsam, nõ legatum ipsius etiam de latere: Secundo dicendum attendi debere id, de quo loquitur, seu cui nomen Apostolicæ sedis iungitur, quia si est de maioribus, seu de reseruatis, tunc nomine Apostolicæ sedis intelligitur Papa tantum, non legatus ipsius etiam de latere, vt in dicto cap. quia contingit. & sup. de offic. lega. quòd translationem. patet enim exemplum in prædicto cap. quia contingit. nam ibi loquitur de eo, de quo disponere aliter quam sit ordinatum est contra legem testatoris, quæ seruari debet. 13. quæst. 2. vltima vo-
2 luntas. nec ei potest per legatum † derogari, sic nec legi communi. sup. de præb. dilectus 1. & c. dilecto. sed per Papam tantum. sup. de elect. significasti. & de concess. præb. proposuit. si† vero non est de maio-
3 ribus, tunc veniet appellatione sedis Apostolicæ ipsius legatus de latere, vt hic, & inf. de offi. leg. cap. 1. & de priuil. auctoritate. §. inhibemus. & de verb. signific. veniens. in prin. facit clem. de præb. per litteras. & quod ibi not. per D. m. & in d. c. auctoritate. fac. etiam sup. de fil. presbyt. & ple. & quod ibi not. per Innocent. & Hostien. facit etiam sup. eod. lib. & eo. tit. fundamenta. §. 1. in fi. & infra de concess. præben. cap. vno.

D SUM-

SUMMARIUM.

1 *Potestas eligendi, seu conferendi rata compromissario, an differant, & in quibus.*

2 *Verba, Eligo, vel Cōfero sunt pmiscua.*

3 *Prouisio & electio sunt diuersa.*

4 *Prouisionis verbo, vtrū vti possint compromissarij, vel compromittentes.*

5 *Eligendi facultas concessa durat semel tantum, & spirat per vnicum actum.*

6 *Prouidendi facultas, vtrum expiret per vnicum actum inualidum, seu reiterari possit.*

7 *Mandatum de prouidendo factum ratione personæ non expirat, donec realiter fuit facta prouisio.*

CAP. XXXVII.

SI compromissarint.] In glo. [approbantur.] in fi. sed 1 videtur, q † non differt siue detur potestas prouidendi, vel eligendi quādo reuertatur ad compromittentes electio; & q compromissarius iterum non possit eligere, vel prouidere; q non sit differentia inter istos nam vt scripsit Archid. sup. eod. tit. & lib. sic cum in glo. sup. cap. in Genesi. & Compost. sup. tit. quia propter. & Innocent. in c. in causis. in gl. videtur compromissarius, potest dicere, Eligo, vel, Prouideo, & Guil. in Specul. in 4. parte de elect. in forma pronunciationis electionis, dicit q compromissarius max. Papa potest dicere, tam prouideo, quàm eligo. d. c. quia propter. nec est ius quodcunque istorum dixerit: & idem iur. dicendum in compromittentibus. fac. quod not. Ber. eod. tit. causam quæ. in vlt. glo. & de concess. præb. c. constitutus. in 1.
2 glo. nam ista duo † promiscue ponuntur in iure, quia prouisio possit pro electione, vt in dictis c. causam quæ. & quia propter. & quia eligit, & prouidet. vt sup. de conc.
3 præben. dilectus. & tamen aliud † prouisio, aliud electio: nam prouisio spectat ad superiorē, & per ipsum consequitur prouisus plenum ius, & ponitur pro collatione, ad hoc sup. de præb. dilecto. 1. respon. ibi [prouidere.] & de iur. patr. cū dilectus. 1. respon. ibi, [prouiden.] & inf. de præb. c. item cuius. electio vero spectat ad inferiores. vt sup. eo. tit. c. 1. q causæ poss. cum ecclesia Sutrina. 16. q. 10. congreg. 18. q.
4 2. abbatem. vnde videtur † dicendum, q nec compromittentes, nec compromissarius verbo prouisionis, sed electionis vti
5 debent, & q † si per eos, qui habent eligere fiat commissio alicui, q possit eligere & prouidere potestas prouidendi, & eligendi duret semel tātum, & reuertatur ad cō-
6 promittentes. sed quid † si ab eo, ad quem spectat prouisio alicui concedat, q de beneficio alicui valeat prouidere, vt inf. de off. dele. item cui, & de præb. is cui. & cap. si cui. & ille prouidit alicui, qui consentire noluit, vel consensit, & post renunciauit, poterit ne iterum alteri prouidere, videtur q nō, cum suo sit functus officio, semel prouidēdo inf. de off. del. c. in litteris. & c. venerabili. & ita tenet Ber. inf. de cōcess. præbē. in d. c. constitutus. in 1. glo. & fac. ad hoc istud cap. nam sicut semel eligendo, non potest iterum eligere, sic pari ratione semel prouidendo, non debet posse iterum prouidere. In contrarium videtur; quia dicta commissio, & prouisio debet intelligi cum effectu. de cler. non resid. relatum. & de pænit. dist. 1. §. hæc autem verba. fac. inf. de procur. is qui. 1. responso. ar. à contrario fac. etiam quod scripsit D. meus post Inn. & Host. in d. cap. in litteris. & de re iud. cap. 1. & quod scripsi sup. eod. lib. de rescript. cum in multis. Se-
7 cundo † probabiliter videtur dici posse, q si facta sit commissio fauore personæ, cui committitur, vel illius cui prouideri mandatur, vt inf. de off. deleg. c. is cui. §. sed si. & sup. de offi. deleg. c. vlt. §. is autem. tunc iterato poterit prouidere, quousque ecclesiæ sit puisum. ratio quia maior fauor debetur ecclesiis, quàm personæ. sup. ne sed. vac. c. 1. & sup. eod. lib. de rescrip. c. vlt. & quia durat adhuc causa principalis, & finalis factæ commissionis, sed neutra celeris, & vtilis prouisio, quibus durantibus, durare debet effectus, & accessorium. inf. de off. deleg. si super gratia. & sup. de appellatio. cum cessante. & de renunc. post translationem. & 63. distin. §. verum. cum similibus.

SVM-

SUMMARIUM.

1 Recitantur, seu potius demonstrantur opiniones doctorum, & nihil firmatur.

CAP. XXXIX.

1 SI confirmationem.] In glo. hic † tractat in fi. & placet hic plus Arch. illa opinio, quæ habet, vt vitietur. D. m. nõ declarat in dictâ quæstione quid ipse sentiat, sed opiniones tantum recitat.

SUMMARIUM.

1 Capitulum sede vacante licet bona prælati administret, nõ potest illa distrahere nec diuidere, nec sibi appropriare.

CAP. XL.

1 QVia sæpe.] In gloss. distinct. in fin. Item ꝙ etiam administret bona diuisa probatur sup. eod. tit. & lib. cap. cupientes. §. ad hæc. & vide quod ibi scripsi.

SUMMARIUM.

1 Auctoritas Abbatissæ intelligitur de vera, propria, & effectuali.
2 Garrula mulier quæ sit, ex Seneca.
3 Episcopus potest dispensare cum regulari promoto ad dignitatem minorem Episcopatu.

CAP. XLIII.

1 IN demonitatibus.] Recipiat, intelligendũ est † de vera & propria auctoritate, sed de facto, vel etiam de iure, & ad mandatum superiorum, quia hoc possit, maxime hoc expresso bene poterit recipere. fac. inf. de reg. iur. ꝙ quis, & quod dicã infra de præbend. cum in ecclesiis. In glo. speciale. in fi. facit ad hoc supra de off. dele. super eo. in eo quòd de cla. appellatione remota ibi dicitur in gl. facile enim ibi
2 quis mulier † garrula. Senec. declamat. lib. 2. declamatio. 5. Nec tam magnum viribus quoque animi ternitis muliere garrulante, quæ id solum potest tacere quod nescit. Insup. Archidiac. contra. in fi. pro d. Archidia. fac. quod not. per eum secundum Inno. & Host. 18. q. 2. quàm sit. in gl. si religiosus. vbi dicit, ꝙ si religiosus vocetur ad abbatiam, vel prioratum, vel aliam dignitatem inferiorem episcopatu,
3 & dispensatione egeat, poterit † episcopus dispensare, &c. dic vt ibi, & quod Dominus meus not. post Host. supra de ætate & qual. tua. super ver. ex tuæ dumtaxat prouisionis. fac. etiam infra de æta. & qual. c. permittimus, & quod ipse Dñs m. scripsit post Host. de corpor. vitia. cap. Thomas. Insup. dic ergo ibi ad electam ab aliis, & augent numerum, & potest dici hoc quantum cum in aliis non augerent. sup. eod. tit. ecclesia 2.

SUMMARIUM.

1 Decretalis ista debet intelligi, & obseruari ad litteram.
2 Reseruatio intermedia inter electionem, & consensum electi afficit consensum, & euacuat.
3 Idem est in collatione.
4 Impedimentum intermedium superueniens euacuat vim consensus.
5 Reseruationes an sint odiosæ, & consequenter restringendæ, vel ne.
6 Permutatio beneficiorum non impeditur per ea, quæ respiciunt ius priuatum, sed propterea quæ respiciunt ius publicum.

CAP. XLV.

1 SI eo tempore.] subsequuntur.] Adeo standum † huic litteræ, quia vt audiui te nẽt aliqui curiales experti, ꝙ si post
2 electionem, † & antequam electus consentiat electioni de eo factæ, fiat reseruatio, afficiat consensum post reseruationem, & etiam præcedentem electionẽ, non obstante c. si tibi absenti. infra de præb. & quod ibi not. Isti certe non videntur bene dice-

re, saltem quoad electionẽ, vt hic satis est
expressũ, licet videantur bene dicere quo
ad consensum. sed hoc ergo quia non po-
terit electus electioni cõsentire libere, si-
cut ante reseruationem poterat, & si con-
sentiat sine Papæ licentia non valebit con
sensus, & sic idem operabitur talis reserua
tio quoad electionẽ faciendam, & ei con-
sentiendum, vt vtrumq. impediat fieri, &
3 idẽ † videtur dicendũ in collatione, vt im-
pediat collationem, & consensus protesta
tionem, vt in prædicto c. si tibi absenti. cũ
eadem sit ratio: nec mirũ si hoc operatur
papalis reseruatio, & decretũ, quia idem
4 operatur aliud superueniens † impedimẽ
tum, vt si electus vel prouisus post electio-
nem, vel prouisionem de ipso, vel sibi fa-
ctam antequam consentiat excommuni-
cetur, vel ab officio, vel beneficio suspen-
datur, & talis antequam absoluatur con-
sentiat; certe talis consensus non valebit,
ad hoc sup. de consuet. cum dilectus. & de
cle. excom. mi. si celebrat. cum similib. &
quod scribitur per D. m. post Inn. sup. eo.
lib. & tit. c. 2. in glo. electio. bene fac. sup.
eo. tit. & lib. c. vt certa. & infra de iure iur.
c. fin. & inf. de reg. iur. factum legitime. in
quæstione. & quod ibi not. Insup. nota ibi
afficere debent, imo videtur tamquam o-
5 diosa magis q̃ ambitiosa † restringenda.
infra de præb. quamuis. quando non quæ-
ritur de iure nullius, vel quæritur de iure
personæ tamquam fauorabilis ampliatur,
& magis afficit, vt patet in reseruationi-
bus, quia illa, quæ respiciũt ius priuati nõ
6 impediunt † permutationem beneficiorũ,
vt infra de re. perm. c. vno. alia vero, quæ
3 uetur ergo à primo delegante, secus † videtur cum excõicans non subdelegat, sed eo impedito procedit collega: tunc enim poterit collega talem absoluere, etiam si ille, qui excõicauit absolutionem sibi reseruauit: ratio quia collega ꝓcedens hoc habet à iure, nec par impeditus imperiũ habet imparem. sup. de elect. innotuit. Insup. concor. Arch. in fi ꝙ si taliter delegati procedere incœperint omnes simul, nunquid postmodum eorũ quilibet sine aliis aliter non requisitis, nec impeditis, poterit ad vlteriora causæ procedere? & videtur ꝙ non. nã sicut vno incohante alij non possunt se intromittere, nisi in certis casibus, vt isto c. §. porro. pari ratione non poterit omnibus incohantibus, vnus, fac. qđ not. Guill. in Spec. de se. & his, qui ipsam sequũtur. §. sequitur. ver. quid si sunt duo. vbi dicit, ꝙ si sunt duo iudices ordinarij quilibet potest pro se ferre sentẽtiam, sed si simul cognouerunt, simul ꝓnunciari debent. fac. ꝙ not. inf. de app. cũ appellationib. friuolis. in gl. dubitatur. in fi. qđ sup. dicit, tenet. D. m. hic super ver. vno eorũ.

SUMMARIUM.

1 *Gratia an & quando expiret per nõ acceptationem, vel per mortem concedentis.*

C A P. IX.

1 SI *super gratia.*] Facta subaudi. & † per eum, cui facta est, vel ipsius procur. ad hoc cõstituti pro eo, & ante mortem concedentis acceptata, alioquin expiraret, cũ non esset, nec posset dici effectualiter facta, & fac. quod scripsi inf. de conc. præb. c. vlt. vel potest dici, ꝙ isto casu non possit dici gratia effectualiter facta quousque fuerit acceptata, non tamen expiret per mortem concedentis ipsa gratia, & executorum potestas: secus in casu illius c. vlt. de concess. præben. & inf. de off. leg. c. præsenti. 1. rñ. vt gratia factæ collationis debet intelligi efficaciter infr. vt si per eũ cui gratia collationis facta est acceptata, priusquam reuocatio fiat, vel finiatur legatio, & istud vltimum verius.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatio maior non minor repellit à iudicando.*

2 *Sententia lata per iudicem excommunicatum, an & quando valeat.*

3 *Sententia excommunicationis lata per iudicem excommunicatum nõ valet.*

C A P. X.

1 SI *iu, cui.*] Excõicari † excõmunicatione maiori, etiam si non sit publice excommunicatus, ad hoc vt repella
2 tur à iudicãdo, licet sententia † lata per ipsum valeret si non esset publice excõica-
3 tus. sup. de re iud. ad probandum. † dũmodo non ferat sententiam excõicationis, quia illa nõ valeret, vt not. 24. q. 1. in summa; & dummodo nõ sit excommunicatus tempore dati rescripti: quia si esset excõicatus etiã non publice, puto, ꝙ sñia quæli bet ab eo lata non valeat. Lapus Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Arbiter nõ iudicat de occultis, ex Sene.*

2 *Arbitri non appellant à breuitate termini sibi concessi, sed partes.*

CAP.

CAP. XI.

AB *arbitris.*] In gl. 1. ibi, l. ſi quis. in
prin. Sene. declam. lib. 1. decla.
1 2. Ad te arbitrum † odia noſtra
nõ mittimus, iudices Deos habemus. gl.
qui dicit hoc iudicare ſpectat ad eos, non
ad te. in glo. non ergo. in fi. & idem ſi iudi
2 ces aſſignẽt terminum arbitri † minus bre
uẽ, quia non debet appellari per arbitros,
ſed per partes, neç aliter grauarentur, vt
inf. de appell. legitima ſuper glo. quòd ſi.

CAP. XII.

IS *cui.*] In glo. qui ſit habilis. in fi. vide quod D. m. not. ſup eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. in nullo. ſuper verb. citet. in gloſſ. & ſi commiſit. in fi. & tenet idem cum Archid.

CAP. XIII.

STatuimus.] In glo. not. hiç Archid. in fi. quia not. etiam Guill. in Spec. de citatione. §. 1. ver. quid ſi reus.

SVMMARIVM.

1 *Serui & ancillæ dicuntur de plebe.*
2 *Religioſus vtrum dicatur ciuis, vel plebeius.*
3 *Conſeruatores dantur ad præſentia, non autem ad futura.*
4 *Conſeruatoriæ ſunt odioſæ, & ideo reſtringendæ.*

CAP. XV.

HAc *conſtitutione.*] In glo. not. ꝙ ſi in
fi. fac. ad hoc. de conſec. diſt. 3.
c. rogationes. ibi per quod tri-
1 duũ ſerui, & † ancillæ ab opere relaxaten-
tur quo magis plebs vniuerſa conueniãt,
& ibi ſuper ver. plebs. dicit gl. & ita ſerui
ſunt de plebe, per quod ſolui poteſt quæ-
2 ſtio, quia ſtatuto † municipali cauetur, ꝙ
qui interficeret aliquem ciuem, capite pu
niatur. Quidã interfecit quendã religio-
ſum monaſterij illius ciuitatis, non oriun
dũ, quærebatur nũquid dictus interfector
deberet puniri pœna capitali, & dicendũ,
ꝙ ſic. Nã religioſus ipſe erat ſeruus illius
monaſterij, & per conſequens ciuis illius
ciuitatis. in glo. no. ꝙ partem ligat, ibi li-
gatus non eſſet ſimilis. not inf. de ſepul. c.
1. & concor. Sene. decl. lib. 5. & lib. 10. Te
net eum, quia iuuat exulem, non qui pati
tur iuuari. In glo. dubitatur ibi. cõtrarium
puto, fac. pro dicto D. m. quod not. Guill. in
Spec. de procur. §. 3. ver. quid ſi mandatũ.
3 inſup. octauum† ibi dantur ad futura, vt ſ.
eos quibus dantur tueantur ab iniuriis, &
violentiis illatis, vel inferendis ſuperiori-
bus eorum. hoc videtur intelligendum de
illis rebus, quas habent tempore datæ cõ
ſeruationis: non enim extendi videtur ad
res futuras, vt etiam comprehendi poteſt
ex tenore ipſius cõſeruatoriæ, & ideo hoc
4 quia † eſt odioſa, & ideo reſtringenda. de
reſcr. c. vlt. & inf. de reg. iur. odioſa. fac. qđ
ſcripſit Archid. 11. q. 1 peruenit. & Com-
poſt. de reſcri. ad hoc fac. etiam de priuil.
cum capella. & quod ibi not. & de æta. c.
ad audientiam. & ſup. eod. lib de reſcript.
ſi eo tempore. inf. de deci. c. 2. 1. reſpon. &
clem. de reſcript. c. litteras. & de cenſib. c.
cum ſit.

DE OFFICIO LEGATI.
Titulus XV.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere vtrum poſſit beneficia deuoluta conferre.*

CAP. PRIMVM.



OFficij.] Inſup. executor da-
tus. in fi. vbi dicit, ꝙ littera
illius c. ibi ſiue ad quæſtio-
nem hic notatam, ꝙ ſcilicet
1 legatus D. Papæ de latere
poſſit beneficia ad ſedẽ A-
poſtolicã deuoluta conferre. & vide quod
ibi ſcripſi, & inf. eod. tit. c. placet. Inſup. &
Archid. in fi. habuit etiam D. Americhus
tit. S. Martini in Mõtibus Presbyter Car
dinalis à D. Clemente Papa vj. ꝙ benefi-
cia ad ſedem Apoſtolicam deuoluta con-
ferre

ferre posset auctoritate Apostolica,& postea idem habuit D. Bernardus tit S.Marci Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus,prout etiam ego vidi.

SUMMARIUM.

1 *Allegat concordantia & contraria.*
2 *Legatio sedis Apostolicæ an expiret p mortem Papæ superuenientem ante ingressum prouinciæ sibi decretæ.*

CAP. II.

1 LEgatos.] In gloss. † non est ergo ita, nec in isto cõtrarium scripsit D. Ricardus Car. sup. eod. tit. de constit.
2 vt animarum. dicens † legationem legati Apostolicæ sedis expirare per mortem Papæ superuenientem ante ingressum legati in prouinciam sibi decretam.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia vacantia tempore reseruationis legati non comprehenduntur sub dispositione istius decretalis.*
2 *Collatio canonicatus cum reseruatione præbendæ facta per legatum, an valeat, & expiret per illius recessum.*
3 *Reseruatio legati facta pro Titio, vtrum impediat collationem eiusdem legati de eodem beneficio in fauorem alterius factam.*

CAP. III.

1 PRæsenti.] Beneficiorum † nõdum vacantium, si enim vacarent tempore reseruationis, non haberet locum quod hic dicitur secũdum D.m. prout mihi scripsit. hoc potest esse verum sere non integra, vt quia facti erant per executores processus, expirauit legatio: secus si re integra, quia tunc reseruatione beneficiorum vacantiũ, sicut in non vacantium. fac. inf. de præben. si cui. §. secus autem.
2 fac. pro & contra ad † quæstionem, qua quæritur legatus Apostolicæ sedis de latere in ecclesia, In qua est, vel non est certus canonicorum numerus iuratus, & tamen certus numerus præbendarum nõ factus, nec auctorizatus per Papam siue legationis auctoritate contulit B. canonicatum: præbendam vero conferendam d. B. cum vacaret collationi suæ reseruauit cũ decreto, certis executoribus deputatis, antequam vacet præbenda ipsius finitur legatio; nunquid canonicatus collatio valeat,& nunquid expiret reseruatio præbẽdę,& executorum processus, seu potestas, & an dicta præbenda debeatur dicto B.& per quem si sibi debeatur sit ei conferẽda. in qua videtur dicendum, ꝙ prædicta collatio canonicatus valeat,& quòd processus, & executorum potestas non expirauerit,& per consequens possint eam conferre dicto B. non enim obstat istud c. quia locum habet cum simpliciter reseruauit, nec canonicatum contulit. vel dic, quòd etsi expirarent processus, & executorũ potestas, tamen præbenda per collationem canonicatus adeo est affecta, quòd alteri de ipsa facta collatio, nec auctoritate Papæ non valeat, quo casu non per executores, sed per eum, ad quem spectat collatio dicto B. debet dicta præbenda conferri,& hoc per istud c.& per c. inf. prox. & per c. si clericus.& c. si postquam.& c. si cui. inf. de præb.& ea quæ not. D.m. in d.c. hi qui. & c. si eum. de præb.& in d.c. si cui. in glo. antiqua,& de conceff. præben. c. 2. in glo. placet.& c. si soli. in magna glo. vltra medium. facit etiam bene ad prædicta quod scripsit Archid. sup. eo. lib. de off. deleg, si super gratia. super ver. deputati. & D. m. post eum super ver. ad Apostolicã sedem.
3 insup. facit quod dixi in fi. Sed quid † si legatus pro Titio, collationi suæ reseruauit beneficium ad alicuius collationẽ pertinẽs, dedit executores, qui processũm fecerunt, demum vacauit beneficium ad illius collationem pertinens, quòd beneficium cuidam alteri contulit legatus, nihilominus & executores ipsum beneficium contulerunt ei pro quo reseruatum erat; quæritur quis ipsorũ sit potior in ipso beneficio, & consultus à me D. m. rescripsit mihi potiorẽ esse illum, pro quo reseruatio facta erat. Nam si pẽdente reseruatione legatus aliam non poterat facere, multominus

to minus poterit collationẽ facere, sed hu iusmodi dicto videtur contradicere quod ipse D.m. scripsit hic in gl. igitur. & super ea ibi, vel reuocauit. videtur dicendum, ꝙ licet reuocare possit legatus reuocationẽ ex causa priusquam beneficium reseruatum vacet, non tamen hoc postea, maxime re non integra. & alteri conferendo, & sic est causa.

SUMMARIUM.

1 *Vnire an possit legatus beneficia nõ obstante ista decretali.*

2 *Quid de cõsensu clericorum, & aliorum beneficiatorum.*

3 *Dispositio istius decretalis non habet locum in permutationibus.*

4 *Collatio ex causa permutationis est necessaria & nõ libera, & ideo in ea non est necesse facere mentionem de beneficiis obtentis per beneficiatum.*

5 *Legatus an possit prouidere de ecclesia collegiata etiam deuoluta, cuius collatio ad episcopum pertinet.*

6 *Ius commune est fortius, & fauorabilius priuilegio.*

7 *Pertinere verbum importat, vt collatio pertineat ad aliquem, siue iure ordinario, siue deuoluto.*

CAP. IIII.

1 DEliberatione.] Ordinandis † super, per modum prouisionis: non autem per modum vnionis, qđ posset, quo casu non vacabit tale beneficium vnitum, secus in alio præcedenti casu. facit littera vacabunt. inf. eod. c. & clem. de rebus eccl. si vna ecclesia. Sed quòd legatus tales ecclesias collegiatas vnire non possit, tenuit D. Fed. in consiliis suis cons. 190. qui dicit ita declaratũ fuisse per Papam Ioã. xxij. potest tamẽ dici, ꝙ vnio de qua ipse dicit Papam Io. declarasse, facta fuerit per legatum durante reseruatione dicti D. Papę Ioan. de talibus ecclesiis reseruatis, poterat tamen vnio fieri per legatum, vt satis colligitur per extrauag. Benedict. Papæ xij. quæ incip. Dudum fel. re. Ioannis Papæ xxij. in glo. in deuolutis ad alios inferiores à Papa, dicẽdum in eis durare rationem prohibitionis huius c. & ꝑ consequens prohibitionem ipsius. fac. cle.
2 si de beneficio. † Aduertẽdum autẽ, quia per istud c. videtur dicẽdum legatum etiã de consensu collegiatorũ, vel eorum ad quos spectat electio, vel collatio beneficiorum collegiatorũ non posse talia beneficia permutare, qđ tñ posset episcopus, Si enim prohibitio istius c. non comprehendit permutationem, tunc bene posset legatus talẽ permutationem facere, etiã absque illorum consensu, licet episcopus absq. ipsorum consensu non possit. ad hoc sup. eo. tit. dilectus. & sup. eo. lib. de elect. si abbatem. & sup. eo. tit. & lib. e. 1. dũmodo non essent patroni laici, ad quos præsentatio in beneficiis permutandis spectaret: nam tunc sine illorum consensu, tacito saltem, nec per legatum, neque per dioecesanum valeret permutatio beneficiorũ ipsorum. & de hoc plenius dicam inf. de rer. permu. c. vno. in sup. omnium. sic in glo. ibi sententiaui. Dicẽdum etiam, ꝙ iste §. pro-
3 hibemus. † non habet locum in commune receptionis, resignationis, & collationis ex causa permutationis fiẽdæ, in quo etiã casu non habet locum c. vlt. inf. eo. tit. nã in tali casu valebit etiam per legatum facta beneficiorum collatio, nõ habita mentione beneficij, quod aliàs obtineret is, cui ex causa permutationis beneficiũ con-
4 fertur: & est ratio, quia collatio † beneficij, quæ fit ex causa permutationis non est proprie collatio mera, & liberalis, sed necessaria in dando, & cui dando, vt in cle. de rer. permut. ne concessione. alia collatio est liberalis, saltem in cui dando. sup. de præb. relatum. in sup. idem Arch. in fin. bene fac. clem. si plures. de præben. iũcta decr. de multa. eo. tit. in gl. vlt. ibi ad vtrãque. vel dicas, ꝙ vult eã extendi per prorogationem ad præterita pendentia: non autem ad præterita omnino præterita, & finita: sed cum istud c. non habeat locum in deuolutis ad sedem Apostolicam, quia de illis pôt disponere legatus: sed Archid. hic pari ratione videtur, ꝙ disponere potest de ecclesiis regularibus, & secularib. colle-

collegiatis habitu non actu non deuolutis, vt quia omnes de collegio sunt mortui ad hoc 16.q.7.& hoc diximus.25.q.2.§. vlt.de ver.sign. abbate. & quod ibi not.p Ber. Innoc.Host.& D.m. facit quod scripsit Pau in clem.de off.vica.c. vno. Host. de decr.non resi.quia nonnulli. In contrarium fac.quod not.per Io. & Archid.in d. c.& hæc diximus.Innoc.Host. & D.m.de no.oper.nnnc.c.2.& quod scripsit D.m.supra eo.lib.de elect.c.statutum. vlt. dicam & videbitur nouum, sed tamen verum: Ar
5 chid.& D.m.scripserunt in hoc c.q † si ecclesiæ collegiatæ prouisio spectat ad episcopum non poterit de ipsa prouidere legatus de latere per istud c. & dicit tamen Archid.vt præmisi, vt si prouisio ecclesiæ collegiatæ ad sedem est Apostolicam deuoluta, de illa poterit prouidere: legatus de latere, cuius dictum non videtur procedere de iure. Sicut enim legatus de ecclesia non suæ legationis, cuius prouisio non est, vel est ad sedem Apostolicam deuoluta, prouidere non potest: sic pari ratione prouidere nō potest de ecclesia collegiata suæ legationis principaliter, vel postquam est ipsius prouisio ad sedē Apostolicam deuoluta propter prohibitionē istius c. cum ipsius prohibitio, s. quia ecclesia collegiata duret, etiam si eius prouisio ad sedem Apostolicam sit deuoluta: aliàs sequeretur, quòd si ex negligentia canonicorum, plebis, vel alterius ecclesiæ collegiatæ ipsius ecclesiæ prouisio deuolueretur ad episcopum, posset tunc legatus de tali ecclesia prouidere, de qua prouidere non potest iure principali, vel etiā deuoluto: Nam quoad prouidendi potestatem de beneficio, idem iuris est si pertineat ad aliquem iure principali, vel deuoluto, vt patet in cle. de præb.si de beneficio. & videtur hoc intelligendum etiam de ecclesia collegiata habitu tantum, licet non actu, & hoc exaudiēdum cum de iure communi competit illud, de quo agitur, vt in isto c.& sup.eo.lib.de elect. statutū.cum simil. secus si cōperit per priuilegium, vt de ver.sign.abbate.& de priuileg.vt priuilegia.quia tūc oportet ad hoc vt sit vsus priuilegij, q scilicet illud ꝑpter quod datum est priuilegium duret actu &
6 habitu, & nō habitu tantum: ratio † quia ius commune fortius, & fauorabilius est priuilegio, & per consequens illud, quod de iure communi competit, fortius & fauorabilius est, quàm illud, quod per priui
7 legium competit: & verbum † pertinere refertur ad vtrunque, s. quando pertinet prouisio ecclesiæ collegiatæ in re principali, & ordinario, siue iure deuoluto. Archid.vero non vidit dictum c.si de beneficio.& ideo excusandus.

SUMMARIUM.

1 *Specialis, verbum importat idem quòd expressa.*

2 *Motuproprio facta collatio non indiget expressione beneficiorū per beneficiatum iuste obtentorum, quando collatio fit à Papa.*

3 *Motuproprio facta collatio à Papa nō operatur quominus gratia possit impugnari respectu beneficiorum per beneficiatum iniuste obtentorum.*

4 *Collatio facta à Papa ad petionē partis non facta mentione beneficiorum per beneficiatum etiam iuste obtentorum non valet.*

5 *Collatio Papæ ad supplicationem partis etiam facta mentione beneficiorū per supplicantem iniuste obtentorum non approbat iniustam detentionem, nisi de tali iniustitia faciat expressam mentionem.*

6 *Collatio legati siue motuproprio siue ad supplicationē non valet non facta mentione beneficiorum per beneficiatum quomodolibet obtentorum,*

7 *Collatio legati facta prælato obtinenti alia beneficia non valet, etiam facta beneficiorum obtentorum mentione.*

8 *Prælatus non potest recipere à legato, neq. ab ordinario nouum beneficium, nisi primo dimisso.*

9 *Collatio delegati regulatur eisdem regulis, quibus collatio legati.*

Dele-

10 *Delegatus Papæ, an & quando possit conferre beneficia, & quibus.*
11 *Collatio ordinarij non indiget mentione aliorum beneficiorũ per beneficiatum iuste obtentorum.*
11 *Ordinarius potest conferre beneficia non facta mentione de iuste obtenta per beneficiatum.*
12 *Collatio ordinarij facta illi, qui aliud beneficium iniuste possidet non valet.*
13 *Collatio ordinarij facta prælato aliud beneficium, etiam iuste possidenti, non valet.*
14 *Prælatus non potest recipere nouum beneficium ab ordinario, nisi primo renunciet.*

CAP. V.

COllatio.] In glo. vidi dubitari, vbi,
habeat hoc locum, videtur dicẽ-
dum, q non, in gl. specialis, in fi.
1 & dic † specialis, id est, expressa, vt not. in-
fra de reb. eccl. non alien. hoc consultissi-
mo. sup ver. speciali. & quia de intellectu
huius cap. & materia collationis benefi-
ciorum diuersi diuersa scripserunt, idcir-
co, vt plena habeatur materia ipsa, cum
quæritur, vtrum valeat collatio beneficij
facta beneficiato de illo non habita, vel
habita mentione: distinguendum videtur
sic, Aut collatio fit à Papa, vel fieri man-
datur, aut ab alio. Item aut beneficiatus
tenebat beneficium iuste, aut iniuste: & si
iuste, aut vnum, aut plura. primo casu,
2 subdistinguendum, quia aut fit collatio,
seu fieri mandatur proprio motu, & tunc
si is, cui prouidetur, vel prouideri manda
tur habeat vnum, vel plura beneficia, quę
simul de iure tenere poterat, vt no. sup. eo.
lib. de rescript. c. gratia. tenet collatio, li-
cet de illis non fiat mentio, vt inf. de præ-
ben. si motu proprio. & clem. eod. tit. si ra-
tione. Si vero non poterat simul tenere si-
ne dispensatione, si habebat dispensatio-
nem in habitis solum idem, tametsi vacãt
habita possessione vltimi, vt in cle. de præ-
3 ben. si plures. Si autem iniuste, † tunc licet
collatio non sit subreptitia: via tamen iu-
ris communis poterit impugnari, secundũ
ea, quæ scripsit D.m. inf. de præb. in d.c.
si motu proprio. in textu, & super glo. hoc
verum. nec esset ibi saltem generalis clau-
4 sula, Non obstantium. Si † vero non mo-
tu proprio, tunc debet omnino fieri men-
tio, licet iuste habeant, vel habeantur, à-
liàs non valet, vt in d.c. si motu proprio. §.
5 secus. Si autem † iniuste, tunc non sufficit
fieri mentio de primo, vel primis benefi-
cijs, nisi etiam fiat de iniusta habitione,
& detentione ipsorum, est enim inhabilis
talis ad beneficium obtinendum. sup. de
elect. dudum 2. Idem D.m. infra de præb.
eum qui. secundo casu scilicet cum fit ab
alio, iterum subdistinguendum: quia, aut
6 fit à legato, aut ab ordinario: si à legato †
siue legationis auctoritate, vt quia est le-
gatus de latere, vt sup. eod. tit. & lib. c. 1.
tunc etiam proprio motu ipsius facta col-
latio non valet, nisi fieret specialis mẽtio
beneficij illius, quem beneficiat, vt in isto
cap. & electionem de offic. ord. c. 1. verum
etiam dicam de hoc, vel vt nesciret illum
q beneficiat beneficiatum esse. arg. supra
eod. lib. de rescrip. in dicto c. gratia. ratio,
quia sic impetrans scit se beneficiatum, te
netur de beneficio suo facere mẽtionem,
vt in d.c. gratia. & c. si motu proprio. ita &
legatus pari ratione tenetur facere men-
tionem in collatione, quam etiam ꝓprio
motu facit ei, quem scit beneficiatum esse,
cum non sit solutus legibus. & idem vide-
tur, si haberet legatus specialem potesta-
tem, cum hoc c. & d. c. 2. non distinguant,
vnde quemlibet legatum comprehendũt,
& hoc quando iuste habet beneficium, se-
7 cus † si haberet beneficiũ iniuste, vel etiã
iuste si esset prælatus, & inf. tit. prox. c. or-
8 dinarij. §. non conferendis, quia † tunc ni-
si prius renunciaret habitis, non valeret
collatio, vt ibi etiam si de illis mentio fie-
9 ret. & idem † dicendum in collatione de-
10 legati legati: si vero † fiat collatio à dele-
gato Papæ vigore gratiæ factæ, vt inf. de
præben. dudum. & c. is cui. & c. si cui. 1. tit.
non autẽ vigore gratiæ illius, cui prouide
tur, & beneficiatus insufficiẽs beneficium
habeat, valet collatio, tamen facta mẽtio-
ne de illa: si vero habeat sufficiens, tunc
non valet, nisi primo illi renunciet, vt in
d.c.

d.c.is cui.de præben.si vero vigore gratiæ illius,cui fit prouisio, tunc nõ valet, etiãsi in collatione de beneficio illius, cui prouiderur fieret mentio: ratio, quia littera est subreptitia cũ sit defectus in impetratione ipsius, vt in d.c.si motu proprio. §.
11 secus. si autem † fiat collatio ab ordinario, valet, etiam nulla facta mentione de beneficio illius,quem beneficiat, vt in cle. in d.c.2.de off.ordinarij.dummodo beneficiatus beneficium iuste tenebat, & non
12 erat prælatus: si † autem iniuste,tunc non
13 valet,vel si iuste,&† sit prælatus nisi prius
14 illis † renunciet, vt in d. c. ordinarij, & quando iniuste tenet beneficium in nullo prædictorũ casuũ valebit vltima beneficij collatio,etiam si de beneficio, & iniusta detentione mentio fiat,nisi à Papa fieret.

DE OFFICIO ORDINARII.
Titulus XVI.

SUMMARIUM.

1 *Hostien. & Ioan. Monachi opinio approbatur contra Archid.*
2 *Sententia excommunicationis ordinarij lata contra inhibitionẽ iuris valet.*
3 *Sententia excommunicationis delegati contra prohibitionem iuris non valet.*
4 *Sententia ordinarij siue delegato contra prohibitionem hominis non valet.*
5 *Sententia ordinarij siue delegato lata in hominem iuris non valet nisi in excommunicatione.*

CAP. PRIMUM.

Romana.] In glo. licet de iure in fi. Idem hic Hostien.
1 & † Ioan.Mona. sed Arch. contra, qui dicit eam non tenere propter inhibitionem iuris. Priorum sententia verior videtur in hoc casu per c.11.q.3. sententia pa
2 storis,& in isto casu proferens † contra in-
3 hibitionẽ iur.si est ordinarius,secus † si es-
set delegatus,quia tunc non valeret. sup.
4 de præben.c.vlt. Si vero † esset contra inhibitionem hominis:tunc non valeret, siue esset sententia excõicationis, siue alia sententia vel processus quicunque siue foret delegatus,siue ordinarius iudex vt supra de rescr.cum dilecti.de off.deleg.c.venerabili. infra de appellat. Romana. & c.
5 non solum.Si † autem esset alia sententia, quàm excommunicationis hic lata contra istam prohibitionem iuris,non valeret siue à delegato, siue ab ordinario lata esset.facit ad prædicta quod scripsit D.m.in clem.de sequestr.c.vno. & de iure patron. c.1.cum Arch. tenet Fran. Vercel. & vide quod not.hic D.m.& post Host.inf.de priuileg.c.1.super ver.præsumat,per quas remissiones potest dici, ꝙ si est inhibitio iuris propter impedimentum perpetuũ, vel ius publicum,tunc non valet, nisi contradicatur,& etiam appelletur. ad hoc de rescrip. ceterum.& quod ibi notatur, & infra de accus.c.1,& 2, & clem. de elect. c. constitutionem. §.vlt.& quod ibi not.

SUMMARIUM.

1 *Latria quid.*
2 *Idololatria quid.*
3 *Latria quæ comprehendat sub se.*
4 *Dulia quid, & cui debeatur.*
5 *Iperdulia quid, & debetur matri Deo.*
6 *Obedientia præceptorum, & reuerentia honoris cui debeatur.*
7 *Iperdulia debetur Eucharistiæ, Beatæ Virgini Deiparæ, & ligno crucis.*
8 *Latria debetur imaginibus Crucis, factis in signum Crucifixi.*

CAP. II.

SI canonici.] Insup. est cultus, dic plenius
1 latria † est seruitus, & reuerentia
2 Deo exhibita,vnde † si creaturæ exhibetur honor Deo debitus est idolola-
3 tra.Latria comprehendit † sub se fidem, sapientiam, reuerentiam, sacrificium,& orationem. Prima duo sunt cordis,alia duo
4 sunt operis, vltimũ est oris † dulia debetur creaturæ inquantum est imago Dei, vnde dulia est honor, qui debetur Sanctis:vnde

5 de de beata † Virgine, ꝙ inquantum est
persona sancta debetur ei dulia, sed inquā
tum est mater Dei debetur ei iperdulia .i.
superior dulia. Sane si ꝑsona cui debetur
dulia est in prælatione constituta, debetur
ei reuerentia, quæ consistit in obedientia
6 præceptorum, † & in exhibitione hono-
rum. Si autem persona est simplex, debe-
tur ei reuerentia tantum, quæ consistit in
7 exhibitione honorum, † iperdulia debe-
tur creaturæ excellēti sicut est caro Chri
sti, beata Virgo, & Crux Christi, vnde
sciendum est, quòd vere Cruci Christi, in
qua pependit debetur iperdulia, quia in-
strumentum fuit nostræ redemptionis,
Crucibus autem factis inquantum sunt li-
gna, vel res tales, nihilominus debetur, sed
8 Crucibus † factis in signum Crucifixi, de-
betur latria: imaginibus enim eadem de-
betur adoratio, quæ debetur in illis, quo-
rum imagines adoramus secundum Theo
logos.

SUMMARIUM.

1 *Mora quando purgari possit remissiue.*
2 *Collatio ordinarij facta inhabili, dispensare antequam ordinarius haberet de dispensatione notitiam, an valeat.*

CAP. III.

Ordinarij.] In glo. licet. ibi, nisi es
sent, & tunc etiam posset ex offi
cio, videlicet nō ad petitionem
partis, vt ipse D.m. scripsit inf. de reg. iur.
cap. 1. in glo. 1. non obstante. in fi. illa lo-
quitur de decreto extraiudiciali, ista de iu
diciali, in quo nō potest purgari mora, se-
1 cundum Pau. quando † mora purgari pos
sit not. 18. distin. propter. per Ioan. & Ar-
chid. & per Gar. supra eod. lib. de elect. c.
cupiente. in glo. sed ecce. sed per glo. D.
m. fac. infra de priuil. cap. cum personæ.
prædictum c. si tibi absenti, & istud cap.
ordinarij, loquuntur de decreto iudiciali,
id est, à iudice facto subdito suo, & ita etiā
in d.c. cum personæ. in dato tamen ei, qui
se dicit exemptū. & vide, quod ibi not.
2 per D.m. redeundo ad glo. quæritur † quid
si post collationem de dispensatione legi-
tima fidem fecit, valebitne collatio facta
per episcopum? videtur, ꝙ non, maxime si
fuit impeditus. de procur. querelam. & su-
pra eod. lib. de elect. commissa. §. 1. & præ-
alleg. c. cum personæ. in fi. dicendum, ꝙ si
appellauit à collatione, reuocabitur colla
tio, aliàs non nisi per beneficium restitu-
tionis in integrum, vel ex clausula genera
li. fac. inf. de appell. concertationi. in glo.
vlt. in fi. non est aliàs inhabilis, quia defe-
ctuosus, vel criminosus ad aliud benefi-
cium nisi transgressor cum dispensato te-
nebat, sed procedit hoc ex isto c. propter
dispensationem, quæ odiosa est. sup. eod.
lib. de fil. presbyt. c. 1. §. vlt. & inf. de præ-
ben. non potest. §. 1.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo & præscriptio inducta in casu legis antiquæ, non se extendit ad nouam.*

CAP. VIII.

Quamuis.] In gloss. s. de prouincia,
1 ibi quæ dicit, prout sunt, &c. †
hoc videtur verum, si erat talis
consuetudo ante istam consti
tutionem, secus si post incipiat, quia tunc
licet esset præscripta, & valeret contra vo-
cationem ad electionem, non tamen ideo
esset præscripta: vel valeret contra istam
vocationem, de qua hic loquitur. facit
quod notat Hostien. supra de præscript.
cum ex officij. & Dominus m. infra de re-
gul. iur. odia.

SUMMARIUM.

1 *Obtinentes beneficia sancti Benedicti subsunt prælatis, & remoueri possunt non obstante collatione Apostolica.*
2 *Fructus beneficiorum à solo separati spectant ad beneficiatum.*
3 *Mobilium appellatione non veniunt nomina debitorum, sed bene veniunt se mouentia.*
4 *Ligna, & lapides ad ædificia parā-*

ti non veniunt in legato mobilium.
5 *Libri, aurum & argentum, & cetera profana beneficiatorum non spectant ad successores in beneficiũ.*

CAP. IX.

1 **P**Ræsenti.] In glo. 1. in fi. hodie † per
cõstitutiones Benedicti Papæ xij.
habentes prioratus, & beneficia
in ordine monasteriorum nigrorum ordi-
nis beati Benedicti, ex collatione, proui-
sione, vel ordinatione sedis Apostolicæ,
aut legatorum, executorum, vel prouiso-
rum ipsius Sedis, vel prædictorum litteras
subsunt in omnibus, & per omnia suis prę
latis, & remoueri possunt ab eis, aut alij,
qui habent ea à suis abbatibus, vel præla-
tis, vt habetur sub rubrica de obtinenti-
bus beneficia ex collatione Apostolica, vt
sicut alij subsint, in glo. per œconomum.
vide quod dixi prope finem ibi, & sequen
2 tibus. & † dicit, quòd omnes fructus à so-
lo separati tempore mortis suæ pertinent
ad defunctum, & quòd nomine, seu appel
3 latione mobilium † non veniunt nomina,
idest, debita, & ꝙ veniunt pecudes, & alia
4 se mouentia, ligna † quoque, lapides, & si-
milia ad vsum ędificiorum parata, licet vi
deantur legata, & vere inter mobilia ve-
niant, tum quia ad hoc destinata erant, vt
in vsum alium cederent, non veniunt in
5 legato. De libris † autem auro & argento
soluentur legata, nec successor in illis ali-
quid vindicabit, dumtamen sint profana,
& nõ sacris vsibus deputata, quo casu non
deberet ad aliũ vsum trahi, & sic dicit do-
minum Papam Clementem Quartum re-
spondisse consultum, & in fin. vbi dicit, ꝙ
scholares clerici, vel conuersi, qui sua pro-
pria licite retinent, testari possunt de his,
quæ acquirunt de præbenda sua, vel alio
legitimo, & iusto modo, quia de castrensi
peculio quem præsumuntur de bonis ad-
ministrationum suarum habuisse, nisi con
trarium ostendatur: episcopus tamen, &
presbyter non religiosus de fructibus ec-
clesiæ, & mobilibus suis ratione eccle-
siæ acquisitis poterit seruitorib. suis mer-
cedes relinquere, & donare, & remunera-
re eos, dum tamen nil fiat in fraudem.

DE MAIORITATE ET obedientia. Tit. XVII.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum sede vacante, quas prabẽdas possit commendare.*

2 *Capitulum sede vacante, vtrum possit eli gere, & recipere præsentationes, quas posset prælatus.*

3 *Capitulum sede vacante, vtrum visitare posset, & quæ loca.*

4 *Capitulum sede vacante, vtrum vnire possit.*

5 *Capitulum sede vacante, vtrũ possit constitutiones episcopales reuocare.*

CAP. VNICUM.

EPiscopali.] In glo. 1. ibi, inf. de instit.
c. 1. quod c. fac. secundũ D.m. ad
dictum, qui vt scripsit D.m. in c. il
1 la. super ver. pręebendarũ. dixi, ꝙ† capitulũ
sede vacante potest commẽdare illas præ-
bendas, quæ habent onus annexum, alleg.
sup. de præbendis, significatum, licet eas
conferre non possit, quia spectat ipsarum
collatio ad prælatum, & ibi c. vno. & idem
2 iuris† est in electionib. & præsentationib.
spectantibus ad prælatum, vt ipse D. m.
not. sup. ne se. vac. c. illa. super vlt. gloss. &
idem Archid. inf. de instit. c. 1. & Guill. in
Spec. ne se. vac. circa medium. & ibi in gl.
hæc littera. & dicit hoc indigere declara-
tione. & Ioan. Mona. sup. eo. lib. de suppl.
neg. præl. c. ecclesia, tenet, ꝙ non. & Arch.
3 eo. tit. si episcopus. tenet, ꝙ† sic, & ꝙ volẽs
tenere opinionem Io. Mon. dicere potest il
lam verã in generali visitatione ciuitatis,
& diœc. & volens tenere illam Archid. il-
lam veram in speciali visitatione, vel in-
quisitione contra certas personas, vel lo-
ca, & ibi super 3. glo. & dicit Ioan. Mo. te
nere, ꝙ sic, & Archid. tenere, ꝙ non, & ibi
cap. vno. & dicit quòd sic ibi accedentibus
videtur, ꝙ non, & ibi, vt scripsi, quòd sic,
& ibi §. nunc de episcoporum. hoc eget
declaratione, vt ipse D. m. not. sup. eod.
lib.

lib.de fil. presbyterorum.cap. 1.in f.glo. & ibi super vlt.glo. dicit Ioan. Mona.hic tenere, quòd sic,sed ipse tenet ibi, quòd non, propter quod, & quia dubitatur, an visitare possit capitulum sede vacare,scripsit mihi D.m. ꝙ non poterat visitare monasteria monialium exempta, quæ posset visitare episcopus, vt in clem.de statu regul. attendentes. & ibi de quo scripsi, ꝙ sic,& dicit ibi Ioan.Mo.tenere in hoc seruari infra ne se. vac.c.vnicum.vt idem seruetur in accessorio,quod in principali, & quod dicitur in beneficiis deuolutis,idem est dicēdum in electionibus deuolutis ad episcopū,vt not.sup.eod.tit.cū olim.ipse D.m.dic. ꝙ sede vacante electiones, quæ deuoluerentur ad episcopū si viueret non deuoluuntur ad capitulum,& ibi super 1. gl.& dicit, ꝙ non,& ibi ver.item circa .& dic. ꝙ videtur ꝙ sic, & Vbertum dicere ꝙ forte c.sede vacante poterit exequi,& ibi super glo.hoc ideo.& dicit,ꝙ non.& in fi.

4 Sed † nunquid potest capitulum sede vacāte vnionem beneficiorum facere? videtur ꝙ sic,sicut permutationem: & hoc verum si non depereat aliquid iuri episcopi, aliàs secus,ꝙ cum sede vacante non possit capitulum constitutionem facere,videtur secundum ea, quæ ipse D.m. scripsit post Innoc.Host.& Compost.de constitu.cum omnes.in glo.an capitulum.in fi. Sed nun

5 quid † potest constitutiones episcopales reuocare, audiui hoc disputatum Bononiæ, & solutum ꝙ sic. ad hoc facit, quia statuere est iurisdictionis,secundū ea,quæ scripsit D.m.in d.gl. sed capitulum in his quæ sunt iurisdictionis sede vacante succedit episcopo, ergo iure episcopi vti debet. inf.de reg.iur. is qui.

DE PACTIS Tit. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra minorem sine curatore non valet ex Spec. sed in eius fauorem valet.*

2 *Pactum contentū in ista decretali claudicat, nihilominus iudicādo valet quousque reuocetur.*

3 *Collegiū est semper idem,sed non semper idem rector ecclesiæ.*

4 *Res qualibet facile reuertitur ad naturam suam.*

5 *Ecclesia parochialis de iure communi habet cœmeterium.*

CAP. PRIMVM.



1 Actum.] B. in prima glo. in fin. facit quod notat † Guill. in Spec.de actore. in 5. colū. ver. porro. vbi dicit, quòd sententia lata cum eo, quem apparet fuisse minorem, nisi interueuit curator non valet, si sit lata contra minorem, sed si est lata pro eo bene valet, ad idem quod scripsit Dominus meus secundum Pe. supra de iud.c. causam quæ. super ver.obtinente à Papa sicut vos religiosi, ex quo fuit factum ipsum pactum cum religiosorum consensu,etiam si superioris auctoritas interuenerat. ad idem in

2 fra eod.tit.cap.vlt.vnde † perpetuum erit ex parte religiosorum, sed ex parte rectorum non durabit nisi quousque rector erit,nisi superior ipsius auctoritas interuenisset,vt supra de transactio.cap.veniens. de decim. ex multiplici. ratio diuersitatis inter religiosos & rectorem,] quia religio-

3 sis semper † idem collegium, quod nunquam moritur. 7.quæst. 1. denique. facit quod not.Innocen.de præben. nisi essent. non autem idem semper erit rector. Item quia ex parte religiosorum per tale pactū renunciatur priuilegio, & facilius renunciatur iuri competēti ex priuilegio,quàm

4 competenti de iure communi: quia † res de facili ad suam naturam reuertitur. 35. dist.ab exordio. facit quod scrisit Hostiē. de priuileg.si de terra. & c.accedentibus. de priuileg. in fine.& cap. peruenit. in fine.& in summa eodem tit.§.de qua re.sub §.impeditur.ver.sed nunquid vassallus.& Guillel.in Specu. de arbitro & arbitratore. §. restat. vers.sed nunquid electus. & de his quæ fiūt à prælat.& hoc not.in gloss. dicunt quidam. in fine.dicas, quòd quælibet ecclesia parochialis de iure communi ha-

ni habet cœmeterium, idest, ius cœmeterandi eos, qui continentur in sua parochia secundum Hugo. vt not. Archidiaconus 13. quæstio. 1. ecclesias, & ibi est expressum, quòd ecclesia parochialis habet cœmeterium.

SUMMARIUM.

1 *Nemo potest venire contra factum suum.*

2 *Ponuntur nonnulli casus, in quibus dubitatur, vtrum quis possit venire contra factum, & iuramentū proprium.*

CAP. II.

Quamuis.] In glo. quòd si filius. in fin. & dicit, quòd videtur, quòd non obstet sibi exceptio dicti pacti. fac. quod notat Ber. supra de iure iuran. ad nostram 2. in 3. glo. dicit tamen ipse Guill. arg. contra. ff. condi. indebit. l. si non sortem. §. si filius. &
1 quòd nemo † potest cōtra factum suum venire. in glo. non sic ibi ver. sed pone qui-
2 dem vbi dicit, quòd filius emancipatus, † qui iurauit de cetero non petere alimenta à patre laborante inopia, hoc non obstante possit alimēta à patre petere, & ibi ver. sed pone, vbi dicit, quòd si in instrumento debiti dictum est, quòd non possit probari finis, seu solutio debiti, nec pactum de nō petendo debito, vel eius parte vbi per ipsum instrumentum redditum debitori cancellatum, vel per aliam chartā factam super solutione manu alterius legalis notarij, poterit nihilominus probatio fieri per testis in ver. si dicit, quòd si debitor iurauit se non probaturum, nisi per instrumentum incisum, debet seruare iuramentum.

DE PROCVRATORIBVS. Titulus XIX.

SUMMARIUM.

1 *Procurator religiosus vtrum reuocari possit post litem contestatam.*

2 *Excommunicatio de nouo lata, vel nota facta, vt procurator reuocari, & iudex recusari possit.*

CAP. II.



Quamuis.] in glo. in totum. ibi 1. responso. idem nota. infra de regu. iur. cui licet.
1 super prima glo. † sed nunquid pcurator religiosus post litem contestatam ab eo poterit per dominum constituentem inuitus reuocari? dicendum quòd sic. fac. quod scripsit Dominus meus, & Pau. in clem. de testa. religiosus, & hoc nisi contradiceret ad-
2 uersarius. insup. in quibus. in fin. vt † quia excommunicatus: nam propter excōmunicationem iudici, vel procuratori natam, vel notam, de nouo potest iudex recusari, & procurator reuocari etiam post litem contestatam secundū Vinc. & Gar. supra de exceptionib. exceptione. vt scripsit Archid. 11. quæst. 3. si inimicus. super prima glo.

SUMMARIUM.

1 *Satisdatio per procuratorē iuuat etiam illius substitutum.*

2 *Instrumētum procurationis generale restitui debet, non autem speciale.*

CAP. III.

1 Is qui.] In prima gloss. ibi & † nunquid substitutus, & dicit Albert. satis esse, si satisdet procuratorem rem ratam habiturū in glo. quomodo talis ibi §. nunc dicamus. in fine. & de procur. §. ratione au-
2 tem formæ. in fin. & dic † instrumentum procurationis speciale non debet restitui, sed generale sic.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum datur permissiue, aut exceptiue, & ponuntur exempla.*

Species

2 *Species est de genere, exceptio de regula pars de toto, & nihil de aliquo.*

3 *Exceptio alicuius negotij requirentis mandatum speciale contenta in mandato generali, firmat mandatum in ceteris non exceptis.*

4 *Exceptionis officium est remouere, & excipere, non autem ordinare, & disponere.*

5 *Excipiens an & quando fateatur, & ponat.*

6 *Absolutio ab excommunicatione non conceditur procuratori petenti nomine domini, sed committitur alicui, vt absoluat.*

7 *Procurator habens speciale mandatum ad gerendam absolutionem, vtrum etiam iurare pro domino poterit.*

CAP. IIII.

1 Qvi ad agendum.] † Specifice, siue permissiue, siue exceptiue, vt quia dicitur, ꝙ possit iurare de calumnia, & omnia, &c. vt in primo, vel quod dicitur, ꝙ possit omnia quæ Dominus potest, excepto quòd non possit iurare de calumnia, vel iuramẽtum deferre, &c. vt in vlt. & hoc ideo quia non est exceptio, quæ non excepta non inclu-
2 dat. Nam sicut † species est extracta de genere, sic exceptio de regula, & sub ea continetur sicut pars sub toto, & nil ab aliquo excipitur, nisi cõtineatur sub eo. fac. quod not. Dynus, Ioan. Mon. & D. m. inf. de regu. iur. in procemio, & firmat regulam exceptio. 32. q. 7. Dominus. in textu & glo.
3 Vnde † excipiendo à mandato generali aliquod de requirentibus speciale mandatũ videtur permittere, & specificare ceteros speciales casus. ad hoc quod not. Guill. in Specu. de iurisd. omn. iud. vers. quid ergo dices, ibi, præsertim quando, &c. & faciũt hæc pro commissione quam facit episcopus vicario suo, cui conceditur, ꝙ possit quæ ipse potest, excepta collatione beneficiorum, ꝙ omnia possit, quæ aliàs in generali commissione non venirent. Sed in contrarium facit quod scripsit D. m. infra de lit. contest. §. vlt. & de regu. iur. in regu.
4 exceptionẽ. ꝙ † exceptionis officium est remouere, & excipere, non aũt ordinare, vnde non deber operari diuersos effectus. 26. dist. deinde. sup. de bapt. maiores. fac. cle. de præb. c. 11. & 12. q. 2. cognouimus. & de cõs. dist. 2. cõperimus. quod dicit D. m. non obstat, quia illud habet locum in exceptione facti, non autem iuris. & quando excipiens aliquid excipiendo non poterit, possit: secus cum excipiendo aliquid
5 possit, & pure, non sub conditione, † quia tunc excipit, & fatetur. ad hoc fac. quod scripsit Dyn. in d. regula exceptionem. in casu autem præmisso, & ponit, & excipit, & ideo secus in vno, q̃ in alio. in glo. c. de transactio. ver. item vbi sunt duo, ibi, exigere. hoc verum si sunt non in solidum, sed simpliciter constituti, secus si sint in solidum, quia tunc potest secundum Odofr. sic etiam scripsit & tenet D. Fride. in suis consiliis consi. 119. & in eadem glo. ver. item in absolutione petẽda ab excommu
6 nicatione, † nõ tamẽ procurator ipse absoluetur nomine dñi: sed vel ille, à quo absolutio petitur mãdabit alicui vt excõmunicatũ absoluat, vel absoluet, & mandabit presbytero parochiali, vel alicui pœnitentiario, vt illum iuxta morem Ecclesię, in ecclesiã introducat, vt scripsit Guil. in Spe. eo. tit. §. 1. ver. itẽ opponitur, ꝙ nõ habeat mandatum, & ita dicit debere intelligi quod not. Innoc. de sent. exco. cũm desideres. scripsit etiam Guil. in Specu. de iuram. calumniæ. §. restat. vers. quid ergo
7 fiet in fi. formæ, ꝙ procurator † habens speciale mandatum ad petendam absolutionem admittitur ad iurandum pro dño excommunicato etiam si non habeat speciale mandatum. scripsit autem Innoc. in d. cap. cum desideres. de sent. excom. ꝙ si iusta causa subest, excommunicatus etiam in absentia per procuratorem potest absolui. sed Hostien. omnino ibi contra d. Guilel. seruatur etiam in curia, vt scripsit D. m. in d. c. cum desideres.

SVMMARIVM.

1 *Rei fortuna, & actoris inuidia à malo loco est, ex Seneca.*

2 *Procuratoribus duobus non in solidum datis, vnus sine alio procedere non potest, sed bene potest contraria dicere, & excipere.*

CAP. V.

SI duo.] In glo. consideratio. in fi. Sene. declam. lib. 4. extra controuersiam Malo autem loco est, qui ha-
1 betrei† fortunam, actoris inuidiam. in gl. aliud in executoribus. prope fi. ibi §. si autem melius. §. verum. ibi nõ valeret, etiam videtur facere contra ex eo, q dicit in hoc casu, secus in alio, vt hic. præterea licet
2 dicatur hic, q † vnus non possit procedere sine alio, nõ tamen negat quin procedendo insimul possint dicere contraria. plus est enim contemptus vnius, quàm multorum contradictio in pręsentia. sup. de ele. venerabilem. ver. cum electioni. & eo. tit. cap. bonę 2.

CAP. VIII.

SI quem.] Simpliciter] scilicet prædicta clausula non adiecta Archid. & fac. ad expositionem illius dictionis, simpliciter, inf. de præben. ei cui.

SUMMARIUM.

1 *Formula matrimonij per procuratorẽ contrahendi, ex Host*
2 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, an valeat.*
3 *Reuocato procuratore ad eligendum cõstituto, vtrum valeat electio per procuratorem facta antequam reuocatio ad procuratoris notitiam deueniat.*
4 *Renunciatio beneficij facta per procuratorem reuocatum ad cuius notitiam reuocatio non peruenit valet.*
5 *Hoc tum procedit in resignatione faciẽda ex causa permutationis.*
6 *Mandatum speciale requiritur ad contrahendum matrimonium tam spirituale, quàm temporale.*
7 *Permutatio beneficij facta per procuratorem reuocatum nõ valet quãdo reuocatio venit ad notitiam illius cum quo erat faciẽda permutatio, licet nõ venerit ad notitiam procuratoris.*

CAP. IX.

PRocurator.] In glo. per hæc verba.
1 in fi. vbi sic dicit Host. q † nuncius
sic dicit, Promitto tibi de mandato talis D. mei, & nomine eiusdem, q ipse ducet te in vxorem, & hoc in animã eius
2 iuro. In glo. concor. ff. in fi. an idem sit † in contrahendo matrimonium spirituale, si
3 reuocetur † procurator constitutus ad eligendum vel ad consentiendum electioni, vt scilicet non valeat electio, vel consensus pręstatio facta per procuratorem reuocatum, ad quem reuocatio non peruenit. & est dicendum, q sic, secundum Pau. in clem. de renunc. c. cum illusio. quod est ve-
4 rum, licet secus † sit in procuratore reuocato constituto ad renunciandum beneficio, quia valet renunciatio. vt in d. c. cum illusio. eo. tit. Aliud in contrahendo matrimonium spirituale, Aliud in dissoluendo,
5 & licet ita † sit in procuratore simpliciter constituto ad renunciandum beneficio: tamen secus videtur in dato ad renunciandum ex causa permutationis, vt tunc si pcurator reuocatus ignorãs reuocationem ipsius, beneficio renunciet ex causa permutationis, & permutatum beneficium recipiat, non valeat renunciatio, nec permutatio. cum secundum prædicta nõ possit habere permutationis effectũ, propter quã renunciatio ipsa fiebat, & secundum hoc habebit locum d. c. cũ illusio. tantum in suo casu, scilicet cum est factus procurator ad renunciandum simpliciter nõ ex causa permutationis. & facit quod scribit D. m. super glo. placet. inf. eo. c. & qđ hic dicitur de procur. quod debet habere
6 speciale † mandatum ad matrimoniũ contrahendum carnale. idem debet intelligi de contrahendo, seu ad cõtrahendum spirituale, qđ tamen sufficit, etsi nõ exprimatur persona vel beneficium. fac. sup. eod. lib. de off. deleg. is cui. & quod scripsit D. m. post Host. sup. de præb. accedent. & su-

pra eo. lib. de consu. c. vlt. & quod not. per Archid. sup. eo. lib. de præb. si tibi absenti, vel verius videtur, q etiam eo casu, s. cum sit procurator ad renunciandum ex causa permutationis, valet renunciatio, & permutatio, & habet locum d. c. cum illusio, etiam cum sit procurator ad renunciandū ex causa permutationis, & vidi litteras Papales sub bulla, quæ hoc vltimum dictum approbare videbatur. In contrarium allegata locum habent cum ad contrahendum simpliciter spirituale matrimonium non ex causa permutationis procur. constituitur, ad hoc bene facit d. c. cū illusio. 1. respon. & alia cle. de rer. permut. ne con
7 cessione. 1. respon. Quid si † reuocatio procuratoris cum alio suum beneficium permutare volentis, nō ad procuratorem, sed illum tantum cum quo intendebatur permutatio fieri peruenit, nunquid valebit rēnūciatio, & permutatio postea facta cū illo? Breuiter dicendum videtur, q nō, saltem quoad illum, qui reuocationem sciuit, quia in dolo fuit tacendo reuocationem ipsam dolose. Debet enim in beneficiis omnino dolus abesse. de elect. cum dilectus. fac. inf. de præb. dudum. §. nos igitur. & quod ibi not. & quod scripsit D. m. inf. de concess. præb. si capitulo. super glo. not. q. in fi. & de rer. perm. c. vno. super gl. quid si. insup. c. vnic. abso. ver. per quā dic. & quod scripsi in d. cap. si capitulo, & eodem tit. ne captandæ.

DE HIS QVÆ VI METUSVE causa fiunt. Tit. XX.

SUMMARIUM.

1 *Metus qualiscunque sufficit respectu inferentis ad annullandum metu factum.*

2 *Metus respectu illius cui illatum extitit debet esse is, qui cadat in constantem virum.*

CAP. VNICUM.



Absolutionis.] Insup. vlt. glo. in fi. qui videtur velle debere in hoc casu arbitrari, vt qualiscunque † sit
1 metus etiā vanus, & qui nōn debet cadere in constantem sufficiat quoad illum, qui metum intulit, vt scilicet non valeat absolutio, & vt excommunicationem incurrat, dummodo minis, non precib. sit absolutio ipsa obtenta: non enim posse debet dicere is, qui metum intulit vanum fuisse metū:
2 quantum † vero ad illum, cui metus infertur ad hoc vt excusetur, & possit impugnare illud, quod per metum fecit, requiritur, q sit metus, qui cadere potuerit in constantem. fac. clem. de sent. excom. generis. ver. ne igitur quomodolibet corrigere. quoad primum dictum facit etiam sup. eo. lib. de elect. cupiētes. §. q si per xx. dies. in glo. si autem. fac. etiam 1. q. 6. c. 1. & 7. dist. cap. fuerunt. & quod vtrobique notatur.

DE IN INTEGRUM restitutione. Tit. XXI.

SUMMARIUM.

1 *Error, habet locum in causis ciuilibus.*

2 *Error an corrigi possit in causa appellationis.*

CAP. II.



I aduersus.] Erroris.] scripsit Dominus meus post Host. de fide instr. cum Ioannes. super ver. vnica tantum. in fi. q reuocatio erroris ha-
1 bet locum in † ciuilibus. sed nunquid errorem habitū in causa principali, potest quis corrigere in causa ap-
2 pellationis † not. Guill. in Spec. de cōfess. §. postremo. vers. sed nunquid, q sic, qui dicit, quòd corrigere errorem, est peremptoriam proponere.

DE

DE ARBITRIS. Titulus XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia plurium iudicum, seu arbitrorum praeualet paucioribus, licet non sit maior pars, neque duae tertiae partes.*

2 *Idem in pluribus patronis laicis.*

CAP. PRIMVM.

1 S*I ex tribus.*] Duorum, sed ecce sunt † xj. iudices, vel arbitri inter tres collitigantes super vna re quinq; pronunciant pro vno, quatuor pro alio, duo pro alio, quae sententia valebit. not Guill. in Specu. de sententiae prolat. §. iusta. vers. quid si sunt, quòd valet sentētia quinque: quia plures in causa consenserunt, licet secus sit in electione. sup. de elect. in Genesi. & c. cum in iure. sed in patronis laicis est idem,
2 quod † in iudicibus, scilicet, vt valeat praesentatio à minori parte facta, partium cōparatione minorum, vt scripsit Archi. 31. dist. in coena. Sed in eo ꝙ dicitur, ꝙ valeat sententia quinque, quidā alij contra, quia nō sunt maior pars iudicum, & hoc verius videtur etiam in eo iudicio: nam & si maior pars ipsorum non cōcordet in cui dando, concordat tamen in cui nō dando: concordant enim quatuor & duo, ꝙ nō detur illi, pro quo quinque sententiant, ex quo quatuor pro vno, & duo pro alio sententiant. in glo. ex tribus. ibi, debitum. idem videtur tenere Archi. in d. c. nihilominus. secundum Laur. & ibi post princ. & Host. in summa eo. tit. §. quae diuersitas. ver. hęc intelligas. insup. de vicario. ibi vers. quid si peto. vbi dicit, ꝙ si iudiciū est habitum coram iudice, intelligitur reus absolutus in quinque, si vero coram arbitro, secus.

SVMMARIVM.

1 *Iudicibus tribus congregatis tacens habet pro contradicente.*

8 ibi teſtes. † quæritur cuius ætatis debent eſſe teſtes, qui in hoc caſu teſtificantur, videtur ſufficere, quòd ſint xv. vel xiiij. ann. arg. ſup de teſti. licet ex quadam. nam ex quo ibi non exprimitur alia ætas in teſtibus de auditu, videtur eadem & hic & ibi ſufficere, quæ in teſtibus de viſu. Sed contrarium verius videtur, ſcilicet quòd ad minus debent liiij. an. vel ſaltē tanti temporis vltra xl. an. ꝙ fuerint capaces temporis, quo videre inceperunt. ad hoc quod not. 37. diſt. relatum. in vlt. glo. vt ſaltē xl. annorum probent poſſeſſionem, & præſcriptionem de viſu. fac. quod not. Ber. eo. ti. cum à nobis. & Inno. & Hoſt. infra de ver bor. ſignifi. veniens. vbi dicunt, ꝙ iſta probatio habet locum à centum annis ſ. nam propter impoſſibilitatem probandi, admittitur talis probatio, ſed cum infra centum annos ſaltem vſque ad xl. facile ſit probare poſſeſſionem, & præſcriptionem de uiſu non debet ſufficere teſtificatio de auditu, niſi à xl. annis ſup. & hoc ad probandū titulum, vt hic, & facit ad hoc prædictum c. licet ex quadam. in fi. vbi teſtis, qui teſtificatur de auditu, debet etiam in aliquo gradu teſtificari de viſu, & eadem glo. in fine. Eſt autem ſciendum, ꝙ licet communis opinio non probet, niſi quando agitur de his, quæ tranſcendunt dictam metam centum annorum, prodeſt, vt ſaltem tranſferatur per eam onus probandi contrariū in partem aduerſam, & hoc quando agi-
9 tur de factis aliorum. Secus † enim ſi agatur de facto proprio illorum, qui agūt, vel petunt, vt ſi petat, vel repetat aliquis eccleſiam, vel ſi notarius petat ſe admitti tāquam notarius, vel ſimile, tūc oportet ꝓbari legitime titulū, alioquin abſoluetur reus. quod dic vt plene not. Innoc. de ver. ſignifi. veniens. lib. 6. & Guill. in Specul. de probatio. §. 1. ver. illud autem. & ſeq. & ſcripſit D. m. de fi. inſtru. c. 1. circa prin.
10 de communi autem † opinione & veritate, & quando vterque requiratur, & quando opinio præferatur veritati, & quando veritas opinioni, ſcripſit plene Pau. in cle. de reg. vt profeſſores.

DE SENTENTIA, ET RE iudicata. Tit. XIIII.

SUMMARIUM.

1 *Amor diuinus facit omnia vileſcere, & mortem appetere, ex ſancto Leone.*
2 *Auaritia expellit omne iuſtitiæ veſtigium.*
3 *Affectus facit perire iudicium, ex Seneca.*
4 *Iudicis boni qualitates verſiculis deſcripta.*

CAP. PRIMUM.



Vm æterni.] In glo. tacita. in fi. Leo in ſermone Dominicæ paſſionis quadrage-
1 ſimæ. † Amor & præcipue vilis, eſt omnis affectio. &. Anima lucri cupida etiā pro exiguo perire non metuit. Nullum eſt iuſtitiæ in illo corde veſtigium, in quo ſi-
2 ſibi auaritia † fecit habitaculū. & Seneca,
3 Perit † omne iudicium cū res in affectum
4 cadit. Vnde ſcriptum legitur ſic: Si † lis incederit te iudice, dirige libram iudicij: non flectat amor, nō munera palpent, non moueat ſtabilem, perſonæ acceptio. In gl. idē ver. prope fi. ibi fit irregularis. & dicit ꝙ ſic, & ibi etiam hic ponit dicens poſſe dici ſecundum illos, qui dicunt, ꝙ non eſt ordo, ꝙ non ſit irregularis. ſecundum autem illos, qui dicunt, ꝙ eſt ordo, quòd ſit irregularis.

SUMMARIUM.

1 *Corrigere ſeipſum difficilius eſt ꝙ̃ alios.*
2 *Vtrum ſtandum ſit dicto iudicis aſſerentis aliquid feciſſe.*

CAP. II.

AD *Apoſtolica.*] In gl. dicit hic. in fi. imo placere debet, qnia idem
1 in ſe, quod in alio, † & difficilius eſt

est corrigere se, quàm alium, & vtrumque non ab homine, sed à Deo: vnde Apostolus 1. ad Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. In glo. vero, quia. in fi. vbi dicitur, ꝙ
2 si iudex † dicat aliquid fecisse, credendum est sibi, & ita seruat curia. & vide quod nota. inf. de sent. excom. decreuimus. super ver. excommunicatur.

SUMMARIUM.

1 *Successor an possit reuocare gesta per antecessorem.*

2 *Tempus adimpletæ conditionis non præsens attenditur in stipulatione conditionali.*

3 *Donatio sub conditione valet, & debet sortiri effectum, si tempore conditionis existentis res donata spectabat ad donatorem.*

4 *Ecclesia acquirit dominium rei venditæ vel donatæ sine traditione.*

5 *Publicianam appellationẽ an & quando acquirat ecclesia.*

6 *Libellus seu petitio quomodo formanda sit in actione, seu conditione conditionali, seu alternatiua.*

7 *Notarius an & quando possit supplere id quod errore omisit, & an per se, vel de mandato iudicis.*

8 *Inscriptio libellorum, instrumentorum, librorum, & similium debet poni generalis, vel specialis iuxta loci consuetudinem.*

9 *Locus in instrumentis debet apponi præcisus, & particularis, & non solum locus, sed etiam locus loci.*

CAP. III.

1 Abbate.] In glo. an † successor. in fi. & dic. quòd non possit reuocare successor, nisi imperium, vel regnum, vel ducatum enormiter lædatur, quia tunc posset, nisi ecclesiæ præscriptione vel alia causa legitima iuuetur. in glo. hoc dicit. in fi. hoc vult dicere lex ista, Res mea mihi dari non potest, vnde si stipulor rem meam mihi dari, stipulatio nulla est, aliàs si stipulor eam mihi dari si nauis ex Asia venerit, stipulatio valet, ꝓpter conditionem vt si temporis existentis conditionis non sit, mea stipulatio valida sit: si
2 autem mea erit, inutilis erit. vnde † non inspicitur in hac cõditione stipulata tempus præsens, quo mea est res, sed tempus
3 existentis conditionis, & per † consequens si tempore conditionis extãtis donata fratribus Hierosolymitanis ad donatorẽ spectabát, licet tempore donationis factæ nõ spectaret ad ipsum, quia erãt in potestate Sarracenorum valebit donatio. in 4. glo. in fi. hoc quod dicitur in ista 4. gl. ꝙ ad acquirendum dominium requiritur, ꝙ ille, qui vendit sit dominus, & rem venditam tradat emptori, habet locũ in emptore priuato, non autem in ecclesiastico, vt etiam
4 tangit glo. † quia ipsa rei venditæ, vel donatæ quærit dominium sine traditione. C.
5 de sacrosan. eccl. l. fi. Sed † nunquid est idẽ in quasi dominio, vt sine traditione competat ecclesiæ publiciana. de hoc no. Guil lel. in Spec. de locato. §. nunc aliqua. ver. iam quòd nou credit secundum M. de Fano ecclesiam habere publicianam solo titulo sine traditione à non domino sibi facta, sicut habet ex sola concessione à domino facta: quia illud quod ecclesiæ in dominio quærendo per dictam l. conceditur, est priuilegium cõtra regulam iuris indultũ: ideo nõ est ad consequentiã trahẽdum, vt sit idem in quasi dominio: vel forte si ille, à quo habet ecclesia titulum, tẽpore, quo ecclesiæ concessit in possessione fuisset, licet ipse ecclesiæ non tradidisset, æquũ etiã dare ecclesiæ publicianam. In gl. Archid.
6 remittit. in fin. vbi dicit † generaliter verũ esse, ꝙ nec cõditionaliter, nec alternatiue formãda est petitio causaliter, qñq. secus est. venit. n. in petitione interdũ conditio, interdum alternatiua cõditio, vel ex lege vel ex canone, vel ex testamẽto, vel ex cõtractu, vel ex natura rei. de conditione ex testamẽto habes sup. de testa. Raynaldus. §. vbi de hoc in glo. sed nunquid. & ibi per Goff. de hoc de alternatiua canonis. sup. de plus petitionib. c. 1. & de empt. & vendit. cum dilecti. & fac. sup. de testam. Raynutius.

nutius. Insup. idem Guill. in fi. & dicit ꝙ plurimi sapientes super hoc ab eo consulti concorditer responderunt, & bene, ꝙ si
7 tabellio † ostenderet se per errorē, & non ex certa scientia hęc omisisse, bene potest postea apponere iterum, & valebit instrumentum, aliàs non. consuluit tamen ipse Guill. notario, ꝙ de licētia iudicis reficiat illud. de hoc scripsit D. Fede. in consiliis suis cons. 109. Insup. ad fin. ibi. fac. procemium cle. in fi. & 12. q. 2. cum Redēmptor. in fi. & videtur dicendum, ꝙ si est consue-
8 tudo, ꝙ ponatur illa generalis † inscriptio, sicut est Florentię, ꝙ tunc sufficiat generalis. Si autem non sit talis consuetudo, tūc non sufficiat generalis, sed requiritur inscriptio specialis. fac. quod scripsit D. m. super data huius libri ver. Goff. in quæstionibus suis, & ver. ꝙ dixi. forum autē quali ter poni debeat scripsit Guill. in oper. de instrum. edi. §. breuiter in forma præceden
9 te. locus † autem duplex est. s. ciuitatis, vel castri, vel villæ, & etiam locus loci specialis, in quo confectum est, quod fit hoc modo. Act. Viterbi in domo quondam Gerardi Saneuoi sartoris in camera superiori eiusdē domus in parochia sancti Siluestri, vel sub porticu talis domus.

SUMMARIUM.

1 *Iudices plures in pronunciando possunt vti verbo singulari.*

CAP. IIII.

Cum ab vno.] Not. Archid. 2. q. 6. c. à iudicibus, ꝙ secundum Vinc. qui hoc not. sup. de elect. in Ge-
1 nesi † si sunt plures iudices, quilibet dicit, Excommunico illum, tenet excōicatio, quia in pronūciatione omnes conueniūt. ff. de arb. dicit. §. si plures. fac. ad hoc secundum Arch. sup. eo. lib. de arb. c. si ex tribus.

SUMMARIUM.

1 *Sententia arbitri, vtrum ferenda sit in scriptis.*

2 *Assessor vtrum possit proferre sententiā.*

3 *Sententia prolata in tertia persona non valet.*

4 *Tabellionis assertio de appellatione in scriptis interposita an sufficiat.*

5 *Stare pugnantis, est sedere regnantis.*

CAP. V.

Et si sententia scripta.] Not. Accur. C. de arb. l. cum ante ea. §. fin autem.
1 in gl. actor. ꝙ † sentētia arbitri debet ferri in scriptis sicut sententia iudicis
2 ab alio, sed † nunquid ab assessore pōt ferri sentētia, & tenet Goff. in sum. eo. tit. §. diffinitā, quod not. ad qđ fac. ista littera. Insup. appellatio ibi, & Arch. fac. quod not. de app. interposita. à sententia excōicationis per Ber. Inn. & Host. sup. de offi. ord. ad reprimendā. Insup. de hoc in Spe. ibi not.
3 & dicit, ꝙ si est lata sententia sub verbis † tertiæ personæ, præsumitur lata non fuisse in scriptis. & sic nō valet nisi iudex expresse dicat se tulisse in scriptis, & in fi. vbi
4 dicit, ꝙ † ex quo tabellio testificatur appellantem in his scriptis appellasse sufficit, sed si diceretur in scriptis appellauit, & non diceret in his scriptis, non sufficeret forte, nisi appareret illam scripturam: sed bene sufficit si tabellio sic dicat, lecta fuit in scriptis appellatio prædicta sub prædicta forma tali die præsentibus talibus. Insup. anima. n. in fi. & Gregorius super homilia, Vespere autem sabbathi dicit, Sta-
5 re † quippe pugnantis est sedere regnātis.

DE APPELLATIONIBVS, Titulus XV.

SUMMARIUM.

1 *Causæ grauaminis in appellatione exprimere, quis, quomodo, & quales teneantur, & vtrum etiam notorias.*

2 *Iudex non deferens appellationi non potest appellanti terminum statuere.*

3 *Nullitas, an, quando, & quomodo possit proponi coram iudice appellationis.*

4 *Iudex ad quem an & quando & quo-*

modo cognoscat, vel cognoscere possit, aut debeat de causa principali omisso appellationis articulo.

5 *Appellans seu appellatus succumbētes in appellatione ab interlocutoria, seu diffinitiua, an & quando debeant in expensis condemnari vel à condemnatione excusari.*

6 *Error probabilis dicitur quinquis consulut sapientes quæ suaserunt, ei sese bonum ius fauere.*

7 *Incontinēti interposita appellatio an & quando dici possit.*

8 *Iudex declarando bene vel male appellatū an pronunciet super negotio principali.*

9 *Iudex appellationis an & quando possit de principali negotio cognoscere simul cum appellatione, vel ea omissa.*

CAP. PRIMVM.



1 Ordi.] In glo. si † non est notoria ibi non tenetur exprimere, forte bene dicūt isti secūdum ea, quæ not. D. m. sup. eo tit. ex parte tua, & potest reddi ratio quia in notoriis non requiritur ordo iuris nec quoad iudicē, nec quoad partes. sup. de iur. iur. ad nostram 3. & de fi. presb. quoniam, in glo. q si non. subditur ibi in quæstione, vbi soluit, quia de iurisdictione, & excōicatione cōstat. de præcedenti appellatione nō constat iudicat talem ligatum. In gl. ibi post traditionem, ibi & de latere expositio. Archid. fac. pro Innoc. qui dixit

2 sup. de accus. q iudex † qui non detulit appellationi non potest terminū statuere appellanti, pro quo etiam fac. cle. eo. tit. c. 1. in fi. in glo. 1. is contra quem. in fi. & quia renunciauerat appellationi suæ non deferendo eidem, sed spoliando appellatū ecclesia. in glo. resolui potest in fi. quærit idē

3 Pau. in cle. de re iud. c. 1. nunquid † coram iudice appellationis potest agi de nullitate, & tenet, q si dicatur sententia nulla pp defectū iuris priuati, qui appellādo ratificat q nō, secus si pp iuris publici, vel iurisdictionis procedatur, hoc habet locum, cū appellatur ad Papam vel alium, qui adiri possit etiam per simplicem querelam omisso medio, vt est legatus Apostolicæ sedis de latere. secus in alio, vt quia appellatur de epo ad archiepiscopum, nisi prius pronunciaretur bene appellatū, nec appellaretur à tali pronūciatione, vel nisi essent appellans & appellatus laici, nō clerici, & essent causa ciuilis nō spiritualis, vel feudalis, quo casu idem iuris, quod in Papa. fac. sup. de fo. cōp. significasti. & quod ibi not. Host. & in sum. eo. tit. §. quib. ex causis

4 ver. sed nūquid laicus, & Inno hic. Sed † quod dictū est de laicis, non videtur bene dictū in hoc casu, sed vbi appellatur in iudicio cœpto, quia res non est integra, nā tunc de causa principali debet omisso appellationis articulo agi corā iudice à quo. ar. sup. de fo. comp. proposuisti. secus si nō fuisset iudiciū cœptū coram iudice à quo, quia tunc possent laici in alium iudicem consentire, vt in prædicto c. significasti. & sup. eo. lib. de foro comp. Romana in princip. & à contrario, & forte non poterit iudex ad quem omisso appellationis articulo in principali procedere, licet possit adiri per simplicem querelam, & hoc cum in iudicio iam cœpto appellatur. arg. d. c. proposuisti. & sup. eo. tit. cum in ecclesia. & eorum quæ ibi not. in 1. glo. in fi. & super ea per dominum meum post Host. & etiam in causa laicorum, & cū appellatur ad alium, quàm ad Papam, etiam si appelletur ad legatum ipsius de latere, & satis patet per istum & prox. præcedentem §. q

5 tam appellatus, † quàm appellans succumbentes, debet in expensis parti alteri condemnari subaudi, nisi probetur probabilis error secundū Host. nec probabitur per ipsum iuramentū appellantis, vel appellanti tantū, probabitur autē error quia probat, q plures consuluit sapientes qui omnes respondebant appellanti, q appellatio erat legitima, & appellato, q sententia erat iu

6 sta, & † talis error dicitur pbabilis, & excusare debet à pœna condemnationis expensarum secundum eum, quod dic, vt ipse not. in sum. eo. tit. §. qn. ver. cōdēnet. & quod de appellāte dicitur habet locū qn ante sniām appellatur; de appellato autē

cum à sententia appellatur, & vide quod scripsit D.m.de do.& cont.c.fin.super glo. sed nunquid.in gl.not.ius nouum, ibi, sed si incontinenti appellatur,& dicitur incō-
7 tinenti † ex quo adhuc iudice sedente pro tribunali appellatur.si tamen post latā sen tētiam per magnā horam sederet, semper poterit sine scriptis appellari,& satis dicitur fieri apud acta: secus si iam iuit ad prādium,vel ad alios actus diuerterit , prout not.in Spe.eo.tit. §. qualiter autē in prin. in gl.2.q.6.ibi.§.fin autem.idem cum Archid. Guill.in Spec.eo.tit.§.qualiter aūt. in prin.Insup.vel secundum Io.Mon.in fi.
8 nec etiā † cognoscit de principali quando pronunciat male appellatū, vel cassat appellationē, vnde eadem ratione nō debet Dom.m. placere quod præmisit in sua gl. ibi vel per cassationem appellationis , vel dic,ꝙ quādo est delatum appellationi,vel qn̄ appellatꝰ approbauit appellationē , & voluit,& petiit,vt s.contineter, tunc siue approbet, siue reprobet appellationem iudex ad quē,s. Papa, vel ipsius delegatus , poterit nihilominus si voluerit de principali cognoscere,vel licet appellatus approbet appellationē,& velit & petat,ꝙ causa sit in curia,non tn̄ ad hæc procedi debet, omisso appellationis articulo,nisi consentiat,vt hic:secus qn̄ defertur per iudicem. facit ergo plus delatio iudicis, q̄ approbatio,& petitio appellātis,nisi vltra ꝓcedat. In glo.forte secus. in fi.& contrariū facit, quod scripsi in distinctione quā feci in decis. vt debitus.sup.eo. tit. ꝙ.s.non valeat talis pronūciatio in hoc casu prædicto Inno.fac.quod not.eo.lib.de offi. deleg. c.1. super glo.placet.in fi.

SUMMARIUM.

1 *Processus factus à iudice recusato valet nisi appelletur.*

2 *Laici an & quando possint esse arbitri inter clericos,& de quibus causis.*

CAP. II.

Egitima.] In glo.in scriptis.prope fi. ibi proprium in d.glo.& in d. §.dici
1 tur, ꝙ nisi † appelletur valet ꝓcessus factus à iudice recusato pro dicto Host.facit 3.q.5.quia suspecti.& ibi not.in gl.forte. ideo dicit in Spe.idem Archid.ibi nunquid possunt, vbi dicit satis posse concedi maxime in causis ecclesiasticis,& spiritua
2 libus laicos † non posse esse arbitros, si tn̄ de rebus profanis inter personas seculares satis credit,ꝙ laici literati possunt esse arbitri.Insup. secundum Boatinū ibi nō per arbitros. concordat huic dicto quod not. sup.eo.lib.de off.deleg. ab arbitris. super ver. à partibus.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio à iudice per ipsum delegatum an & quando ad superiorem vel ipsum episcopum deuoluatur.*

2 *Sententia excommunicationis generalis lata per metropolitanum cōtra suffraganeos fraudantes iurisdictionē suam valet ex mente Innocentij.*

3 *Iudex appellationis potest inhibere, & attentata reuocare.*

4 *Appellans tenetur docere nō solum appellare sed etiam in tempore.*

5 *Confessio sola sufficit ad condemnandū*

6 *Delegatus Papæ ,vtrū differat ab aliis iudicibus circa facultates cognoscendi de appellatione & inhibendi.*

7 *Iudex appellationis dū cognoscit, an appellatio sit immittēda vel ne,inhibere pōt.*

8 *Absolutio excommunicati an possit fieri parte non citata.*

9 *Appellatione nō obstante sententia transit in rem iudicatam quādo appellans non prosequitur.*

10 *Appellatio ad minorē iudicē in quo differat ab ea quæ imponitur ad maiorē*

11 *Sententia diffinitiua seu interlocutoria, quando transeat in rem iudicatam.*

12 *Confessus appellare potest si non admittatur ad probandum errorem.*

13 *Non tamen si est confessus & conuictus.*

14 *Causa quando exprimenda sit in libello appellationis.*

CAP. III.

1 Romana.] In gl. dicit Inn. ibi ver. sed secũdũ præmissa, vbi dicit, ꝙ † aut episcopus est suspectus, & tũc ad superiorẽ appellabitur non ad eũ, aut nõ est suspectus, & tũc si episcopus in fraudẽ causam cõmittit, ne causa ad superiorẽ ꝑueniat, nõ debet de fraude cõmodũ reportare: & credit, ꝙ sentẽtia † excõicationis ꝓ modũ cõstitutionis in genere lata per metropolitanũ contra fraudes huiusmodi cõmittẽtes, valeret & teneret, & ibi nisi fraude probata, quæ ꝓbari debet vocatis his, qui fraudẽ commisisse dicuntur, secundũ ea quæ scripsit D. m. in cle. de cẽsi. c. vlt. super ver. cõstiterit. §. si vero. in gl. vt si dicatur. & sup. eo. c. 1. vel ꝙ appellatio est deserta, quia nõ appellans ipsam, vt debuit ꝓsecutus, vt in cle. eo. tit. sicut appellationẽ. & c. si appellationẽ. in gl. partib. in fin. possunt † tñ ꝓhibere maxime partibus ne qd cõmittant illicite, & punire committentẽ, ac etiã cõmissum reuocare, & in pristinũ reducere etiã in primo citatorio, secundũ ea quæ not. in Spec. de offi. iud. §. deseruit quoq. ver. sed quæritur. In glo. qñ appellatur ibi de rigore, cuĩ standũ videtur scdm ea quæ not. Dy. inf. de reg. iur. c. 2. & c. indultũ. in fi. in gl. licet ergo. in fi. ver. placet. vbi dicit oportere † appellantẽ probare ꝙ si infra tẽpus legitimũ appellatũ, licet de appellatione cõstet per testes, vel ꝑ instrumenta, vel etiã per confessionem appellati. §. ꝙ si in causa. bene tñ possunt ꝓhibere maxime partib. et in prima citatione ne quid cõmittant illicitũ inter se in ipsa causa, vel occasione ipsius, & faciente contra punire, ac reuocare attentatũ, & in pristinũ statũ reducere. fac. qđ scripsit Guill. in Spec. de off. iud. §. deseruit quoq. ver. sed quæritur. fac. cle. vt li. pẽd. cũ lite pendẽte. & quod ibi not. in glo. not. alternatiuam ibi beneficium appellandi. dicendum videtur, ꝙ incipiendo à confessione † sola sufficit, incipiendo ab aliis duobus ipsa duo non sufficiant, sed requiratur etiam, ꝙ sit confessus vt non audiatur appellans incõfessum, mille sunt partes iudiciis nisi condemnando 2. q. 1. vos in quemquam. fac. de probat. per tuas. in glo. puta si appellatur. in fi. vel quia ab interlocutoria manifeste friuole appellauit, vt in clem. de dolo & contuma. si ante diffinitiuam. in glo. in delegato Papæ infra eodem non solum per litteram istius cap. non solum. §. illa vero. ibi nisi iudex postquam sibi constiterit per appellationem, &c. quæ littera indistincte loquitur, † videtur ꝙ non sit differentia vtrum appelletur ad Papam vel ad inferiorem, vt etiam coram Papa, vel ipsius delegato, vel subdelegato sicut coram inferiori possit de illegitima causa appellationis opponi, & ꝙ delegatus Papæ, vel subdelegatus ipsius delegati aliter inhibere non possit iudici à quo, quàm alius iudex appellationis inferior, nisi aliter impediatur processus iudicis à quo, per appellationem interpositam ad Papã, quàm ad inferiorem, & ita tenet Guill. in Spec. eo. tit. §. de officio quoq. eius ad quem appellatur. ver. sed quæritur. in fin. & fac. quod not. eod. c. non solum. in glo. hic videtur. Sed in contrarium facit sup. de off. deleg. pastoralis. §. præterea. & quod ibi not. per D. m. in gl. mirabilis. in fi. & super ver. cõmittimus, qui. §. licet loquatur in appellatione interposita à diffinitiua, tamen requiritur in ea expressio causæ cum appellatio sit remota, & idem cum Guill. tenet hic Archid. §. si autem. confessus subaudi vel conuictus per testes, quibus nil obiicitur, secundum Host. prout ipse scripsit sup. eo. tit. cum speciali. §. porro. super ver. vel alio modo. in glo. ꝙ facere potest in fi.

7 Inno. autem dixit sic, Iudex † enim appellationis post sententiam emissæ, dum cognoscit an appellatio sit recipienda, neene prohibere debet iudicem, qui tulit sententiam à quo appellatum est, ne sententiam exequatur, & hoc est expressum. ff. de appell. pen. in l. imo. l. pen. in princ. §. sententias quoque. in glo. volunt quidam. in fin.

8 vbi dicit, ꝙ † non debet fieri absolutio parte non citata: tamen si fiat tenet. vel dicas secundum eum distinguendo, quòd si fuit excommunicatus propter manifestam offensam, non debet absolui parte non vocata, tamen si aliter fiat, valet, si autem sit excommunicatus per contumaciam, tunc præstita cautione de parendo iuri, & de soluendo aduersario expensas, possit absolui ipso absente. Insupplet Bern. & Host.

Hostien. ibi appellatio, vnde illa non ob-
9 stante † sententia transibit in rem iudicatam, secundum Hostien. vt not. in Summa §. à quo ad quem debeat appellatio fieri. ver. quid si quis putauerit. & ibi §. prætere a. vnde nihilominus post appellationem prosequi sic appellans apud eum, ad quem debuit appellare, secundum Host. in prædicto ver. Dyn. autem not. in prædicto §.
10 penult. super ver. nocebit. ꝙ † quando appellatur ad minorem iudicem in hoc nocet quòd habet necesse de nouo appellare si sit infra x. dies. Insup. vide in Specu. ibi post litem contestatam, & dicit ibi Guill.
11 quòd vbi nòn † appellatur, vel nòn infra x. dies, vel vbi renunciatur appellationi, tunc rara manet sententia interlocutoria, vel diffinitiua, & sic per consequens causa principalis est finita, & appellatio est extincta: vnde dicit eas, ante litem contestatam, & prius quàm in causa procedatur admittendas, vt hic. Insup. de hoc in fi. vbi
12 dic. Ego dico, † ꝙ confessus, siue in ciuili, siue in criminali causa potest appellare si non admittitur ad probandum errorem,
13 secus si sit † conuictus, & confessus, & argumentis superatus. Insup. si contra supra
14 eod. ibi, exprimere † causam, dicas quòd ibi loquitur in casibus, in quibus permittitur, non prohibetur appellatio, hic vero prohibetur à iure. expedit ergo appellanti exprimere causam, aliàs iudex à quo nō tenetur appellationi deferre, vt sequitur. & idem est cum appellatio inhibetur ab homine scilicet Papa, vt quia scribit appellatione remota. sup. eod. tit. pastoralis. & debet isto casu appellari ex causa expressa in iure, vt ibi etiam si à diffinitiua appellatur, vt hic, & de off. deleg. cap. pastoralis. §. pterea. & quando appellatio est remota ab homine, s. à Papa, quia ab alio homine remoueri non potest. de off. dele. super quæstionum. §. 1. & §. si vero, tūc habet locum solum in delegato ipsius, quando vero est remota à iure, tūc habet locū in delegato, & in ordinario iudice, & vtroque casu habet locum, siue appelletur ante sententiam, siue post, vt potest colligi ex his, quæ not. per Host. & D. m. in d. cap. pastoralis. §. præterea. & de appell. c. pastoralis. & c. vt debitus.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio appellationis est non solum expressa, sed etiam tacita, & ex iuris fictione.*

2 *Iudex cautus in appellatione ab interlocutoria debet grauamen reuocare, & apostolos dare.*

CAP. IIII.

1 VT *super.*] In glo. antequam, ibi, non firmatur, & quod dicit † renunciatum subaudi qualitercūque verbo vel facto vere, vel iuris fictione ab appellanre, dummodo sponte, vel sibi appellanti etiam inuito in pœnam sui, vt quia suæ appellationi, vel partis aduersæ non detulit. sup. de rescrip. ex parte. supra eod. tit. cap. an sit. vel quia non fuerit prosecutus. eo. tit. cum sit. & clem. sicut appellationem. & c. placet. & vide quod not. D. m. sup. eod. lib. de dolo & contu. eum qui.
2 super ver. sponte. & in fi. si vult † ergo caute iudex procedere faciat vtrumque, s. reuocet grauamen, & etiam det apostolos: si tamen non dederit eos, non ob hoc dici poterit nō valere processus propter prædictas allegationes.

SUMMARIUM.

1 *Iudex à quo, qui appellationi non detulit, an possit appellanti terminum statuere.*

2 *Delatio appellationis deuoluit causam ad superiorem.*

CAP. V.

CVm *appellationibus.*] In glo. item ex hoc dicto, ibi post delationem statuitur. bene fac. ad hoc clem. eo. tit. ii a iudicibus. ad fi. fac. etiam pro dicto Innoc. qui dixit in c. vlt. sup. de accus. Sa-
1 tis ꝙ iudex † à quo, qui appellationi non detulit, sed procedit, non potest dictum terminū pręfigere appellāti, quod dictum

 ponit

ponit Guill. in Spe. de remissione. §. videndum restat. ver. verumtamen. ipse Guill. not. de appella. §. sequitur videre in forma Reuerendo vel Sanctissimo, contrarium ꝙ scilicet non differat. potest dictum terminum assignare etiam sub excommunicationis pœna. ad quod fac. sup. eod. lib. eo. tit. cordi. prædicta autem videtur habere locum, quãdo insimul procedebant, nam si vnus principalium eo casu, quo poterat, processisset, & ab eo appellaretur, ipsique
2 appellationi deferret, tunc† per suam delationem ad superiorem, ad quem deuolueretur causa principalis, & præcluditur via procedendi collegis. ad hoc sup. de off. deleg. cum super. & eo. tit. & lib. si contra vnum. & c. cum plures. Insup. ibi remisi. in fi. & dicit, ꝙ non videtur detulisse, tamen dicit, ꝙ Clementi placebat contrarium.

SUMMARIUM.

1 *Processus factus coram iudice ad quem sine apostolis, an valeat.*

CAP. VI.

1 AB eo.] Etiam si vadat, quid † ergo si antequam petat apostolos vadat appellans ad superiorem ad quem, & ille citat appellatum, & procedit in causa? dicendum, ꝙ si post petiit apostolos infra xxx. dies, vt debet, valebit quod factum fuit interim, alioquin nõ valebit, vt hic patet, ex futuro ergo pendet euentu in gl. ex quo satis est. in fi. & idem tenet ibi, quod hic Dominus meus secundum Hostien.

SUMMARIUM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta post appellationem, quæ causam quomodolibet tangunt tam à iudice, quàm à parte in interlocutoriis post inhibitionem: in diffinitiuis vero post appellationem.*

2 *Iudex à quo post appellationem ad instantiam partis, vel ex officio procedens, an & quando procedere potest.*

3 *Denegans apostolos, an attentet.*

4 *Recusans recipere probationes super veritate appellationis attentat.*

5 *Faciens aliquid in præiudicium attentati, appellationem approbantis attentat.*

6 *Enumerantur aliquot casus particulares, in quibus iudex à quo attentat.*

CAP. VII.

1 NOn solum.] Quicquid † post, &c. dummodo sit de illis, quæ pertinent ad iudicium, vel causæ processum, vel de contingentibus appellationes. & quod dicit innouatũ intelligendum est, siue à iudice, siue à parte fuerit attentatum, si vterque inhibitio facta fuerit, vel eorum alteri, sic de iudicialibus, & de licite aliàs actitatis agitur, & quando iudex à quo non ex officio, sed ad partis petitionem procedit, vt infra dicitur: attentatum autem illicitum ab appellante, vel appellato per iudicem reuocabitur. appellatur etiam si sit attentatũ ante inhibitionem ipsius, dummodo sit attentatum post causam corã eo incœptam, & etiam reuocari poterit per iudicem, à quo si appellatum est ante diffinitiuam, & nõdum est sibi per iudicem ad quem inhibitum, ne procedat. ad hoc sup. eo. tit. & lib. Romana. §. si vero. & §. si obiiciatur. & hoc c. 1. & 2. respon. & sup. eo. tit. cum teneamur in glo. non dicit, ibi parti. & idem videtur
2 si parti, vbi † ad instantiã partis iudex procedit, secus ex officio. ad hoc de procurat. mandato. & quod ibi not. & sup. eo. tit. si duobus. per Inno. Host. & D. m. in glo. po
3 terit vnum casum. in fi. Item cum † legitime requisitus noluerit dare apostolos. supra eod. tit. & lib. vt supl. & sup. cap. pro-
4 xi. Item † si appellans obtulit se probaturum veritatẽ causæ appellationis coram iudice à quo, nec fuit admissus, & propter hoc appellauit. sup. eo. interposita. 1. rñso.
5 Item † cum aliquid in præiudicium appellanti maxime appellationem approbantis attentatur per appellantem. sup. de rescri.
6 ex parte. Item † in suo casu. sup. eod. lib. de elect.

elect. si postquam. 1. respon. Item cum appellatio ab appellato approbatur, & fortius cũ petit, ꝙ causa principalis fit in curia. sup. eo. lib. & tit. c. 1. Insup. simile sup. eo. lib. hoc verum videtur cũ per modum iustitiæ per iudicem fit reuocatio attentatorum ex officio, vel ad petitionem partis contra quam est attentatum: secus si per modum gratiæ, vt quia dixit appellans à diffinitiua, quòd licet ipse à diffinitiua, in qua legitime appellauerit, tamen iudex infra decennium ante ipsam appellationẽ fuit executus, quare superiori supplicabat quatenus de gratia speciali huiusmodi attẽtata reuocaret, & superior ipsa reuocat, postea apparet appellationem non fuisse legitimam, & per consequens impetrationem, & reuocationem fuisse subreptitiam & nullam. fac. 15. q. 2. & si legib. & quod ibi not. per Archid. & inf. de præben. si motu proprio. & per Inno. Host. & D. m. sup. de rescrip. cum dilecta. & per Innocent. & Compost. post eod. tit. super litteras. & cap. cum ordine.

SUMMARIUM.

1 *Assentiri potest iurisdictioni alicuius expresse vel tacite.*

2 *Longum tempus in proposito dicitur sex mensium.*

3 *Appellari an possit à collatione beneficij conditionaliter si vacat.*

4 *Appellans semel infra x. dies, vtrum poterit iterum appellare.*

CAP. VIII.

1 *Concertationi.*] Non assenserit † expresse, vel tacite, puta ei obedientiam impendendo, vel aliquid aliud faciendo per quod consentire dicatur, vel etiam si per longum tempus non contradixit. arg. ad hoc sup. de transa. contingit. & sup. de his, quæ fi. à præl. sine cõ
2 sen. cap. continebatur. & dicitur longum † tempus quantum ad hoc sex mensium. ar. sup. de concess. præben. quia diuersitatem secundum Host. vt ipse not. in d. c. cõtinebatur. & hoc forte quod dicit de semestri tempore, locum habet in collatione beneficiorum, vt ibi, vel prouisionibus siue electionibus, vt hic. in aliis autem maius tempus darem, saltem xxx. vel xl. annorũ. Sed
3 nunquid † à prouisione, vel collatione beneficij facta sub conditione si vacat potest appellari ex ea causa, quia non vacat beneficium sub dicta conditione collatum? videtur ꝙ non: quia si verum est, ꝙ non vacet, non erit facta collatio, & sic nullum grauamen. nõ ergo poterit appellari. Sed contra: nam velit nolit oportebit probare, ꝙ non vacet, maxime si fiat per impetrantem probatio, ꝙ vacet, propter quod saltẽ consecutiue grauatur ex tali collatione conditionata, vt qui dicit non vacare, vel negat vacare. poterit ergo appellare talis, & fac. littera istius cap. ibi se grauatum reputans, & vidi litteras Apostolicas super
4 tali appellatione infra x. dies † si quis appellat prima vel secunda vel alia die infra dicẽ. & post vult iterum, & aliter appellare, nunquid potest dicẽ. ꝙ si appellauit iudice vel parte sciente, nõ poterit iterum appellare, nisi eis consentientibus: ratio, quia ex quo appellauit renunciauit vlteriori termino dato sibi ad appellandum, & computatur illud tempus in annum, vel ex causa in biẽnio dato ad prosequendũ, vt sup. de rescrip. ex parte. & in cle. de appella. sicut appellationem. fac. inf. de reg. iur. iure communi. in quæst. & ego in cle. de iure patr. c. 2.

SUMMARIUM.

1 *Attentata post appellationem, an sint reuocanda pendente ex futuro euẽtu.*

2 *Iudex reuocans grauamen interlocutorium, an teneatur ad expensas parti.*

3 *Appellans est citandus ad vidẽdum reuocari grauamen.*

CAP. X.

1 *Si à iudice.*] Suspensa, non tamen effectualiter, & ex tunc, & adeo † ꝙ attẽtata post ipsam appellationẽ debeãt reuocari per modũ attentati, sed ex futuro pendet euentu eorũ reuocatio, s. quousque

que de veritate causæ appellationis constiterit. sup. eo. lib. & tit. non solum. §. ill a vero. nisi appellatum esset à diffinitiua, vt ibi 1. respon. facien. ad quem citari debet, vt not. in Spec. de except. §. viso. vers.
2 sed † si iudex cum effectu not. ꝙ dicit cum effectu, debet. n. ipsum grauamen per iudicem illatum effectualiter reuocari, & quo ad expensas propter ea factas restituendũ eas secundum Inno. & Ber. sup. eod. tit. cũ cessante. sed Host. dicit ibi, ꝙ reuocare poterit etiam non restituẽdo sumptus, & imputet sibi appellans, ꝙ interim fecit eas secundum eum in glo. not. contra malitiam ibi saltem vocatis. non tamẽ credas, ꝙ terminus assignatus in forma, vt dicitur in prin. c. valeat, & ꝙ arctet appellantem, de-
3 bet ergo † vocari ad audiendum reuocationem grauaminis, quam facere intendit ipse iudex à quo in termino assignato: ꝙ si in termino ipso non venerit appellans citatus, valebit reuocatio, & ex tũc vt infra sequitur absque alia citatione, vel intimatione factæ reuocationis grauaminis poterit etiam ad sententiam procedere. & sic potest intelligi dictũ Arch. de quo inf. dicitur in glo. ergo non prius, concordat sup. eo. lib. & tit. legitima. & quod ibi not. super vet. ex tunc.

SVMMARIVM.

1 *Facere, & permittere, diuersa iura, ex Seneca.*

2 *Conferre, & collationi consentire, an sit idem.*

3 *Patronus consentiendo donationi episcopi an donet.*

4 *Numera superuacua nõ sunt mittẽda.*

CAP. XI.

A Collatione.] In glo. sciendum. ibi. ff. de regu. iur. aliud quæ est inf. de reg. iur. in littera. à Sene. de-
1 clam. lib. 6. decla. 2. Lex † cum tenet, qui iuuat exulẽ nõ qui patitur iuuari. & infra
2 ꝙ idem† sit consentire collationi, quod cõferre. fac. sup. de don. pastoralis. vbi patro-
3 nus† cõsentiendo donationi episcopi donat. in glo. fac. ad not. ibi quod communicet subaudi de iure communi, & ibi præbendarum; secundum Arch. & quod ibi dixit non videtur tenere, quòd de iure cõmuni spectat simul ad prælatum, & capitulum. & idem Ioan. Mon. inf. de reg. c. vlt. & in eadem glo. in fi. fac. quod dic. Sene. de benefic. lib. 1. charta penul. col. vlt. Videa-
4 mus † ne munera superuacua mittamus, vt feminæ, aut seni arma venatori, aut rustico libros, &c.

CAP. XII.

Licet.] Insup. videtur ꝙ male, in fi. fac. quod de ꝓtestatione dicitur, quod scripsit D. m. post Inn. & Host. sup. eo. tit. c. quæstioni. & c. qua fronte.



SVPER


SVPER SEXTO DECRETALIVM LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum. Tit. primus.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum non incedentem in habitu non incurrit excommunicationem.*

CAP. VNICVM.



1 Lerici.] Careat omni priuilegio clericali.] Satis † probat ista littera, quòd talē percutiens, non incidit in canonem, Si quis suadente, 17. quæst. 4.

DE CLERICIS CONIVgatis. Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati, in quibus subsint iudicibus laicis, & in quibus non.*

CAP. VNICVM.



1 Lerici.] Condemnari] † ex hoc solummodo esset excommunicatus condemnans ipsum sicut supra de foro comp. nullus iudicū. secundum Host. ibi in ceteris intelligendum, q in istis suberunt iudici seculari in rebus suis quantum in eis quarum ius petitur ita, q ipsorum persona non tangatur, nec in ipsorum personā animaduertatur. vbi vero oporteret ipsorum personam adstringi, non habet in eos iurisdictionem iudex secularis, secundum Abb. sup. eod. ex parte. ad cuius dictum facit quod scripsit D. Guill. in Spec. de competentis iudicis addi. §. 1. charta 2. ver. sed nūquid præmissa. & Archid. hic in gl. sic. 11. q. 1. in prin. ista littera. in ceteris al legat. q talis clericus nō possit esse vicarius episcopi, & q in eū non possit fieri cō promissum, vt eligat, vel postulat prælatum, vel abbatem, de quo scripsi sup. de offi. vicar. c. 1. eod. lib.

DE PRÆBENDIS ET dignitatibus. Tit. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio Papæ facta motuproprio vel per modum constitutionis quid differant, & quid operentur.*

2 *Per dispensationem ad obtinenda plura beneficia an videatur super obtento dispensatum.*

3 *Beneficia vacantia in curia nemo conferre potest, nisi de speciali licentia Papæ.*

4 *Collatio beneficij vacantis in curia non valebit etiam facta per Papam, nisi motuproprio, & modo vacationis expresso.*

5 *Indultum conferendi beneficia vacātia qualitercunque, & vbicunque, an com prehendat beneficia vacātia in curia.*

6 *Indultum generale, seu mandatum de prouidendo de beneficio cum cura vel sine cura comprehendit beneficia iuris patronatus.*

CAP. II.



1 Icet apud sedem.] Ibi de reseruatis per Papam secūdum ea quæ not. Arch. & D. m. post eū sup. eod. lib. de consuet. c. vlt. super

ver.

vet. vacantibus. & maxime si reseruat dispositioni suæ, & proprio motu, vel per modum constitutionis Io. Papæ xxij. Benedicti xij. & Clementis vj. in gl. ponitur.
2 in fi. vbi dicit, ꝙ † si indulgetur alicui, ꝙ præter obtēta possit vnum beneficium cu ram animarum habens recipere, & licite obtinere per hoc non videtur super obten to dispensatum. attributa, oportet ergo, vt valeat collatio beneficiorum facta per alium quàm per Papā, vt detur per D. Pa-
3 pam specialis † & expressa potestas confe rendi beneficia In curia Romana vacātia;
4 & forte etiam si fiat† per Papam non proprio motu, non valebit, nisi exprimatur, ꝙ vacat in curia, & ita seruatur, vt scilicet in collatione, quam facit de talibus benefi ciis in curia Romana vacantibus, semper
5 hoc exprimat. Quid† ergo si Papa proprio motu dét alicui talem potestatē, Concedi mus tibi potestatē conferendi auctoritate nostra tot beneficia vacātia, vel in posterū vacatura, qualicunque, & vbicunque, & qualitercunq. non obstāte etiam de quo oporteret de verbo ad verbum expressam & specialem in nostris litteris fieri mentionem, nunquid tunc per talem facta col latio de beneficiis vacantibus in curia, va lebit? & videtur dicendum, ꝙ valeat si dicta potestas sit concessa per successorem Clem. secus si per Clemē. ratio, quia ipse Clemens sibi, & non successoribus potuit legem imponere. sup. de elect. innotuit. & sup. eod. lib. de rescrip. c. vlt. fac. quod not. sup. eod. lib. de constitu. c. 1. per D. m. post Io. Mo. ꝙ tunc etiam valeat si facta sit collatio vel concessio per eundem Clementē proprio motu. fac. quod idem D. m. not. supra eod. lib. de rescrip. in prædicto c. vlt. in gl. placet. Insup. not. in fi. sed pro fac. sup. eod. lib. de elect. si postquam 1. respon. vbi ecclesia cathedralis & regularis ęquipara tur. Insup. comprehenduntur ibi. sed nun quid legatus. vbi dicit, ꝙ secundum Ber. Goff. & omnes, legatus non potest confer re ecclesiam, siue præbendam spectantem ad præsentationem patroni laici, eo inuito. Alij contra, & hanc opi. voluit tenere D. Nicolaus Papa conferendo præbēdam quam ipse ante suam promotionem in ec clesia Laudunen. habuerat. Rex tamen Franciæ dicens collationem ipsius pręben dæ ad se pertinere, alij de facto contulit il lam. dixit etiam ipse Guill. in Speculo de actione seu petitione. §. super actionibus. in vlt. col. ver. illud etiam prætermittendū
6 non † est, ꝙ per litteras Apostolicas gene rales ꝙ prouideatur alicui de beneficio cū cura, vel sine cura, prouideri nō potest de beneficio spectante ad præsentationē patroni laici. & ibi 12. dist. illa. fac. quod no. inf. de re. iur. quod alicui gratiosæ. in qōne 5. sup. de præfecti. c. ad priuilegium. & sup. de clericis non residen. cum ad hoc in glo. ar. de priuil.

SVMMARIVM.

1 *Ista decretalis non habet locum in beneficiis reseruatis, neque in deuolutis.*
2 *Papæ non præfigitur tempus ad conferendum, nisi quatenus est in iure expressum.*
3 *In collatione ad Papā deuoluta partium officium conquiescit.*
4 *Collatio ordinarij infra mensem subhastanda beneficio in curia vacante iuxta formam huius decretalis, an valeat quando Papa infra mensem non confert.*
5 *In acquisitione beneficij ecclesiastici spectat initium.*
6 *Factum contra decretum irritans, an & quando valeat.*

C A P. III.

1 STatutum.] Nūquid † istud cap. & inf. eod. tit. si Apostolica. habet locū in reseruatis? dicendum, ꝙ non, & idem in deuolutis ad Papam vt in eis, nec ista cautela, nec consilium latum ante. sup. de conceß. præben. c. 2. nec consilium genera le. sup. de elect. ne pro defectu. habeant lo
2 cum. non † enim præfigitur aliquod tempus Papæ ad conferendum, nisi vbi est expressum in iure, vt hic, & in d. c. si Apostolica. ar. 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc. sup. de appell. ex insinuatione. & quod not. Host. eo. tit. ex actione. sed contra. clem. eo. tit.

ficut

ficut appellationē,& quod not. D.m. post Host.in d.c.ex ratione.in gl.ergo videtur. Sed in appellatione, quā part es prosequi
3 habēt, secus in collatione † ad Papam deuoluta, in qua partes nihil habent facere.
4 In gloss. supple. ibi † collatatio faciunt ad hæc quæ not.inf.eod.tit.c.licet. ver. anteferri.& in fi.pro isto dicto D. mei fac. sup. eo.lib.de appell.vt super.§.si vero, ibi, nec appellationi renunciatum fuerit, & quod ibi not. per Ioan.Mon. fac. etiam sup. eo. lib.de ele. si postquam.1.rñ.in fi.Sed ꝓ dicto Io.Mon.fac.quod not. Innō.inf.de cōcess.præben.quia cunctis.in glo.hoc intelligunt quidam.in fi.& quod not.Guill. in Spe.de locato.§.nūc aliqua.ver.xiij.quæritur,vbi dicit, ꝙ is cuius fauorem dicitur aliquid nō valere, potest facere, vt valeat. dicto D.m. videtur standū in isto casu vbi de beneficio ecclesiastico cōsequendo agi-
5 tur,† in quo spectatur initium de elect. au ditur cum similib. fac. quod scripsi de Sy.
6 Iacob. in 13. quæst. † Sciendum an quod fit contra decretum valeat, distinguendū, quia aut decretum respicit factū interponēdum decretum, aut alterius. Primo casu si veniatur contra ab interponente pro se valet indistinctè.fac.sup.eo.lib.de constit. c.1. idem si pro alio, & proprio motu, secus si ad petitionem alterius, quia tunc nō valet, nec ex certa scientia.fac.sup.eod.c. prox. Secundo casu si fit cōtra ab alio, aut his, qui habet decretum vult eo vti, & tūc non valet factum contra decretum etiam ignoranter sicut decretū Papæ. sup.de rescri.tibi qui.si alterius, valet, nisi fiat sciēter si non vult eo vti, & voluntas procedit factum cōtra decretum valet, si autem voluntas sequatur, & est factū contra in quo attenditur initium, vel electio beneficij collatio, & sententia.& tunc nō valet. Ad primum fac.inf.eo.tit.c.placet. & sup. de elect.auditor.& eo.lib. de elect. si postquā 1.respon.& de appel. vt super ad secundū de his quæ fi.à præla.c.2.& c. cum nos. de iure patr.cura. & ita intelligatur quod hic not.per Io.Mon. & D.m.& Inno.Host. & D.m.inf.de concess. præb.c.1.& per Guil. in Spec. de locato.§. nunc aliqua.ver.xiij. quæritur. & cum fit ab alio contra decretum scienter non valet quod fit, & cōtrafaciens punitur secundum quod fit ignoranter, licet nō valeat quod fit contra Papæ decretum, tamen contrafaciens non punitur.fac. de cle.exc.mi. Apostolicæ.infra cap. si beneficia. & quod scripsit Dominus meus supra eo.lib.de rescript.in d. cap.tibi qui.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo vsq. ad certam summam an includat beneficia curata.*

2 *Ambitiosus quis sit.*

3 *Duobus habentibus gratias apostolicas & concurrentibus ad aliquod beneficium, an is qui habent pinguiorem & ampliorē gratiam præferatur etiam anterior in data.*

4 *Quid concurrant in data.*

CAP. IIII.

1 Quamuis.] In glo.hic reprobatur.in fi.dicendum videtur.ꝙ aut Papa mandat prouideri vsq. in certā summam alicui propriò motu hoc expresso in litteris, & tunc poterit prouideri de pluribus beneficiis etiam curatis vsque in summam expressam.ad hoc inf.eo.tit. si motu proprio.& c. seq. & cle. si Romanus.aut ad petitionem alterius, & tunc siue mādet prouideri, siue prouideat non valebit prouisio de curatis, vel curato, sed de simplicibus tantū quotquot sint vsque in summam expressam.ad hoc infra eo.tit.cum nullus.1. respon. & quod not. D.m.eo.tit.c.ei cui.super ver.mandat. & in cle.eod.tit.c.1.in prin. Ambitiose.i.cu-
2 piditate plene, nam ambitiosus † dicitur, qui honores ambit superbis, vt scripsit Ar. sup. eodem lib.de rescript. si gratiose, de ambitione dicit Sene.de quæstionibus naturalibus. libro 1. 2.col. Ambitio ad dignitatem, & cet. non ducit vberiorem,
3 quid † ergo si Papa fecit gratiā vni primo in prima forma, postmodum alij fecit in ista vltima forma, quæritur, nunquid habens istam vltimam præferatur primo habenti aliam sumptam in ecclesia nō cathedrali?

thedrali? & videtur ꝙ sic, ex quo ampliorẽ habet gratiam. fac. inf. eod. tit. si pluribus. sed verius est, ꝙ nõ præferrur ei, licet enim vltimus hanc vberiorem gratiã, & in amplitudine loci, & ecclesiarum, non tamen in præferendo primo, nec haberet aliam clausulam, s. Anteferri. ad hoc sup. eo. lib. de rescript. c. quamuis. & c. si propter tua
4 debita. vel nisi essent † sub eadẽ data, quia tũc præferretur ille, qui haberet uberiorẽ gratiã. fac. quod scripsit D. m. sup. eo. lib. de rescrip. duobus. in gl. quæro in litteris. uer. sed quæro. Lapus, &c.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium seculare administratũ per regulare & e contra, an & quando, & quanto tempore, & quomodo efficiatur regulare, vel seculare, vel mutet naturam.*

2 *Religiosus obtinens beneficium seculare non facit illud regulare.*

3 *Episcopatus & abbatia indigent speciali expressione, neque comprehẽduntur beneficiorum appellatione.*

4 *Consuetudinis appellatio an comprehendat præscriptã solummodo, vel etiam non præscriptam.*

5 *Beneficium de nouo creatum an comprehendatur in mandato de prouidendo.*

6 *Beneficia in dubio præsumuntur secularia.*

7 *Impetrans beneficium non tenetur facere mẽtionem de illius collatione facta ab eo; qui conferendi potestatem non habebat.*

CAP. V.

1 Cum de beneficio.] Non intelligas, ꝙ eo ipso, ꝙ † religiosus præficitur beneficio consueto regi per seculares, vel econtra, & per talem regatur per xl. annos intelligatur tale beneficium consuetum regi per religiosum, vel per clericum secularẽ, nec actum sit, ꝙ sic regatur, vel etiam si sic rectum sit, vel habitum per ipsum tempus xl. annorũ bona fide, non tamen à principio exprimi potest, vt sic regatur, nisi per episcopum, vt dicitur in glo. sub. vel nisi abbas habeat iurisdictionem episcopalem, & præscriptam, & sic in hoc quia tunc idem erit, quod in episcopo. de præscrip. auditis. & de excess. prælat. accedentibus. licet postea continuari bona fide possit per eum qui nõ poterat hoc incipere religiosus, si † præsit beneficio ecclesiastico curato, qđ potest de iure cõmuni, non tamen ipsum reget regulariter, vt
2 not. lo. 16. q. 1. c. 3. & D. m. in cle. de celemiss. c. vlt. & de sup. negl. præla. quia regulares. & fac. quod scripsit D. Fede. in opere suo cons. 131. & quando non religiose, sed seculariter licet per religiosum per dictum tempus regitur poterit de iure communi clerico seculari de tali beneficio ꝓuideri, etiam si scribatur, vt in isto c. continenter, quia non per religiosum eo casu proprie gubernatum dicitur, ex quo non vt religiosum, & vt sit religiosum, sed vt seculare, ac seculariter, licet ꝑ religiosum regatur. in glo. & hæc possit. in fin. non tamen videtur comprehendere † episcopatum, vel abbatiam secundum ea quæ scribuntur sup. eo. tit. & lib. c. 2. mãdatur per quemcunq. etiam si per Papam, & etiam si proprio motu, cum proprius motus proprie nihil operetur in hoc casu, nisi ꝙ de subreptione litterarum non agitur, licet operetur in alio casu, vt infra eod. tit. si pluribus. in glo. si de statu ecclesiæ. in fi. ratio,
3 quia sicut † nomine consuetudinis intelligatur de præscripta. sup. de ele. c. Cumana. vt ibi per D. m. super ver. pręscripta. ita per istud consuetudo intelligitur de præscripta, vt hic, per quod denotatur dominium, & proprietas, non possessio tantum, secus si non diceret consuetudo, tunc bene attenderetur possessio, quæ sola impediret impetrantem, vel sibi prodesset. sup. de priuil. dudum. & inf. de deci. c. vlt. nunquid ergo si religiosi tempore impetrationis in prima forma essent bona fide in possessione, vel quasi regendi, vt religiosum tale beneficium consuetum per seculares per xl. annos gubernari poterit de tali beneficio per tales litteras seculari clerico, pro quo scribitur prouideri? videtur, ꝙ sic
4 per

per istam litteram etiã si ante & post, &c. Contrarium verius est, nisi fiat mentio in litteris de religiosa possessione. ad hoc p̃dictũ c.dudũ 1. & 2.& quod vtrobiq. not. non obstat ista littera, quia dicit quãdoq. ministrauerit in eodẽ, non dicit, ꝙ administraret tempore impetrationis: vnde facit pro. Sed quid si est beneficiũ de nouo creatum, & ante datam litterarum, nec obstet cle. de rescr. litteras. & etiam ordinatũ, ꝙ regatur per clericos seculares, nunquid quando sic scribitur, vt hic, poterit de tali beneficio seculari clerico prouideri? non videtur dubiũ, ꝙ sic. ad quod enim requireretur præscriptio, ex quo status ipsius beneficij, quod est seculare certus est. Sed contra, quia forma mandati, &c. inf. eod. tit. cui de non sacerdotali, quia forma requirit, ꝙ sit gubernatum per clericos seculares spatio xl. annorum. forte potest dici, ꝙ de tali prouideri non possit. fac. sup. eo. lib. de rescri. susceptum. secus in vlt. casu, quia ibi sufficiet ordinatio, ꝙ sit prioratus regularis, & si nõ sit per religiosos solitus gubernari, ad hoc ꝙ de tali prioratu non possit seculari clerico per litteras Apostolicas prouideri. Sed si nõ † constat de statu

6 beneficij an sit seculare, uel regulare, dicẽdum est seculare, quia illud primũ & commune esse beneficij. ad hoc sup. de consue. cum dilectus. & licet per xl. annos sit rectum per religiosos religiose, tamen eo ipso, ꝙ per clericos seculares vnũ vel plures ipsius beneficij rectores seculariter regitur spatio xl. annorũ sine titulo cũcensebitur beneficium consuetum per seculares gubernari; secus videtur, si per religiosos gubernetur, quia etsi quo ad repellendum impetrantem sufficiat administratio regularis continuata per xl. annos, & sine titulo, non tamen quoad præiudicandum diœcesano loci, nisi cum titulo, vel sit tãti tẽporis, cuius contrarij memoria non habeatur, vt sup. eo. lib. de præscr. c. 1. ratio diuersitatis, quia prima est contra ius priuatum, secunda est contra ius commune, saltem quoad ea, quæ sunt legis diœcesanæ, à quibus loca religiosa sunt exempta, vt not. sup. de off. ord. dilectus. fac. quod scripsit D. m. sup. eo. tit. de monachis. super 2. glo. in additione magna vltra mediũ. ver. est etiam notandum, vsque ad vers. tu dic. non dicatur. hoc verum cũ allegatur præscriptio, secus quando allegatur consuetudo. ad hoc de offi. archid. c. vlt. & quod ibi not. cum similibus. & ibi §. præmissa. facit clem. de rescrip. c. 2. iunctum c. statutũ. §. 1 eo. tit. & lib. in glo. 1. de priuil. volentes. ibi licet vero, ꝙ † vbi conferens benefi-

7 ciũ n ipsum, conferre non potest ipsum im petrans de tali collatione non tenetur facere mentionem, nec etiam de possessione quam tenet is, cui est facta talis collatio, & ibi gubernatum. hoc videtur verum à principio, secus enim si sic esset possessum per xl. annos, vel etiam minus si bona fide, quia tunc nõ valeret talis impetratio. fac. sup. de priuil. dudum. & infra de deci. c. 2. 1. responso.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus disponere potest cum eo, qui vigesimum annum compleuit ad archidiaconatum, cui animarum cura annexa est.*

2 *Intellige si vnio parochialis est accessorie, secus si pro se.*

CAP. VI.

1 SUper eo.] Super isto c. coniuncto c. permittimus. sup. eo. lib. de æta. & qua. consului † episcopum dispẽsare posse cum eo, qui peregerat vigesimum annũ in archidiaconatu, cui erant annexæ duæ parochiales ecclesiæ tamquam in dignitate, cui cura non imminebat animarum, cum ipsius archidiaconus non haberet potestatem excõmunicadi, interdicendi, vel visitandi, sed solum clericos ordinandos examinãdi, & repertos idoneos episcopo præsentandi. & fac ad hoc extrau. Io. Papæ xxij. execrabilis. §. quantum autem. in glo. per hanc litteram. ibi, mentionem. & licet hoc dictum substineri possit quando ecclesia parochialis est annexa præbẽdæ:

2 secus tamen videtur † quando insimul essent annexæ, ita ꝙ neutra subesset, vel esset accessoria alteri, sed vtraque esset pro se: nam tunc oporteret, ꝙ de vtraque fieret mẽtio. ad hæc d. cle. & inf. de cons. ec.

vel alt.c.si ecclesiam.& quod not.ne se.va can.c.1.in glo.2.& quod not.per D. m. in cle.de præb.per litteras.in glo.quia talia. & per Pau.ibidem.

SUMMARIUM.

1 *Clerico in minoribus ordinibus constituto an possit conferri dignitas.*

2 *An talis clericus possit eligi seu debeat postulari.*

3 *Utrum talis clericus possit in prælatum eligi.*

CAP. VIII.

1 SI *pro clericis.*] Prouidere,sed † nunquid erit idem si mandetur prouideri de dignitate curata,& collegiata constituto in moribus? videtur,quod nõ,maxime secundũ illos qui dicunt,quod talis nõ potest 2 eligi,† sed debet postulari, & sufficiat remittere ad c.dudũ.sup.de ele.& ad ea,quę ibi post alios pro & contra not. per D. m. vel dicendum quod idem erit, sicut in ecclesia curata,quæ non est dignitas,ad quam debebat olim eligi subdiaconus.vt sup.de æt. & qua.præterea. hodie aũt potest eligi,vt inf.de institu.c. 2.& ita cõiter seruatur in vtrisq. tam eligendo,quã impetrãdo,& hoc maxime si in Apostolicis litteris is,cui prouidetur, vel prouideri mandatur clericus nominetur, vt inf.eo.tit. si clericus.& hic fac.de priuil.cũ olim propter.& quod ibi not.Præterea magis vrget ratio,vt si fit in sacris promouendus,vel promotus ad ecclesiam curatã,quæ nõ est dignitas,quã si in promoto,vel promouendo ad dignitatem maxime collegiatã,vt sup.eo.lib. de ele.licet canon.& c.cõmissa.& c. cũ ex eo. & c. statutũ. nec in prouisione Apostolica hoc inuenitur prohibitũ, debet ergo haberi pro concesso.sup.de transa.inter corporalia.& quod ibi not. fac. 32.q.4.dixit Sarra.& inf. 3 de sen.exc.is qui.cum similib.& † quod in minoribus ordinib.existens possit in prælatũ eligi,habetur in vlt.gl. 1.q.1.c. quicquid. tenet Io.Cald.sup.de ele.dudũ 1.quod ad ecclesiãm etiam si sit dignitas potest in minoribus ordinibus constitutus eligi.

SUMMARIUM.

1 *Legatus vtrum possit augere numerum canonicorum iuramento firmatum, & vide nu.3.*

2 *Iuramentum subest auctoritati superioru, & semper intelligitur ea excepta.*

CAP. IX.

1 SI *eum.*] In glo.1.obediunt ibi ver & † si legatus,vbi dicit esse tenendum quod secundũ ecclesiam est certus numerus canonicorũ statutus iuramento roboratur,cum nullus canonicatus vacet, non poterit legatus infringere numerũ,& me, pro quo scribit facere in canonicũ recipi donec mihi fuerit de præbẽda prouisum. Sed si ad mandatũ legati capitulũ me sciẽter recipiat,tenet quidẽ receptio, ipsi tamen remanent periuri. videtur dicendũ,quod si statutus numerus iuratus non sit auctorizatus per Papam,licet obsistat impetranti de iurato statuto mentione non facta vt in c.constitutus de rescr.& etiam statuentibus,vt in c.dilecto.sup.eo.tit.de iur. iur. debitores.non tantum obstat legato de latere quin ad mandatum ipsius facta mentione de iuran.possit, & debeat sine metu periurij venire cõtra tale statutum. Est.n. 2 in † iuramento auctoritas superiorum, vt est legatus excepta,vt de iur. iur. venientes.in fi. & ibi not. vnde si quis iurauit nõ exire domum infra xv.dies,& interim citetur à iudice,tenetur parere,nec erit trãsgressor iuramenti,vt not.Archid. 15.q.6. c.auctoritate & Guil.in Spe.de citatione §.1.ver.quid si quis.& D.m.de appe.cum parati bene etiã fac.quod ipse D.m. not. sup.eo.lib. de offi ord.quia plerique.in gl. not.casum,& ibi aliquibus videtur,& be-3 ne iudicio meo vbi † numerus etiam statutus est per inferiorem à Papa, & non est confirmatus, vel auctorizatus per Papam etiam si sit iuratus,dummodo de statuto & iuramento in litteris legati fiat mentio, aliàs secus, & ibi contra intentionem, non est contra mentem illius decretalis, cum ibi prohibeatur fieri reseruationem beneficij, pendente reseruatione vnius spectantis ad collationem eiusdem

eiusde,& sic de duobus beneficiis; hic vero agitur de reseruatione vnius beneficij tantum, licet cum potestate acceptandi, nec agitur de potestate auferenda ei ad quem nisi in vno beneficio ibi, vero in pluribus.

SUMMARIUM.

1 *Executor mandati Apostolici secundũ casum istius decretalis, an & quando possit curare, vt habens mandatum Apostolicũ recipiatur in canonicum.*

2 *Negligens recipere primo vacantem præbendam, non potest petere secundo vacantem neque executor conferre.*

3 *Canonicus negligens & dolosus erit sine præbenda secundum casum istius decretalis.*

4 *Ordinarius potest conferre præbendam vacantem expectanti recepto in canonicum, etiam negligenti & doloso.*

5 *Præbenda, neglecta iterum vacante, an negligens possit iterum repetere.*

6 *Rescriptum an & quando expirat morte mandantis vel mandatoris re integra vel non.*

CAP. XI.

1 SI *clericus.*] Prouiden. sed † nunquid de receptione ipsius in canonicum se intromittere poterit, vt ipsum recipi faciat?est sciendum ꝙ non in isto pri-
2 mo casu, † vt patet ex littera, cumq. post, & ex illa, cum facta gratia. fac. sup. eo. lib. de offi. deleg. si super gratia. & inf. de reg. iuris. accessorium: secus in casu sequenti, quia ibi etiam de receptione ad eam se intromittere potest. diuersitatis ratio satis patet in gloss. quia si negligentia. in fine. sed nunquid erit idem in vtroque casu istius c. vbi scienter facit sibi conferri præbendam alteri debitam? est dicendum ꝙ sic in primo casu, quia nullam habebit præbendam, sicut in casu negligentiæ. In secundo vero casu secus, quia licet ibi aliam habere debeat, in qua nõ fuit negligens, sed in dolo, vt quia scienter sibi prouideri fecit de illa, quam sciebat ad alium pertinere. ad hoc inf. c. eum qui. & c. si beneficia. & quod not. Ber. sup. c. eum secundum. & c. inter cetera. in gl. vlt. erit ergo talis isto casu canonicus sine præbẽda contra illud, quod dicitur in c. relatum. supra eo. tit. & hoc est propter dolum, & culpam suam quod imputet sibi. de regu. iur. damnum prouideri debebit. sed nunquid primam, quam neglexit petere, potest canonicus, si alteri non fuit collata, poterit is ad quem spectat collatio ipsi negligenti conferre? videtur ꝙ non, cum ipse non habeat potestatẽ in ea, prout scripsit D. m. in clem. de concess. præben. cum ei. in gl. iste terminus. in fi. & Pau. de præb. si iuxta. in glo. maxime. ad fi. sed nũquid potest eam conferre alteri? dicendum ꝙ sic, si nõ sit ibi alius expectans auctoritate Papæ, vel ipsius legati. fac. prædictũ c. cum ei. t. respõ. & quod scripsit D. m. post Inn. de concess. cum nostris. super ver. assignauerit pro & contra. fac. quod ipse D. m. scripsit de concess. præb. inter dilectos. post Inn. Host. & Compost. super gl. vnde not. super ver. nõ cassata. verius est, ꝙ licet in istis duobus præcedentibus ex debito nõ possit à negligente, vel ab alio peti sibi conferri, nec is, ad quẽ spectat collatio teneatur ei ex debito prouidere de illa neglecta, sed de alia,
4 vt in casu sequenti, ex sua † tamen liberalitate potest ipsi negligenti, vel alteri eam conferre. & hoc vel istud c. 1. & 2. rñ. & ita
5 possunt intelligi gl. prædictorũ sed † quid si post talem collationem iterum vacat illa præbenda, nunquid poterit eam petere & sibi conferri non existẽte ibi alio auctoritate Papæ expectante? videtur ꝙ non, p litteram istius c. ibi in alia præbẽda, & ibi præbendam aliam, & c. Sed quòd peti potest, & conferri debet eidem, quia non censetur nec illa præbenda, sed alia, & sic potest sibi conferri alia per eum ad quẽ spectat collatio, ita & ista cum cẽseatur alia. & hoc verum quãdo debebatur sibi prox. vacatura in genere, non in specie. s. certa & expressa, & quando non dicit vacante per mortem talis, quia tunc secus. fac. qđ not. inf. eod. tit. ei cui. in prin. per D. m. & hoc etiã fac. sup. de ele. si alicuius, & sup. eo. tit. & lib. c. commissa. §. porro. videtur

etiam vlt. dictum habere locum in eo, qui consecutus est canonicatum à legato Papæ de latere suæ legationis auctoritate sub expectatione præbēdæ, dūmodo non sit ibi alius expectās auctoritate Papæ secundum ea quæ not. per D.m. inf. c. prox. & secundū ea quę scripsi sup. eo. tit. & lib. si eum. & de off. dele. c. præsenti. Redeūdo ad tex. c. 1. rñ. quæritur nūquid si mandetur prius prouideri de canonicatu solum, vel etiā de canonicatu, & post de præbenda, & fuerit impetrans negligēs, in procurando sibi prouideri, vel ad illā se recipi sit idē, sicut est qñ est in petendo præbendā vacātem, cū mādatur prouideri primo de pbenda, vt. s. expiret gratia, & executionis potestas tollitur quoad canonicatū, & prębendam. primo casu videtur q̄ nō expiret gratia, nisi per actū contrariū, vt quia renunciat gratiæ vel contrahit matrimoniū nisi mandaretur prouideri de certo, & secundū illum peteret primo sciente, & petere negligente: si autem non de certo tūc non præiudicet, quia nec potest dici negligentia. Secundo casu. s. cum mandatur ꝓuideri de canonicatu, & postmodū de pręþenda, & est negligens in canonicatu petendo, si tunc vacat præbenda sibi pręiudicat:, vnde negligens eo casu est negligens in præbenda, & ideo sibi præiudicat ac si esset negligens in præbenda, cum nec illam, nec aliā, nec etiam canonicatū habebit. fac. inf. q. 1. sunt quidam, & quod ibi not. & hoc intelligen. qñ concurrit cū ipso negligente secundus impetrans, vt sup. eo. lib. de rescri. tibi qui. Si vero fuit negligens post canonicatū habitū in præbēda habet locū istud c. vlt. rñ. c. vero tibi qui. 1. rñ. intelligatur cum primus non fuit negligens in canonicatu, sed in præbenda, & ideo sibi nō in canonicatu, sed in illa præbenda, in qua fuit negligens, & nō in alia
6 pręiudicatur. Ad hæc sciendū q̄ † rescriptū contentiosum, & gratiosum ad prouidendum expirat re integra morte mādatoris, vt de offi. dele. gratū. & c. relatum. & infra eo. tit. si cui. vlt. respon. & quòd contentiosum per annale, & gratiosum per arbitrariam negligentiam à secundo impetrante produntur, & aliàs non, vt supra de resc. si autem. & c. plerumque. & hic 1. rñ. & præfertur secundus, tamen rescriptū super canonicatu habēdo in certo, licet expiret morte mandatoris re integra, non tamen per negligentiā primi perditur, nec secundus, licet primus in canonicatū recipiatur eidem primo in præbenda præferatur: ratio, quia solum de præbēda hoc exprimitur, vt hic & in d. cap. tibi qui. ad hoc fac. inf. de sent. exc. is qui. 1. respon.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus receptus ad canonicatum & prebendam nunquid acquirat ius in re vel ad rem.*

2 *Papa etiam motu proprio rescribens nō intelligit alteri praeiudicare.*

CAP. XIII.

1 SI *postquam.*] in gl. 1. dicitur, iuste petere. in fi. videtur † dicēdum q̄ si vacat præbenda conferri tātum canonico consueta ad illā vacantem recipiatur aliquis in canonicum, habet ius sic receptus in præbenda vacāte, ad quā sic recipitur, ne dum ad rem, sed etiam in re, sicut ē cōuerso si conferatur alicui præbenda vacās conferri tamen canonico consueta, is, aut talis præbenda confertur statim est canonicus, prout in hoc vltimo dicto not. Cōpost. sup. de constitut. cum M. & not. sup. eo. tit. & lib. si clericus. secundum Archi. p D.m. nō ergo indigere debet alterutrū istorum, isto casu alia receptione, vel collatione canonicatus, vel præbendæ. facit quod scripsi sup. de simon. Iacobus. super ver. receptus. secus est si tempore quo cōfertur canonicatus non vacat præbenda, quia vltra numerum confertur, & sic intelligitur dictum illorum, quod reprobari dicitur per istud cap. secundum D.m. & ita intelligendo non reprobatur. In glo. tenet hic Archidia. quasi. in fi. imo videtur potius, q̄ non valeat: ratio, quia licet Pa-
2 pa proprio motu scribat, non † tamen intendit propterea alteri præiudicare in iure quod sibi in re, vel ad rem competit, nisi hoc exprimat. fac. sup. eo. lib. de rescrip. quatenus. & quod ibi scripsi, & sup. de sim. c. Iacobus. in prima & vlt. q. in fi.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Mentio de re aliqua facienda debet esse specialis, & expressa.*
2 *Decretum super incerto adiectum non ligat nisi cum temporis expressione.*
3 *Promissio rei incertæ non tenet.*
4 *Quando genus refertur ad unum est loco speciei.*
5 *Reservare primam præbendam dicitur reservare certam.*

CAP. XIIII.

1 DUdum.] §.nos igitur.specialem facere mentionem.bene probatur hic à contrario, ꝙ † ubi debet mentio de aliquo fieri, debet fieri expressa, nec sufficit mentio generalis. ad idem cle.de off.ord.& si ab Apostolicę.Incerto,
2 dic.Arch.hic à cõtrario† si decretũ fit sup incerto adiectũ non ligat nisi adiiciatur tẽpus certum, tunc enim ligaret etiam non expressum,in clem.de conc.præb.cum ei. nor.Guill.in Spe.de locato.§.nũc aliqua.
3 in 5.charta.ver. lis quæritur,† ꝙ cũ super re incerta fit promissio tam ex parte spondentis, quàm ex parte recipientis nulla contrahitur obligatio,sed hic videtur poni super incerto,vt patet inf.de cóc. præb. ne captãdo. immo & super genere,vt ibi, nec adiicitur certum tempus, ergo non ligar, nec potest dici ꝙ hic sit species, quæ generi deroget,sed potius sit genus vtrobi
4 que,videtur dicendum, ꝙ † quando genus refertur ad vnũ, vt hic in Cancellaria tũc habeatur loco speciei,& vt species generi referenti se ad plura derogabit,vel dicendũ, ꝙ respectu canonicatus collati per Papam sit super certo,vt dicit glo.sicut eum, in fin. & per consequens idem erit quoad præbendã, not.etiã D.m.post Inno.inf.de conceß.præb.quia cunctis.super ver.acce
5 ptandam†ꝙ dicitur certam reservare præbendam ille,qui reservat primam, & fac. qđ D.m.not post.Ioan.Mon. inf.eo. tit.si tibi absenti.super ver.nõ acquiras. in gl.s. de ipsa potestate.in fi.& maxime in exprimendo. facit quod scripsit Dominus m. sup.de foro comp. ex parte B.sup glo.vlt. & de rescrip.c.si proponẽte.& de præsum. c.vlt.in prin.post Inno.Host.& in clem.de off.del. c.vno.& sup.eo.lib.de lit.cont.c.1. in gl.vlt.in fi.& quod scripsit Guil.in Spe. de libellorũ concept.§.ad huius tituli con summarionem. ver. item cautus sit actor. Insup.vlt.§.in fi.vel dicendũ,ꝙ hic loquitur in litteris gratiosis non ambitiosis, vt cum facta est gratia ei cui scribitur prouidendi aliter cui non scribitur,& idem inf. eod.rit.c.si cui.1.rñ. c. quamuis loquitur in litteris ambitiosis,& cum est facta, vel fieri mandarur gratia prouisionis ei, pro quo scribitur,vt in d.cap.si cui.vlt.rñ. fac. etiam inf.eo.tit.is cui.dicẽdum insuper,ꝙ quando fit talis gratia quę in alrerum deriuatur, vt hic,veniũt in tali gratia etiam beneficia curata,vnde ipsa conferre poterir talem gratiam habẽs:nec etiam obstat huic dicto c.vlt.sup.eo. tir qa in alio casu loquitur prout etiã scripserunt ibi Innoc. & Host. & D.m.sup.de verb.sign.c. vlt. & simili modo pari ratione non obstat infra eo.tit.cum nullis. 1.respon.

SUMMARIUM.

1 *Mandato de prouidendo alicui concesso super dignitate canonicatu & præbẽda,vtrum dignitate non vacante habebit canonicatum, & prabendam tantum?*

CAP. XV.

1 QVia sæpe.] In glo. hic † est copula. in fi. vbi dicit, ꝙ si Papa scribit pro aliquo, vt sibi prouideatur de dignitate ecclesiæ, canonicatu,& præbenda,talis habebit canonicatum & præbendam, licet non vacet dignitas,& hoc nisi appareat aliud de intentione scribentis:sed dicit,ꝙ aliquibus videtur contrarium, nisi vacet etiam dignitas, quia præpositio, cum, videtur facere coniunctionem,& sic cesset gratia,nisi vacet vtraq. arg.ff.de condit.& demonstr. l. Iul.Pau.& potissime hic in mandatis. inf. eo.tit.cui de nõ sacerdotali.videas qđ plenius scripsit D.m.inf.de reg.iur. nullus ex consilio post quæstiones. In gl.not.ꝙ hæc

tria ponit. in fi. facit supra eodem libro & tit. cap. quamuis. 1. respon.

SUMMARIUM.

1 *Prouidere, & prouidere mandare idem sunt.*

2 *Mandatum de prouidendo exequi non potest quando beneficium, seu gratiam requirit, quod ille cui collatio facienda est, sit certo ecclesiastico ordine cōstitutus, nisi ille sit in eo ordine.*

3 *Rumor falsus obesse non debet, & ideo si per mortis rumorem fuit à primo institutus, oblata hereditas, & alius heres institutus si appareat primum viuere habebit hæreditatem, & præstabit legata secundo testi.*

4 *Mandatum de prouidendo de quibuscunque beneficiis non comprehendit ea quæ sunt de iure patronatus.*

5 *Mandatum de prouidendo de dignitate curata, an comprehendat electionem.*

6 *Dignitas quotuplex sit,*

7 *Expressio dignitatis, quomodo facienda.*

8 *Mandatum de prouidendo de dignitate motuproprio factum comprehendit omne genus dignitatis.*

9 *Collegiatæ ecclesiæ expressio comprehendit curatam.*

10 *Collegiatæ ecclesiæ omnes curatæ.*

11 *Cura collegiatarum dicitur collegialis, quæ differt à parochiali.*

12 *Collegiata ecclesia appellatione non venit curata cura parochiali nisi exprimitur.*

13 *Expressio per æquipollens idem valet sicut directa.*

CAP. XVI.

1 Cum in illis.] Prouidere † mandamus idem si prouidet, dummodo non proprio motu, infra c. 3. cum eadem sit ratio secundum D. m. inf. eod. tit. ei cui, & in cle. eo. tit. c. 1. in prin. in gl. hic est ibi. sed dicit contra, idem Archi. & be-
2 ne † dummodo nō requirat, ꝙ receptionis tēpore sit in sacro ordine constitutus, sed ꝙ teneatur ad sacrum ordinem promoueri. nam si requirat, ꝙ tempore, quo recipit beneficium sit in sacro ordine cōstitutus, tunc secus, quia de tali beneficio ei nō poterit ꝓmoueri, nisi de hoc in litteris Apostolicis mētio haberetur: quod dic, vt scripsi inf. eo. tit. ei cui. Insup. Arch. contra in fi. & sup. eo. lib. de rescript. si propter tuā. in distinctione in gl. si Papa. ibi, quid si is.
3 vbi dicit, ꝙ † si is, qui testamentum fecit audiens, ꝙ hęres mortuus, facit aliud testamentū dicens, quia intellexi P. quē hæredē institui mortuū esse, ideo talē instituo, sed post appareret primum viuere, ꝙ primum testamentū ruptum est, sed primus habebit hæreditatem de æquitate, præstabit tamen legata in secundo, quia factus rumor nō debet obesse, vel prodesse al. ff. de condit. & demonst. l. falsa. & sup. de eo qui cognouit consang. vxoris suæ. sup eo.
4 Quorumcunq. † consuluit D. m. ꝙ quādo per Papam sic scribitur, non potest prouideri de beneficio spectante ad præsentationē patronorum laicorum. In glo. dato, ꝙ diceretur. in fi. & dicit aliquos tenere, ꝙ ita veniet hoc casu modus electionis sicut quiuis alius ex quo nullus exprimitur. Sed Io. Mo. not. contrarium in regula generali inf. de reg. iur. vbi dicit, ꝙ mandan-
5 do † prouideri de dignitate cum cura, non mādatur prouideri de dignitate, ad quam
6 assumitur quis per electionem. † Ad intelligentiam huius c. distinguendū est sic, cū de impetratione dignitatis agitur, aut dignitas est sine cura, aut curata, & si curata aut est collegiata, aut non collegiata, & si collegiata, aut habet curam parochialem aut non. Primo casu si exprimatur in litteris impetrantis, ꝙ sit dignitas comprehenditur in litteris, aliàs non. sup. eod. tit. c. fi.
7 & videtur † sufficere, ꝙ isto casu exprimatur prout exprimitur sup. ne cle. vel mo. c.

vlt.

vlt.vlt.respon.pro & contra inf.eo.tit.c.1. secundo casu idem si fiat mentio de cura, & non sit collegiata, aliàs non, vt hic primo respon. Si vero est collegiata non comprehenditur nisi ꝙ sit collegiata exprimatur in litteris impetratis. ad hoc fac. istud c.§.1.& clem.eo.tit.c.1 2.rñ.& ita scripsit Io.Mon.inf.de reg.iur.in generali.& prædicta vera cũ Papa fecit gratiam ad petitionem impetrantis, vel alterius pro ipso,
8 secus † si proprio motu, vt inf.eo.tit.si motu proprio.& c.si pluribus. vel si facit gratiam in aliũ deriuatiuam, vt eo. tit. & lib. dudum.& inf.eo.tit.c.si cui.1.rñ.& de verbo.sig.c.placet.& sup.eo.lib.de rescrip.c. quia. tunc in omnibus prædictis casibus comprehenditur dignitas in gratia. fac. quod not.D.m.post Vin.sup.de verb.sign. c.placet.& sup.eo.lib. de rescri. si propter tua debita.& inf. de ver.signi.c.fin. super ver.beneficia.& quod scripsit Inn. sup.eo.
9 tit.in d.c.vlt. & si † exprimitur ꝙ sit collegiata satis per consequens exprimitur, ꝙ
10 sit curata † cum omnis ecclesia collegiata sit curata, vt sup de offi.ord.cum ab ecclesiarum.de maio.& obe.cũ in ecclesiis.fac. extrauag.Io.Papæ xxij. execrabilis.§.fin. Vltimo vero casu, ꝙ est collegiata & parochialis dicũt quidam, ꝙ non sufficit exprimere, ꝙ sit collegiata, nisi ibi dicatur ꝙ sit parochialis, vel ꝙ sit curata. ad hoc allegãt sup.eo.lib.de elect. statutum. & clem. hoc eod.tit.si dignitatem.1.rñ.ratio, quia
11 licet etiam collegiata † sit curata, vt dictũ est, non tamen cum parochiali, sed collegiali, & alia est vna, quàm alia, & vna non continetur sub alia.fac.sup.de statu mon. ꝙ Dei timorem, & quod ibi not.& sic cũ impetratur dignitas curata vnica cura, debet fieri mentio de cura, & quando impetratur non dignitas, sed aliud beneficium, etiam debet fieri mentio de cura quam tale beneficium habet: sic debet fieri men-
12 tio † de duplici cura, quam habet dignitas cum dignitas impetratur curata duplici cura, & idem iur.fit in vtroque. fac. 24. q.4.si ecclesia. de elect. cum inter vniuersas.sup.eo.lib.de appell.à collatione. inf. c.cum in ecclesia.sup.de re iud.cum olim. & quod ibi not.per D.m.& inf.de reg.iur. ratio congruit.in quæst.in sum.in 2.parte secũdæ quæstionis, & in sol.& post.& ego vidi iam plures litteras bullatas, in quibus impetrabatur dignitas, & dicebat ut, ꝙ erat collegiata non facta mentione de cura, quæ dignitas parochialis erat, feci corrigi, & poni de cura. verum alij contra, ꝙ scilicet sufficiat si fiat mentio tantũ, quòd sit collegiata per quod apparet etiam, ꝙ est dignitas, & quòd est curata: expressio
13 enim † per æquipollens tantum valet, sicut directa, & nominatim expressio.facit de testi.licet ex quadam.& de consang. & aff.c.tua nos.& quod not.Host.de rescr.su per litteris.& in Summa de ver.sig.§.qua ratione, nec secundum eos est curandum de cura parochiali, tamquam de illa, quæ accessoria est, & minor, & quæ sequitur principalem, & maiorem, scilicet curam collegialem.fac.sup.eod.tit.extirpandæ. §.quo vero.& sup.eod.tit.& lib.super eo. & quod ibi not.per D. m. & per me. bene facit etiam prædictum c.statutũ. & quod ibi not.nam sicut ibi apparet parochialẽ, cum nil addit habenti dignitatem collegiatam nõ parochialem, nec operatur iuncta dignitate collegiatæ quod operatur ꝑ se iuncta dignitate collegiatæ, sic ergo nõ addit in iure vt ibi ita non ad impetrationem, & sufficiat facere mentionẽ scilicet de principali dignitate collegiata, & per consequens de cura ipsius qualitercunq. sit, de qua fit mentio, cum dicitur collegiata, vt dictum est sup.& vlt.tenent Pau. Io.Cald.& communiter Curiales, ꝙ videtur verius, & placet in hoc casu, vbi diuersa cura reputatur pro vna, vt quia est ecclesia collegiata parochialis ab exordio, vel post etiã sibi annexa parochia vel parochialis ecclesia, vt in cle.de reb. eccl. nõ alien.si vna ecclesia.secus vbi essent separatæ, vt quia sunt ecclesia collegiata, & ecclesia parochialis & simul iunctæ, ita ꝙ vna non subest alteri, quia tunc de vtraq. cura debet fieri mentio. fac. quod not.ne se.vac.c.1. in glo. 2.& inf.de reg. iu.rationi.in q.1.& se.in sol.per D.m.ad vtrumq. dictum bene fac. inf. de consec.eccles. si ecclesiam.& quod scripserunt D. m. & Pau. in clem.c. litteras. Vltimum dictum videtur tenendum In litteris impetratis, primum vero in impetrandis, vt solidius agatur.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Episcopus conferens beneficium obtinenti non potest amplius de illo disponere ante renunciationem beneficiati.*

2 *Potest tamen terminum absenti ad recipiendum praefigere quando contulit subdito.*

3 *Si non subdito adeundus est superior beneficiati, qui cogat recipere, vel dimittere.*

4 *Beneficiatus cui absenti per episcopum beneficium collatum est tertio requisitus non acceptās habetur pro recusante secundum aliquos.*

5 *Tuum, suum, tibi, vel sibi debitum differunt adinuicem, tuū enim & suum faciunt competere ius in re, debitum vero ad rem.*

6 *Collatio beneficij vtrū valeat ante amissionem ius habentis.*

7 *Possessio colorata facti tantum non impedit collationem executoris.*

8 *Collatio executoris debet fieri possessore vocato.*

9 *Possessio colorata iuris & facti impedit impetrationē non facta de illa mentione.*

10 *Reseruatio Papae intermedia inter collationem, & consensum inficit consensum adeo vt non operet, quasi re non integra.*

11 *Motuproprio &c. clausula tollit subreptionem nō ante ius alteri quaesitum.*

12 *Ordinario beneficium absenti conferente, & Papa ante acceptationem idem beneficium cum clausula, Dummodo tempore datae non sit vlterius quaesitum, prouiso ordinarij recusante, vtrum ordinarius iterum conferre possit.*

13 *Concluditur affirmatiue.*

14 *Secus in reseruatione.*

15 *Prouisio subreptitia, vtrum praeiudicet ordinariae facultati conferendi.*

16 *Ordinarius vtrum possit iudicare de validitate, seu subreptione rescripti.*

17 *Mandatum generale tantum operatur quoad omnia quantum speciale quoad quaedam.*

CAP. XVII.

SI tibi.] Per tuum episcopū, licet glos-
satores dixerint, ꝙ istud factum re-
1 spicit, quia idem si per alium † verū
est quoad obligandū collatorem, & quem
libet alium, vt de ipso beneficio collato
antequam consentiat disponere non pos-
sit, vt de vacante: nontamen quoad assi-
gnandum terminum, & consentiendum fa
ctae collationi, & idem quia si per episco-
pum vel alium iurisdictionem habentem
beneficiū conferatur absenti subdito suo,
2 poterit † ad consentiendum terminum assi
gnare, & hoc vult istud per tuum episco-
3 pum: si vero non † subdito conferatur, tūc
non videtur, ꝙ possit per conferentem ta
lis terminus assignari, sed adiri debeat su-
perior illius, cui est facta collatio. fac. qđ
not. per D. m. sup eo. li. de rescrip. gratia.
4 in glo. hic non est. Videtur tamen, ꝙ † si
isto casu vlt. tertio requisitus nō cōsensit
collationi, habeatur pro non consentiente
& ex tunc possit beneficium collatum al-
teri conferri. fac. de sup. neg. praela. c. 1. &
cle. de appell. c. quamuis rigor. vlt. respō.
vt tuum. potest tamen dici & est debitum
5 tibi, & infra sequitur. aliud † ergo est tuū,
& suum, aliud debitum: nā propter tuum
& suum competit ius in re, per debitum
uero ius ad rem. fac. inf. de concessio. prae-
ben. c. ult. & clem. de rescript. auditor, ut li
te pend. c. duobus, ubi de hoc per D. m. in
6 glo. Io. Mon. ibi collatio † scilicet execu-
tio. contrarium tenet Io. Cal. in distinctio
ne, quam fecit super decre. cum uestris. de
concess. praeben. ꝙ scilicet non ualeat col
latio executionis nisi prius à possessione
possessore amoto, ubi uideas omnino. Sed
c. cum uestris, & dictum Io. Cald. habet lo
cum cum ille, qui contulit habebat pote-
statem conferendi, licet esset defectus ex

parte prouisi, in quo casu est possessio colorata, & ideo secus. in quæstione vero præsenti non habebat potestatem ordinarius conferendi cum esset sibi sublata per collationem canonicatus, reseruationem & decreti appositionē Papalem, propter quod dici potest, q non erat colorata pos-
7 sessio, & ideo cum† esset colorata possessio facti tantum, non impedit executionis col-
8 lationem, sed impediat † executionem. s. quòd non debeat fieri eo, qui possidet, nō vocato, sed fieri debeat eo vocato etiā si non sit colorata possessio, quæ nec etiam impedit impetrationem de ipsa mentione
9 non facta, l. † colorata impedit impetrationem si nō fiat mentio de ipsa possessione, & forte etiam delegati collationē, nisi præcedat ipsam collationem causæ cognitio, licet non impediat collationem ordinarij, vt in prædicto c. cum vestris. & inf. eod. tit. licet episcopus. fac. quod not. D. m. post Archid. sup. eo. cum de beneficio. videtur tamen, q in casu cap. licet episcopus, nedum per ordinarium, sed etiam per delegatum etiam absque causæ cognitione possit beneficium vacans de iure communi tantum conferri, quia etiam posset impetrari non facta mentione de tali possessione secundum ea, quæ ibi not. per Archid. & D. m. in gl. executor. in fi. & idem videtur de Papa, nisi de tali collatione in sua faceret mentionem. fac. inf. c. quia sæpe. & c. si postquam. & sup. eo. lib. de rescr.
10 quatenus. Sed quid † si beneficium sic collatum necdum acceptatum Papa reseruaret, nunquid impediretur ipsa collatio ita saltem, q non possit perfici per consensum illius, cui est facta collatio ipsi collationi consentiendo? videtur q & si valeat collatio, non potest tamen perfici per consensum eius, cui facta est collatio. arg. sup. eo. lib. de elect. si eo tēpore. licet vt audiui in curia teneatur, q etiam collatio, quæ non est perfecta per consensum illius, cui est collatio facta impeditur seu reuocatur. videas quod scripsi in d. c. si eo tempore. in glo. tenet hic Archid. ibi tene cum Archi. etiam si dominus Papa dispensasset cum eo proprio motu. inf. eo. tit. si motu ꝓprio & c. seq. & clē. si Romanus. eo. tit. vel si talis, cum quo dispensatur ignorauerit dictam collationem alteri absenti factam.

11 sup. eo. lib. de rescrip. gratia. ratio, † quia licet ista subreptionem tollant, nō tamen alteri in iure competenti in re, vel ad rem præiudicant. fac. sup. eod. lib. de rescript. quamuis. & quod ibi scripsi. & sup. de sim. Iacobus. in q. 1. & vlt. & in ead. glo. in fin. prædicta faciunt ad quæstionem, quam fecit de curia D. Fed. quæ talis est: ordina-
12 rius† contulit beneficium B. antequam ipse acceptaret, Papa cōtulit ipsum, vel conferri mandauit cuidam alij cum clausula, si non erit tempore datæ alteri ius quæsitum, demum dictus B. recusauit acceptare & dissensit; quæritur nunquid ordinarius possit iterum ipsum beneficium conferre in præiudicium apostolici ad quæ rñdi, vt sequitur. huius quæstionis solutio colligi posse videtur de rescript. c. capitulum sanctæ Crucis. in magna gloss. charta vlt. ver. item quid sit prouisio. & D. m. post Inno. & Host. de elect. dudū 2. super ver. dispensatio. & de excess. prælat. inter dilectos. & post addi Inno. de concess. præb. c. cum vestris. super ver. assignauerit, & in clem. eo. tit. c. cum ei. super ver. infra mensem. in fi. glo. & hic. per quæ videtur dicendum ordinarium beneficiū prædictum iterū non posse conferre, sed ipsius collationem spectare hac vice ad Papam, & hoc videtur tenere in d. cap. cum ei. D. m. & Pau. sed ve-
13 nia † impetrata si expeditur de iur. subtilitate, ac veritate ꝑquirere potius dicendū videtur contrarium, vt. s. ordinarius possit iterum beneficium ipsum conferre, & q de iure valeat ipsa collatio: ratio, nam vt recte intuentibus patet in agendis attenditur causa, modus, & finis agendorum, & vltra quod agitur extendi non debet. 15. q. 6. c. 1. in fi. 23. q. 8. c. occidit. sed causa, modus, & finis in collationne seu mandato Papali sint, vt si alteri non esset ius quæsitum in beneficio, vel ad illud, quia sic videtur intelligendū illud si alteri tempore datæ non esset ius quæsitum, valeret de illo per Papam facta collatio. Hic autē erat alteri ius quæsitum saltem ad rem per ordinarij collationem, adeo q etiā per Papam de hoc ipso tacite facta collatio non valeret, vt in isto c. & inf. eod. tit. si postq̄. & ibi not. est ergo gratia specialis de illo beneficio facta subreptitia, & per consequens nulla, & non valitura impetranti,

nec

nec impedituta collationem fiendam per ordinarium postetum etiam in prima, & ea vacatione. quia ad hoc non agebatur.
14 secus † si Papa motu proprio beneficium reseruasset. Nam tunc licet collatio ordinarij præcedens reseruationem Papalem valeret, non tamen posset ille prouisus collationi ordinarij consentire, licet dissentire posset. ad hoc de ele. innotuit. & eo. tit. si eo tempore. hoc lib. & quod ibi not. & scripsi ibi, & hic, & si dissentire non posset ordinarius, tunc de beneficio ipso disponere alicui prouidendo, nisi primo de ipso disponeretur per Papam, vt in d. c. si eo tempore, & ita intelligantur iura, quæ in contrarium facere videntur: ratio, quia isto casu non est subreptio, & quia Papa vult ordinario potestatem de illo beneficio conferendo auferre, & ad se illam reuocare. glo. 1. nō obstat, quia ibi nulla subreptio & est beneficium affectum, & tamen per Papam disponendum, & eius contrarium patet per c. prædictum si clericus. vt etiam ibi scripsi. fac. ad hoc inf. de concess. præb. quia cūctis. & quod ibi not. per D. m. post Inno. & Host. fac. etiam prædictum c. cum ci. 1. respon. & additio Inno. quam posuit D. m. in d. c. cum vestris. vbi dicit Inno. ꝙ
15 quādo † facta est prouisio per rescriptum subreptitium reuertitur potestas ad ordinarium, debet tamen super illa prouisione subreptitia pronunciare, ꝙ hoc fit verum, probatur etiam per dictum c. si clericus. eo. tit. & lib. & per ea, quæ ibi scripsi, vbi præbendam vacantem confert ordinarius canonico expectanti auctoritate Papali, quæ etiam erat per reseruationem & decretum affecta, & etiā confert neglectam. Quid enim si ille canonicus expectās præbendam gratiæ renunciet, vel consentiat ꝙ alteri conferatur, uel negligit eam petere, nunquid si conferat eam ordinarius valet collatio? certe sic, ut ibi patet, & ita tenet ibi Archid. & idem tenet in illa, quā quis auctoritate Apostolica poterat infra mensem acceptare, & infra mensem non acceptauit, ut ipse not. sup. eod. tit. & lib.
16 c. dudum. † non tamen poterit ordinarius de hoc iudicialiter seu contētiose cognoscere, sed si in dubium vertitur cognosci, & iudicari debet per Papam, ut in d. c. dudum. & de off. dele. c. super eo. not. & pronunciari collationem ordinarij, si eam fecerit ualere de iure, cessauit enim causa mandati, & finis, ad quod. s. ut prouideretur illi impetranti, qua cessante cessat effectus & finis, & maxime hoc poterit ordinarius in facto notorio. ad hoc de fil. presby. quoniam. & de æta. & qual. eam te. de appel. solicitudinem. uer. si uero notorium. & quod ibi post Host. scribit D. m. fac. sup. eod. lib. de off. ord. c. ordinarij. & quod ibi scribit Archid. Insup. uel consanguineus. ibi dic. Host. sup. eod. tit. c. accedens. in gl. ult. qui in fine ipsius glo. dixit per generalem procur. ad recipiendum omnia beneficia quęrentur, seu acquirētur omnia do-
13 mino, sicut per specialem procur. quia † tantum facit generale mandatum quoad omnia quantum speciale quo ad quædam, secundum eum, cuius dictum videtur ibi placere D. m. Insup. ar. contra, & bene meo iudicio ꝑ iura, quæ allegat pro cuius dicto fac. sup. eo. lib. de ele. si electio nam ut ibi apparet ex quo electus recusat consentire electioni, uel renunciat iuri suo debet procedi ad aliam electionem, habetur enim illa pro extincta. præterea fictio, de qua loquitur istud c. nō tantum debet operari sicut expressa ueritas. & expressus dissensus, uel expressa renunciatio.

SUMMARIUM.

1 *Relinquens priuatur beneficio habito, & curato, seu affectato iuxta terminos huius decretalis.*

2 *Violentus spoliator priuatur iure sibi ad beneficium competenti.*

3 *Inductum ad pœnam nō debet gratiam operari.*

4 *Tolerari ab ecclesia non dicitur is contra quem lata est sententia depositionis, sed dicitur intrusus.*

5 *Gesta per intrusum nomine ecclesiæ vel proprio, an & quando valeant.*

CAP. XVIII.

Eum qui.] In glo. dicit Io. Mon. in fi.
1 potest dici, ꝙ primum dictū † priuat delinquentem habito & curato, &

to, & quando in secundo curato habendo tantum peccat occupando violenter, vel
2 scienter iniuste. secũdum vero dictũ † priuat uiolentũ iure, quod in beneficio quocunque occupato vi, vel ad ipsum habere prætendit priuatum, subaudi si nolit sic delinquens: nam si vellet, tunc secus, vt quia volens renunciare beneficio curato, quod habebat, volens declinare iurisdictionẽ suam, quia superior ipsam renunciationẽ non admisit, ideo aliud beneficiũ curatum vi occupauit, seu in eo se iniuste intrusit: nam hæc esset sibi gratia, ꝙ esse
3 non debet † cum sit statutum ad pœnam, sup. de trãsa. inter corporalia. ver. ne quod de cõcessione, &c. fac. ad hoc quod scripsit D. m. de cle. coniu. c. Ioãnes. in distinctione ad si. In glo. hoc sumitur. ibi, toleratur,
4 dicas, ꝙ † si contra aliquẽ est lata sententia depositionis, talis non potest dici, ꝙ ab ecclesia toleretur, sed intrusus dicitur, vt not. D. m. post Inno. sup. de accus. qualiter ver. diminutio capitis in vlt. col. & ideo non valet quod facit is, contra quem est lata sententia depositionis, etiã si hoc ignoret, vt inf. de concess. præb. c. 1. ver. adiiciebatur insuper. & in glo. vlt. & in ead. gl. ibi si vere. in fi. potest dici, ꝙ licet dictũ isto-
5 rum possit † substineri in eo, ꝙ præsentationem faceret nomine ecclesiæ, vel dignitatis, quam inuasit: secus tamen videtur in eo, qui præsentaret nomine suo ꝓprio sicut canonicus, vel patronus, talis enim cum habeat malã fidem non facit fructus suos secundum ea, quæ not. Inn. Host. Cõpost. & D. m. de elect. Cumana. & c. querelam. de restitu. in integ. cum venisset. de iure patro. consultationibus. & de cau. poss. cum ecclesia. & quod scripsit Pau. in cle. de elect. in plerisque. & de regulari. vt professores. in glo. ponit hic. in fi. & bene faciunt ad quæstionem etiam quod not. D. m. inf. de reg. iur. in regula nõ est sine culpa. in quæstione ecclesiastica. sed nũquid erit idem in monasteriis, & piis locis, vt sunt hospitalia? & dicendum, quòd sic, fac. quod scripsit Dominus meus sup. eo. lib. de restit. in integ. c. 2. super ver. ecclesia. In glo. not. quòd æquiparat. in fin. pro dicto Archidiac. facit supra de priuil. pastoralis.

SUMMARIUM.

1 *Conceditur, hoc verbum gratiam, commissionem denotat.*
2 *Gratia facta morte concedentis re integra non expirat.*
3 *Commissio siue mandatum morte concedentis re integra expirat.*
4 *Ordinarius & legatus de latere interdum plus possunt auctoritate propria, quàm Apostolica.*
5 *Aliud est prouidere in ecclesia, aliud de ecclesia.*
6 *In, Præpositio includit ea, quæ sunt de iure communi.*
7 *Cura sola aliis non concurrentibus, an impediat collationem seu prouisionem iuxta terminos huius decretalis.*
8 *Legatus Apostolicus non de latere, an & quando & cui beneficiorum collationem subdelegare præsentare reassumere possit.*
9 *Legatus sedis Apostolicæ potest ministerium sibi commissum alteri subdelegare.*

CAP. XIX.

1 IS cui † *conceditur.*] Gratiam denotat, vt inf. eo. tit. si cui. nõ commissionem siue mandatum, vt sup. eod. lib. & tit. quamuis. §. 1. & vlt. & ideo aliud in primo
2 quàm in secundo: quia in primo † gratia facta, quæ morte concedentis re integra non expirat, vt in d. c. si cui, & est amplianda, in † secundo vero expirat, & est odiosa
3 commissio, & ideo restringenda, vt in d. c. quãuis. & quod dicit is, cui subaudi quisquis sit ille, siue mas, siue fœmina etiam si sit legatus Apostolicæ sedis, & de latere vt sup. eo. tit. & lib. ij qui. & c. dudum. auctoritate Apostolica, etiam si alius auctoritate propria prouidere posset: ex quo ita exprimitur auctoritate Apostolica prouidebit, vt sup. eo. lib. de rescr. cũ aliquibus. §. si vero. colligitur autem ex isto c. quòd
4 plus potest † interdum legatus, interdum aucto-

auctoritate legationis,& habens potesta-
tem prouidẽdi ordinaria potestate, quàm
habens auctoritatem à Papa;nam legatus
de latere & ordinarius potest beneficiare
beneficiatum etiam curam habentem ani
marum,vt sup.de off.dele.dilectus. & sup.
eo.tit.& lib.c.1.& 3.de præb.de multa.&
clem.de off.ord.c.vlt.& sup.de off.le.c.vlt.
eo.lib.& hoc potest legatus si faciat men-
tionem de beneficio illius, cui prouidet.
Alius autem hoc potest etiam de illo non
habita mentione, vt in dictis duobus vlt.
c.sed nunquid potest talis de ecclesia ꝓui-
5 dere? videtur ꝙ non. † aliud enim est pro-
uidere in ecclesia,aliud de ecclesia.fac.su
pra eo,tit.c.vlt.& quod scripsit Archi.inf.
de concess.præb. ne captandæ.& Io.Mon.
de reg.iur.in generali.& D.m.in clem.eo.
tit. c. 1.sed ꝙ possit videtur,quia talis con
cessio est gratia & fauorabilis,& ideo am-
plianda.de verbo.signifi. olim.& c.tua.de
priuile.quia circa.16.q.2.visis. fac.7.q.1.
scientiæ.de concess.præben. nulla. de sim.
c.vlt. & sup. de elect.quamuis, ex quibus
6 apparet, ꝙ in præpositione, † in, venit ꝑ-
positio de in iure cõmuni.per consequens
ergo fortius venire debet in gratia,quæ vl
trà ius commune concedit, & ei derogat.
3.dist.priuilegia. posito ergo, ꝙ prouidere
possit,nunquid prouidere potest de eccle-
sia curata?videtur ꝙ non.sup.eo.tit.& lib.
cum in illis.1.respon.fac.clem.eo.tit.c.1.
fac.etiam quia sicut quando in concessio-
ne gratiæ huiusmodi exprimitur ꝙ possit
prouidere beneficiato,beneficium non ve
nit curatum. sic debet etiam esse in consi-
stẽte,vt licet possit de beneficio beneficia-
to prouidere, quod intelligi debet secun-
dum Archi. si de illo beneficio mẽtionem
faciat: non enim de beneficio curato,sed
de beneficio simplici debet intelligi,vt in-
ter prouidentẽ & prouisum sit æqualitas.
12.q.2.cognouimus.de conse.dist.2.com-
perimus.& de bapti.s.maiores. ver.simili-
ter.& de deci.cum in tua.& c. ex parte. &
quod scripsit D.m.inf.de sen.exco.c.1. in
glo.quæ est extra communionem. & sup.
gl.vt quia.in fi.insup.in ratione huiusmo-
di. ver. sicut autem.Sed ꝙ de beneficio cu
rato possit ꝓuidere faciũt superius allega
ta à ver.sed ꝙ possit ꝓuidere.vsq. ibi, posi
to ergo,& quod scripsi sup.eo.tit.& lib.c.
dudũ insuppl.vlt.§.& D.m.ibi.& de rescr.
& si gratiose.super ver.beneficia.eo.lib. &
Archid. ibidem. & in hoc idem sentit Io.
Cald. vt mihi dixit. est autem notandum
7 ex isto c. ꝙ sola † cura, vel sufficientia be-
neficij beneficiati,& non solum pluralitas
beneficiorum impedit prouisionẽ sibi fie-
ri per eum,cui est concessum per Papam,
vt auctoritate Apostolica possit in sua,vel
alia ecclesia vni personæ idoneæ prouide
8 re.quid ergo erit in tali casu†legatus Apo
stolicus non de latere datus habẽs gratio-
se à Papa, ꝙ possit de beneficiis suæ lega-
tionis idoneũ ꝓuiderem,& per se vel aliũ
prouisum in possessionem inducere com-
misit cuidam Priori regulari conuentuali
manuali, vt inquireret de quibusdam in
commissione contentis, & si inueniat ea
veritate fulciri cuidam B. rectori paro-
chialis ecclesiæ,quæ minus sufficiens dice
batur ꝓuideret de canonicatu,& præben-
da ecclesiæ cathedralis, qui executor in-
quirens,& comperto exposita veritate ful
ciri cuidam B.rectori parochialis ecclesiæ
de dictis canonicatu & præbẽda prouidit.
quia de quinque.s. nũquid idem legatus
potuerit hoc alij committere, & nunquid
dicto priori,& nũquid ꝙ prouideret dicto
rectori,& in ecclesia cathedrali & de cano
nicatu, & præbenda sacerdotali? Ad pri-
mum videtur dicendum, ꝙ non. per c.vlt.
de off.del.§.placet.& per c.is cui.sup.eod.
lib.de off.dele.fac.quod scripsit D.m.post
Archid.inf.eo.tit. si cui.super ver. proui-
dere.& idem in secundo,quod not.cũ non
dicitur talis prior habere dignitatem pro-
ut scripsit Archid.sup.eod.lib. de offi.ord.
præsenti.& in tali delegatione seruari de-
beat c. statutum.§.5. eod.lib.de rescript.
quoad personam cui fit commissio, prout
in §.in nullo.in gl.quia executorum, & in
d.c.is cui.in 1.glo.scripsit D.m.& idem in
tertio per istud c.& idem in quarto,per c.
quamuis.§.quamquam.sup.eo. tit. & lib.
& idem in quinto.ad hoc sup.eo.tit. & li.
cum in illis.1.respon.& de fil.presby.c.1.
9 eo lib.Sed † contra ꝙ potuerit, quia lega
tus Apostolicæ sedis,qui potest ministeriũ
commissum alteri committere ꝙ alius nõ
posset,vt in dicto c.vlt.de offi.deleg.§.cete
rum.fac.de offi.ord. c.vlt. & quod ibi not.
in gl.2.& super ea.& D.m. in clem.de off.
dele.

fi.dele.c.iudices.& idem in cle.de rescrip. c. 2. & idem in tertio.non obstat hoc cap. quia non prohibet per habentem talem potestatem habenti insufficiens beneficiũ licet curatum. fac.de æta.& qual. eam te. in fi.& idem in quarto, vt paret sup. eod. tit.& lib. c. dudum. prout ibi scripsit Archidi.& D.m.in d.c.cum nullis. 1.respon. ad hoc sup.eod.tit.& lib.si pro clericis.& inf.eod.tit.c.ei cui.& vidi litteras legati. huiusmodi forma, continentes,in quibus prædicta quinque concurrebant.

SVMMARIVM.

1 *Moriente beneficiato antequàm redeat ad primum beneficium, vel postquam redierit, vtrum tale beneficium vacet per mortem vel inhibitionem.*

CAP. XX.

1 SI *beneficia.*] Sed ecce † is, cui competebat ad beneficium dimissum redire permissione huius capit. moritur prius quàm dimittat, vel postquam dimiserit secundo adeptum ante tamen quam redeat ad primũ dimissum, dicetur ne beneficium quod prius habebat vacare per mortem vel per inhibitionem secundi reseruati, vel alteri per Papam collati? videtur dicendum ꝙ vacet per mortem: ratio, quia beneficiũ dimissum per adeptionem alterius, siue sit alteri collatum, siue non, fingitur nõ vacare nec vacasse, nec de ipso dispositum fuisse; & si vacauerit, & dispositum fuerit, hoc factum fuisse intelligatur per istud c. sub quadam tacita conditione, videlicet, si collatio secundi per quam primum vacabat, valeret, qua cessante fingitur non esse facta, & per consequens non vacare. vacabit ergo per mortem. fac. quod not. per D.m. inf. de rer. per mut.c.1.& per D.Fre.in tract. permutationum beneficiorum. q.6.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Papæ, legati, & ordinarij, multum adinuicem differunt.*

2 *Ordinarius potest cognoscere, & iudicare, an institutio sit canonica.*

3 *Dispensatio non valet nisi exprimant beneficia quæ iniuste possiderunt.*

CAP. XXI.

NOn *potest.*] In glo.à quocunque.in fi. secus tamẽ est in impetratione, vel collatione beneficij:
1 quia aliud est † quando conferrur, vel conferri mandatur per Papam,& aliud quando per legatum,& aliud quando per aliũ, vt sup.eod. lib. de offi. lega. cap.vlt. & in clement. de offi.ord.c.2. Lap.In glo.quomodo Guill. in fi.hoc ex audi.cum est euidens dispensationem non valere, aliàs secus.sup. eo.lib.de off. ord. ordinarij.§. ceterum, vel dicendum, ꝙ illud habet locum quando agitur de sufficientia, seu legitimatione dispensationis Apostolicę sedis: secus quando quæritur, an institutio sit ca-
2 nonica, quia de hoc cognoscere, † inquirere, & iudicare potest ordinarius: in dubio tamen videtur, ꝙ supersedere debeat, & superiorem cõsulere, vt idem sit in hoc quod in dispensatione propter connexitatem.sup.c.super eo.& c. quia sæpe. In gl. cum Papa ibi dispẽsatnm videtur.hoc ve-
3 rum † si exprimatur ꝙ prima duo vnus iuste consecutus fuerat, aliàs non valeret dispensatio de illa duo tenenda cum tertio beneficio, nec etiam quoad tertiũ habendum, cum esset propter duplicitatem duorum curatorum ad aliud habendum inhabilis.sup.de elect.dudum 2.fac.cle.inf.eo. tit.c.1.& sup.eod.lib.de off.ord.c.3.§.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Legatus potest magis conferre, quàm capitulum.*

CAP. XXII.

1 SI *Apostolica.*] i. Insupp. hanc dubitationem ibi, qui nullum,† imo magis potest dare legatus, quàm possit capitulum, vt not.sup.eo.tit. & lib. hi qui.

SUMMARIUM.

1 *Impetratio canonicatus, & præbendæ post concessionem expectatiuæ, & post acceptationem expectantis, an valeat in casu hic posito.*

2 *Legatus etiam motuproprio non potest beneficiare beneficiatũ, nisi facta mentione beneficiorum per beneficiatum obtentorum.*

3 *Non obstant. &c. clausula huiusmodi quid operetur, & quid importet in literis Papæ & legati.*

CAP. XXIII.

SI motu proprio.] Istud cap. §. secus. facit ad quæstionem. † Aliquis est canonicus in certa ecclesia vltra numerum per Papam sub expectatione præbendæ, quam duxerit acceptandã, vacat præbenda, quam acceptat, istam præbendam & canonicatum antequam decederet, qui illos obtinebat, D. Papa prouisioni suæ reseruauit, decernens irritum & inane quicquid re ista acceptans sciens postmodum de dicta reseruatione, dicens se vigore litterarum Apostolicarum ignarum tum dictæ reseruationis, dictos canonicatum, & præbendam sibi conferri, cum tamen ipse acceptasset præbendam tantum. quæritur, nunquid dicta impetratio, & collatio valeat, & videtur, quod sic. ad hoc inducitur glo. Ber. sup. eod. tit. dilectus 1. quæ incipit, ar. quòd sententia ibi, & iste intelligitur, &c. vsque ibi, non enim. In contrariũ facit istud cap. & sup. eodem tit. & lib. dudum: & quod ibi in gloss. f. potestate. & hic in glo. indistinctè, & post Innocẽ. sup. de rescrip. super litteris. in glo. f. veritate. scribitur per Dom. meum consilium per quosdam iuris peritos emendatum fuit, quòd impetratio non valeret tamquam subreptitia, & ita iuris sentiunt esse curiales. Vidi post dictum consilium litteras esse reactatas sub eadem dat. cum primis, & sententiam auditoris latã per vigorem litterarum reactarum, in qua damnabatur dictum consilium, & male, cum fuisset iustum, secundum tenorem prædictarum litterarum. In glo. quid de legato ibi tenet hic, & bene: ratio, † quia legatus non 2 potest beneficiare beneficiatum non facta mentione de beneficio illius, quem beneficiat, vt in d. cap. & in clem. de offi. ordi. & si ab Apostolicæ. & licet cum legatus motu proprio beneficiato beneficiũ confert, non facta mentione de illius beneficio non sit subreptio ex parte beneficiati, & tamen ex parte legati, si sciebat, vel scire poterat illum beneficiatum, secus si scire non poterat: quia tunc valeret collatio, nec potest subreptitia dici. ad hoc cap. gratia. supra de rescript. eod. lib. in gloss. idem ibi expressio, hoc verum nisi cum proprio motu scribit adiiceret saltem 3 generalem† clausulam, Non obstantium, tunc enim non posset id opponi. fac. quod scripsi in cap. Iacobus. de simon. in prima & vltima quæstione, & sup. eodem lib. de rescrip. cap. quamuis. & cap. seq. & plenius in cap. si propter tua debita. & infra eodem tit. ei cui. in §. audiui. in glo. per hoc patet. in fin. De primo dic secundum Goff. licet Innoc. contra, quòd non tenetur facere de illis mentionem, nisi haberet illas, vt titulum, vel vt beneficium: secus si vt stipendium, & vt laicus. In 2. dic quòd litteræ non conualescunt per talem renunciationem. Lapus.

SUMMARIUM.

1 *Monetæ valor vtrum sit attendẽdus, sit maior aut minor ad effectum, vt acceptatio expectantis valeat vel ne.*

CAP. XXIIII.

SI pluribus.] in aliqua ecclesia idem videtur si in ciuitate, vel diœcesi, dummodo ad eundem spectet collatio, aliàs non. ad hoc supra de off. lega. præsenti. §. ceterum, & §. sed nec etiam. In gl. fac. ad quæstionem † in fi. fac. etiam ad 1 qõnem quã vidi de facto. quidã habẽs gratiã à Papa de conferendo sibi per suũ executorẽ beneficiũ, quod duceret acceptans cum

cum vacaret, cuius fructus anni secundū taxationem decimæ summam xl. flor. auri non excederent, quoddam vacans beneficium acceptauit, & sibi fuit per suum executorem collatum. Opponebatur per eos, quorum intererat, ꝙ dictum beneficium non includebatur sub dicta gratia, ex eo quòd facta ratione valoris minoris flor. summa valoris fructuum excedebat summam valorum florenorum. Econtra dicebatur per impetrantem debere fieri æstimationem secundum quod plus ascenderet in valore flor. & non secundum minorem valorem, sed flor. nouus satis vltra plus valebat, quàm non nouus, & qui erat minoris ponderis, licet haberet cursum in expendendo, & sic faciendo, ipsum beneficium includebatur in ipsa gratia. dictum fuit per me debere attēdi minorem valorem, cū Papa non scriberet motu proprio, & sic beneficium gratia non includi, & per consequens posse de illo disponi per eum, ad quem spectat, non obstantibus acceptatione, & collatione prædictis, & hoc per istud cap. In contrarium tamen videtur facere quod not. ipse Dom. meus sup. eod. lib. de rescript. si eo tempore. in glo. vlt. in fin. vbi dicit, quòd istud cap. loquitur cum dat electionem circa beneficia debita: & sic videtur velle sentire, quòd non loquatur cum tantum vnum beneficium est debitum, vt in casu proposito, in quo per electionem minoris summæ impetrans non habet beneficium; sed quod præmittitur verum est.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda vacans per assensionem alterius vtrum possit conferri per capitulum in casu hic posito.*

2 *Tempus Lateranen. Concilij, vtrum currat capitulo non conferenti præbendam vacantem vltra numerum iuratum.*

3 *Collatione ad laicum ex priuilegio spectante, vtrum Papa conferat non facta priuilegij mentione.*

4 *Littera secunda specialis derogat primæ generali, sed non è contra.*

CAP. XXV.

1 *Cum in ecclesia.*] Amplietur, Pone † in ecclesia est statutus numerus duodenarius canonicorum, & præbendarum iuramento firmatus, ita ꝙ xij. sunt canonici, & xiij. præbendæ, xij. dantur tantum canonicis, & xiij. debetur dignitati, quæ est in eadem ecclesia. confertur Titio canonicatus à Papa in eadē ecclesia vltra numerum, & mandatur conferri per executorem præbēda & dignitas cum vacabunt: vacat canonicalis præbenda, quæ per executorem illi Titio confertur, tractu temporis vacat dignitas habens præbendam annexam, quæ ipsi Titio per executorem cōfertur, vnde vacat præbenda canonicalis prædicta, sup. de concess. præben. litteras. & cle. de præben. si iuxta. nunquid poterit per capitulum conferri? & dicendum, ꝙ non, sine Papæ licentia. ar. sup. eod. lib. de rescript. cùm aliquibus. alias essent periuri, quia facerent contra numerum iuratum. sup. eod. tit. dilecto.
2 non † tamen occurret eis tempus Lateranen. concilij. sup. de concess. præben. nulla. nisi executio fuerit in mora petendi licentiam. sup. de elect. eis quibus. Insup. hoc te
3 net. in fi. Sed † quid dices si ad collationē laici per Papæ priuilegium pertineret, vt not. sup. eo. lib. & tit. & c. is cui. nunquid de tali præbenda per executorem prouideri posset? puto, quòd non, nisi de tali priuilegio expressam mētionem faceret in suis litteris Papa, non obst. c. dudum. & c. quāuis. quia intelliguntur cum ad ecclesiasticam personam, non quando ad laicum collatio pertinet, & facit quod de beneficio spectante ad præsentationem patroni laici dicitur. de off. leg. dilectus. & de iur. patron. cum dilectus. & not. sup. eo. tit. & lib. c. 2. & cap. cum illis. potest etiam dici, ꝙ in cap. dudum. est generalis gratia præce-
4 dens, & specialis sequens, & ideo † per secundam specialem, derogatur generali, quāuis de ipsa mentio in speciali non fiat: secus si prima esset specialis, vt potè, si esset data per Papam alicui gratiose potestas,

stas, vt auctoritate Apostolica posset vni personæ de primo beneficio, quod vacaue rit prouideri, nisi de dicta gratia fieret mentio non præferretur is, cui Papa prouidet, vel prouideri mandat de primo beneficio, quod vacabit: ratio, quia tali gratiæ speciali Papa derogare non intendit, nisi hoc exprimat, vt hic, & multo minus derogabit priuilegiato ab eo, nec de beneficio expectante ad personam priuilegiatam possit alicui etiam per litteras Apostolicas prouideri, nisi de tali priuilegio in litteris Apostolicis expressa mentio habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Detentator quando sit vocandus ad missionem in possessione.*

2 *Cognitio causæ super missionem in possessione quomodo habēda et facienda.*

3 *Prouisus an & quando teneatur iustificare suam gratiam.*

4 *Possessor excipiens cōtra personam prouisi tantum approbare videtur collationem.*

5 *Exceptio, vel defectus non habens ortū ex crimine contra prouisum oppositū non retardat executionem, nisi incontinenti probetur.*

6 *Appellatio à collatione non impedit immissionem in possessionem.*

7 *Possessor ad quid citandus tum quando ex officio, tum etiam quādo ad partis instan. citatur.*

8 *Possessor contra ius commune tenetur ostendere titulum suæ possessionis, siue ex officio, siue ad instantiam partis citetur.*

CAP. XXVIII.

Licet episcopus.] In glo. hoc sonabat, ibi. §. 1. de appell. l. à iudice. & ibi, si Apostolica. & infra de reb. eccl. non alien. hoc consultissimo. in fi. & de rerum permuta. cap. 1. & c. beneficia, & cap. cum singula. t. respon. & §. prohibemus. cum tibi. forsan ista littera facit pro dicto Archid. qui not. sup. eod. lib. de off. ordina. cap. ordinarij. §. quòd si forte. in glo.
1 1. eodem lib. de præbend. † quòd quando non est dubium de iure detinentis, vt ibi absque alia vocatione fiet missio in possessionem. Quando vero est dubium de iure ipsius possessionis, tunc vocabitur, vt hic, dic plenius quando collationem beneficij præcessit causæ cognitio, & vocatio possessoris, vt ibi, tunc potest fieri missio in possessionem, possessore non vocato vlterius: & ita intelligatur dictum Archidia. quando vero non præcessit causæ cognitio & vocatio collatoris, tunc non fiet missio, nisi vt hic dicitur. ad hoc fac. qđ not. Inn. sup. de priuil. cum olim propter. & inf. de
2 concess. præben. quia cunctis. Insup. † cognosceetur. ibi, super glo. 2. cognitio autē ista fiet summarie, sine libelli oblatione, de plano sine strepitu iudicij, & figura, vt in clem. de iud. dispendiosam. & de verb.
3 sign. sæpe contingit, & † sufficit ei, cui est facta collatio facere fidem de collatione, nec tenetur aliter eā probare canonicam, quia præsumitur esse canonica, secūdum ea, quæ not. per D. m. post Inno. & Host. supra de re iudica. sicut. & inf. de concess. præbend. quia cunctis. si autem possessor negeteam canonicam, oportet eum pro-
4 bare, vt vnum non omittat † quia si opponat ei, cui est facta collatio, videtur facere fidem de collatione, nec tenetur eam probare canonicam, quia præsumitur esse canonica secundum ea quæ not. per Dominum meum post Innoc. & Host. sup. de re iud. sicut. etiam inf. de concess. præbē. quoniam. non audietur, nisi opponat crimen cum infamia, vt supra de accus. acce-
5 dens. & † si opponat defectum non habentem ortum ex crimine, vel quid aliud non audietur, nisi statim offeratur probatio:
6 ratio, † quia cum etiam appellatio à collatione interposita non suspendat collationis effectum, quin fiat immissio in possessionem, vt sup. de appell. constitutus. vt ibi not. D. m. post Innocen. & Host. multominus hoc poterit proposita exceptio. de concess. præben. post electionē. & de re stitu. in integr. suscitata. de testi. veniens 2. & de re iudica. cum sup. fac. quod idem

Dom.

Dom. m. not. post Innocent. & Host. de offic. deleg. cum in iure. super glo. 2. ver. expeditis, & de confirm. vti. cap. 1. Si tamen opponatur crimen, vel defectus, cum infamia debet admitti etiam appellatio, ex eo quia non admittitur, vel ne fiat executio interposita impediet collationis effectum: oppositio vero subreptionis, vel alia, per quam negatur possessionem petẽs habuisse, vel habere canonicum titulum in beneficio ad cuius possessionem habendam agitur, etiam sine appellatione impediet, vt potest colligi ex his, quæ scripsit D. m. post Compost. sup. de elect. ꝗ sicut. in magna glo. circa fi. & post Inn. & Host. sup. de appell. constitutus. in glo. sed videtur. Insup. sed si collatio ibi, vocato,
7 † si vocetur ex officio poterit vocari, vt non solum veniat oppositurus quare non debeat fieri executio collationis, sed etiam vt veniat ostensurus de iure suo. Si autem vocetur ad petitionem eius, cui est facta collatio; tũc citabitur vt veniat oppositurus, quare non debeat fieri executio, idest, missio in possessionem beneficij collati, & ipse possessor à possessione remoueri: ratio, quia primo casu potest cogi ostendere titulum suæ possessionis: secundo vero casu non, & hoc habet locum quãdo possessor non possidet contra ius commune, aliàs secus:
8 † quia tunc etiam ad petitionem partis citabitur, & cogetur ostẽdere titulum suæ possessionis, & probare de iure suo, vt sup. eo lib. de offi. ord. c. ordinarij. & de resti. spol. ad decimas. & de rescrip. c. 1. & hic quia possidet primum beneficiũ curatum cum secundo curato cõtra ius commune: & ideo cogitur de iure suo probare, etiam vbi aduersarium habet; & sic intelligatur istud c. & c. ordinarij. in c. ordinarij interuenit causæ cognitio, si bene inspiciatur: & ideo absque alia citatione possessionis, & causæ cognitione poterat dari possessio; hic secus.

SUMMARIUM.

1 *Tẽpus data, an vacationis extendatur.*

2 *Relatiuus alius, &c. an importet idem vel simile in substantia tantum, vel in substantia & qualitate.*

3 *Rescriptum an & quando pro parte valeat, & pro parte non, & an vtile per inutile vitiatur.*

4 *Subreptio non potest notari in prebenda non expressa.*

5 *Mandatum de prouidendo in certa ecclesia, vbi omnes præbendæ sunt sacerdotales, est subreptitium defectu ætatis.*

6 *Motu proprio, &c. licet tollat subreptionem, non derogat statutis in ecclesia, nisi cum clausula, Non obstan. vide nu. 16.*

7 *Forma pauperum non tollit statuta ecclesiæ.*

8 *Motu proprio non tollit defectus ætatis, & similes.*

9 *Mandatum de prouidendo non iuuat eum, qui patitur defectum ætatis, sed debet expectare donec sit ætatis sufficientis.*

10 *Non obstan. clausula generali, an & quando tollat defectus impetrantis ab ipso, vel ab aliis prouenien.*

11 *Impedimentum naturale, an & quando tollatur, vel suppleatur per clausulam. Motus propry, & Non obstan.*

12 *Prohibente sublato tollitur impedimentum prohibitiuum, & omnino licerẽt lege non vetante.*

13 *Præbenda est sacerdotalis siue præbendæ ordo, siue præbenda ordini sit annexa.*

14 *Distinguitur tamen hoc, & declaratur pene nu. 14.*

15 *Prouisio vel mandatum de prouidendo factũ inhabili ad illius petitionem sine clausula, Non obstante, non sortitur effectum.*

16 *Canonicatus debet habere præbendam, sed non è conuerso.*

17 *Præbenda est accessoria canonicatui.*

18 *Ordo scripturæ seruandus.*

 Cano-

19 *Canonicatu & præbenda inuicem vnitis neutrum est accessorium.*

20 *Mandatum de prouidendo de certis canonicatu & præbenda excludit alios.*

21 *Non obstan. clausula amplissime declaratur.*

CAP. XXIX.

EI, cui.] Hoc cap. videtur contradi
cere cap. si eo tempore. de rescri.
1 sup. eo. lib. vbi inspicitur † tempus
datæ rescripti, hic vero videtur attendi
tempus vacationis. sed potest dici, quod hic
etiam attendatur tempus datæ, vt ibi, vt
sup. istud, si nondum referatur ad tempus
datæ mandati de prouidendo non ad tem
pus vacationis præbendæ, & istud relati-
2 uum †, aliam, ad aliam præbendam quàm
sacerdotalem. quam præbendam non sa-
cerdotalem poterit habere si vacat, vel
postea vacabit si tempore datæ ad illam
ætatem habebit idoneam, aliàs non: & ita
intelligit Archi. hoc c. in d. c. si eo tempo-
re. in glo. facias. hoc etiam probatur sic,
nam istud relatiuum est accidentis diuer
sitatis habens referre diuersum in qualita
te à suo antecedenti, licet idem referat, vt
Christus suspēsus est patibulo, & alij duo
latrones suspensi sunt cum eo. Vnde licet
istud aliam habeat referre idem in substan
tia, s. præbenda, non tamen habet idem re-
ferre in qualitate, s. sacerdotalē, sed aliam
scilicet non sacerdotalē. fac. ad hoc quod
not. secundum Ioan. Mon. sup. eod. lib. &
tit. cum in illis. super glo. electio. in fi. nec
semper nomē istud, alius, facit positionē,
vt not. sup. de rescript. sedes. in 4. glo. &
in cle. abbates. eod. tit. per D. m. super ver.
aliis. & 26. dist. deinde. & in 1. glo. in tali
casu valeat mandatum quoad non sacer-
dotalem, nō autem quoad sacerdotalem.
si tempore datæ non habeat ætatem ido-
neam ad ordinem sacerdotalē, & hoc pro-
bat aperte cap. istud, & prædictum cap. si
eo tempore. ex quibus etiam dici potest,
3 quòd rescriptū † potest pro parte valere,
licet pro alia parte non valeat, & quod v-
tile pro inutile etiam in rescripto non vi-
tiatur in separabilibus. fac. quod not. D.
m. in clemen. eod. tit. c. 1. in glo. si intelli-
gas. in gl. quod si non. ibi, videtur idem. idem
not. Dom. m. in clemen. eod. tit. cap. 1. &
ibi de offi. ord. c. 2. bene fac. sup. de re iud.
cum olim. & ibi vtroque casu subaudi cū
prouidetur, vel prouideri mandatur non
proprio motu etiam de certa præbenda, &
4 in fi. & est ratio, quia † vbi non exprimi-
tur nō potest notari subreptio, & ideo va-
lent litteræ, & aliam expectabit, & habe-
re debebit: sed vbi exprimitur certa præ-
benda potest notari, & est ibi subreptio,
& non valent litteræ, ideoq. aliam nō ex-
pectabit, nec aliquam habebit, & hæc
vera vbi sunt præbendæ sacerdotales, &
5 aliæ. Si autem † omnes essent sacerdota-
les, tunc esset etiā non expressa certa præ-
benda subreptio sine debitis non obstanti
bus, & nullam haberetis, pro quo scribi-
tur, si tempore datæ non erat ætatis legi-
timæ ad sacerdotium, nisi iam esset ca-
nonicus, & ignorasset ipsas præbendas,
omnes esse sacerdotales: quia si tunc non
erit sufficiētis ætatis tempore vacationis
præbendæ habebit eam ratione canonica
tus, si alius non sit eadem auctoritate expe
ctans. ar. sup. eod. tit. & lib. si clericus. 2. re-
spon. si tamen esset is, cui prouidetur, vel
prouideri mandatur semper de præbenda
minor septennio tunc esset rescriptū sub-
reptitium, & nullam haberet. sup. eo. tit.
super inordinata, & sup. de rescript. si eo
tempore. eod. lib. Insup. Archi. contra. ibi,
tolli videtur quasi. in fi. hoc nō videtur be
ne dictum, nam facilius derogat, & dero-
gare velle præsumitur Papa per suas litte-
ras, & non obstantia ipsarū iuri commu-
ni, & impedimento à iure communi pro-
cedenti, quàm statuto, vel impedimento
à statuto procedenti, vt sup. eo. lib. de con
stit. c. 1. sed in primo non derogat per ge-
neralia non obstantia, vt sup. dicitur, er-
go nec in secundo derogabit per genera-
lia non obstantia, nisi forsan proprio mo-
tu scribat. ad hoc dicam, & quod scripsi de
de simon. Iacobus. in vlt. quæst. fac. etiam
quod not. per D. m. sup. eod. lib. de fil. pres.
c. 1. super glo. quia non quinimmo. & si e-
tiam proprio motu scribat D. Papa, non
propterea derogabitur statuto ecclesiæ, ni
si saltem per clausulam generalem, Non
obstantium, in Papalibus litteris apposi-
6 tam, licet absque ipsa per † proprium mo
tum

tum vitetur subreptio, vt infra dicitur, & in fi. audiuio btentum, & sententiatum esse in palatio Papæ q si in ecclesia sit statu tum vel consuetudo, q nullus ibi recipiatur nisi receptionis tempore sit sacerdos in dicta ecclesia impetrans recipiatur nihilominus si impetrauit in gratia speciali, quia in tali gratia dicitur non obstantibus quibuscunque statutis, &c. Secus esset si
7 in forma pauperum impetrasset, cum † in forma pauperum non tollantur statuta, & consuetudines ecclesiæ, licet alia quædã obstantia, per non obstantia in ipsis litteris posita tollantur, vt in forma apparet. hoc probat etiam sequens glo. forte posset dici, q illa non obstantia generalia non plus operentur, quàm cum Papa proprio motu scribit: quo casu licet tollatur impe dimentum subreptionis, & validetur gra-
8 tia, non † tamen tollitur defectus ætatis, vel alius defectus, vnde nihilominus via communis iure poterit opponi talis defectus, non quoad litteram, sed quoad finẽ, vt impetrãs non debeat recipi ad præbendam sacerdotalem, durante ipso defectu,
9 quasi hoc sit de intẽtione scribentis. † Expectabit ergo talis, pro quo scribitur quousque sit habilis, & cesset defectus. vel dicendum, q aut id quod obstat rescripto, & de quo debet in ipso fieri mentio ad hoc vt tollatur ipsius subreptio, & habeat suũ effectum, procedit ex facto proprio impetrantis, aut ex facto alterius: primo casu
10 non sufficiunt non † obstantia generalia. secundo casu sufficiunt. Exemplum, in pri mo beneficiato impetrante prouideri sibi de ecclesiastico beneficio, non obstante, q beneficiatus existat, quod non sufficit, vt in clem. de off. ord. & si Apostolicæ. & de præbẽ. c. 1. secundo casu pone exemplum in casibus glo. & ad quem finem sufficiũt, habes sup. & hoc verum in secundo casu, nisi proprio motu scribat: tunc enim proprius motus subreptionem, & non obstantia generalia impedimenta omnia tolleret, & vbi ex facto impetrantis procedũt.
11 vel dicendum, q aut † impedimentum gratiæ obstans procedit à iure naturali, vel quasi, vt quia ille, cui sit gratia infans. ad hoc sup. eod. tit. super inordinata, & infra de iud. si annum xiiij. §. si vero. sup. eo. lib. vel est furiosus. ad hoc clem. de hom. si furiosus. vel est illitteratus omnino, v el est laicus. sup. de insti. c. 2. vel mulier, in quos nullo modo cadit beneficium, secundum Inno. & de concess. præbend. cum nostris. vel similis, aut à iure positiuo, & tunc aut à iure communi, aut priuati. s. priuilegio, statuto, consuetudine, vel onere à principio imposito à quocunque non per modũ statuti. 18. q. 2. Eleutherius, & de præben. significat. de condit. appo. c. verum. inf. de reg. iur. contractus. & sup. de pact. c. pactũ. eod. lib. primo casu etiam si proprio motu concedat gratiam, & clausula generali Non obstantium, gratia ipsa, nisi aliter Papa suam voluntatem exprimat, exprimendo in litteris gratiæ ipsum impedimẽ tum ipsi gratiæ obstans. ad hoc quod scripsit Archi. de rescrip. c. si eo tempore. sup. eo. lib. & D. m. de æta. & qual. c. eam te. & idem videtur in duobus casibus, quos scripsi sup. eo. lib. de offi. vica. c. licet. & su per glo. hæc littera. ibi, ab ipso patrono. circa fin. ver. nec sufficeret. ad hoc sup. eo. tit. & lib. c. 2. & cap. dudum. §. uos ergo. & clem. de procur. nõ potest. & quod ibi scri psi. secundo vero casu si proprio motu scri bat, sufficiunt quoad consequendum effectum gratiæ generalia non obstantia. si ve ro ad petitionem alterius, tunc non sufficiunt generalia non obstantia. nisi quoad subreptionem gratiæ impetratæ tollẽdæ, non autem quo ex tunc ad gratiæ consequendum effectũ; quin via iuris communis possit gratia impugnari: non enim potest impedimentum gratiæ nisi prædictis
12 modis à iure positiuo procedere. † Nam si non esset ꝓhibens, non esset impedimen tum prohibitum: procedit ergo à prohibitione impedimentum gratiæ ipsi obstans, quia omnia licerent, nisi iura vetarẽt. 31. q. 10. dixi t Sarra. fac. quod scripsit B. de translat. inter corporalia. in glo. argumen tum. q non est concessum. & Host. & D. m.
13 Insup. dicit Archi. ibi sit † annexus ordo, dixerunt Inno. & Host. sup. eo. tit. c. vlt. q siue præbenda vacãs ordini sacerdotali sit annexa, siue non; est tamen in tali ecclesia, vel esse debet certus canonicorum numerus, quorum aliqui debẽt esse sacerdotes: si moriatur aliquis de numero sacerdotum, non assignabitur præbenda canonici mortui ei, qui non potest esse sacerdos, & secun-

& secūdum hoc dictum uidetur dicendū; q̃ si locus huic decisioni siue præbenda sit annexa sacerdotali ordini, siue sacerdotalis ordo sit annexus præbendæ, siue nondum, modo ille, per cuius mortem uacat præbenda, quam ille canonicus tenebat, debebat esse sacerdos, & erat de numero illorum canonicorum, qui debebant esse sacerdotes, & erat sacerdos, & ibi de cler. non resid. c. si. primo casu oportet q̃ sit sacerdos. secūdo casu, q̃ sit in ætate sufficienti ad sacerdotium. in tertio casu non oportet q̃ sit in prædicta ætate, nisi mādaretur, q̃ quamuis non promoueretur ad sacerdotium, fructus recipiet: quia tunc in isto casu, & prædictis duobus casibus non valerent litteræ, nec statutum, consuetudo, vel priuilegium per specialia tantum, secundum Archid. vel saltem generalia secundum D. m. non obstantia in litteris impetrantis posita tollerentur. Si autem tertio casu non mandaretur dari, valerēt litteræ, licet de prædictis obstantibus non facerent mentionē. si tamen receptus peteret fructus præbendæ, obstaret sibi exceptio prædicti statuti, consuetudinis, vel priuilegij.

14 Ad† declarationē istius c. & ipsius materię, videtur distinguendū sic, aut ordo sacerdotalis, vel alius in ecclesia in qua scribitur est annexus canonicatui, aut præbēdę, aut vtriq., aut neutri; & sic vterq. vel alter, aut oportet, q̃ is q. assumitur tūc tpis sit in ordine annexo, aut q̃ ad illud promoueatur, & vtroque casu, aut prouidetur, vel prouideri mādatur de canonicatu, aut de præbenda, aut de vtroque: & si de vtroque, aut primo de canonicatu, & postea de præbenda, aut primo de præbenda, & postea de canonicatu. Item aut generaliter, aut specialiter, aut proprio motu, aut ad petitionem alterius, & aut cum clausu-

15 la, Non obstan. aut sine. Primo † casu si prouidetur, vel prouideri mandatur de canonicatu certo expresso, & ad petitionem alterius, & sine clausula, Non obstātium, & is pro quo scribitur, non habet ordinē annexum canonicatui, vt in primo, vel ætatem sufficientem ad illud recipiendum, vt in secundo, non habebit canonicatum illum, vel aliū, & per consequens nec præbendam ad præbendam: q̃ si ad nullum aptus erat, ad nullum recipietur, & per consequens nec ad præbendam. Si vero est in ordine, vt in primo, vel in ætate, vt in secundo, vel licet non sit, est tamen in litteris clausula, Non obstantium, specifica secundum Archid. vel saltem generalis secūdum D. m. hic. & de hoc infra dicetur. habebit canonicatum, & per consequens, & præbendam. sup. eo. tit. relatum. & eod. tit. & lib. c. si clericus. vlt. respō. & c. ij qui.

16 & c. si postquam. Si autem † proprio motu, & hoc exprimitur in litteris Papæ tantum, quia secus in litteris aliorum; tūc aut cum clausula, Non obstantium, saltem generali, aut sine. Primo casu tollitur subreptio, & habebit canonicatum, & consecutiue præbendam. secundo casu licet tollatur subreptio, non tamen habebit canonicatum, & per consequens nec præbendā, nisi cum fuerit in ordine annexo, vt in primo, vel in ætate sufficienti ad illum, vt in secundo: non tamen eo casu confertur sibi præbenda per exequutorem, sed per illum, ad quem spectat collatio, vt in d. c. si clericus, vlt. respon. si vero prouidetur, vel prouideri mandatur de præbenda habenti dictum ordinem annexum, tunc idem iuris in omnibus, & per omnia, sicut cū de canonicatu, vt. s. præbendam, de qua prouidetur, vel prouideri mādatur, aut aliam, vel nullam cum canonicatu, vel sine, consecutiue tamen habeat, vel non habeat is, pro quo scribitur. & hoc verum, si omnes præbendæ sunt canonicales, aliàs secus, quia tunc licet habeat ille, pro quo scribitur præbendam, non tamē per consequēs habere debet canonicatum. ratio, quia

17 per † canonicatum datur præbenda, sed propter præbendam non datur canonicatus, vt scripserunt Inno. & Host. de consti. cum M. quòd si de vtroq. prouidetur, vel prouideri mandatur, & vtrique dictus ordo est annexus; tunc alit ambos. s. canonicatum & præbendam: aut neutrum habebit, prout scribitur in specie vel in genere sufficienter cum clausula, vel sine clausula, Non obstantium, & proprio motu, uel ad petitionem alterius, ut præmittitur. Si vero canonicatui tantum, vel præbendæ tantum sit dictus ordo annexus, tunc si est annexus canonicatui, & prouidetur, uel prouideri mandatur primo de canonicatu & postea de præbenda, habebit, uel non habebit

bebit canonicatum, vt.s.& canonicatu habito debet habere præbendam, & eo non
18 habito, non debet habere præbendam,† tamquam accessoriam canonicatui. si autem est annexus præbendæ, tunc habebit canonicatum sine aliqua clausula, tamq̃ principale, ac etiam præbendam si canonicatui sit annexa, vel consueta tantum canonico dari tamquam accessoria. supra eo.tit.& lib. c.super eo. & c.quia sæpe. & inf.eo.tit.c.si is cui.& clem.eo.tit.c.si iuxta:alioquin habebit canonicatũ sine prębenda nisi habeat sufficientem clausulam Non obstantium, quòd si primo prouideri mandatur de præbenda,& postea de canonicatu, si est ordo annexus præbendæ, non habebit eam, nisi sit tempore datæ in ordine annexo eidem, vt in primo, vel aptus ad ipsum recipiendum vt in secundo, nisi habeat sufficientem clausulã, Non obstantium. canonicatum autem habebit vel nõ habebit, sicut etiam præbendam nec primo prouideri posset de canonicatu,& po-
19 stea de præbenda† per ordinem scripturæ seruandum, vt in d. c. si clericus. & etiam
20 ibi not. aliud. Nam † si canonicatus, & præbenda insimul non vnus alteri essent annexi, quia tunc non esset principale,& accessorium, & ideo habito tunc canonicatu non propterea haberetur præbenda, vel econtra, seu neutrum sine altero haberetur. fac.ne sed.vac.cap.1. & quod ibi not.& per D.m.in clem.inf.eod.tit.per litteras. bene facit infra de conse. ecclesi. vel alt. c.si ecclesiam.& sup.eo.lib.& tit.si super eo.& eo.tit.c. extirpandæ.§. qui vero.
21 & quod ibi not. Hoc † autẽ aduertendũ, quia cum scribitur prouideri de certis canonicatu & præbenda, non potest prouideri de aliis, & videtur scribi de certis in hoc casu, etiam si non exprimatur aliud, nisi quod mandatur prouideri de canonicatu, & præbenda sacerdotali, vnde tunc nõ habet locum istud c. sed cum scribitur in genere, tunc habet locum:& si non habet ordinem annexum is, pro quo scribitur, vt in primo, vel ætatem aptam ad illum, vt in secundo, expectabit alios canonicatum & præbendam:non tamen sacerdotales, cum tempore datæ gratiæ non esset in illo ordine, vel non haberet ætatem ad illum recipiendum, sed diaconales, vel subdiaconales, vel alias præterquam sacerdotales: ratio, quia cum de certo scribitur est subreptio. secus quando in genere nisi forte oẽs essent sacerdotales, quia & tunc etiam potest notari subreptio, & ideo nullam habebit: & hoc verum, nisi esset canonicus,& ignorans omnes esse sacerdotales impetrauerit. ad hoc prędictũ c.si clericus. vltimo vero casu cum scilicet neuter est ordo annexus. hic nullũ dubium quia semper habebit dummodo sit clericus,& maior saltẽ septemnio, aliàs nõ, nisi Papa pro tali ex certa sciẽtia scriberet, vt not.sup.eod.lib.de rescrip.si eo t pe.per Archid.& D.m.& quia superius dixi me dicturum de ista clausula nõ obstan. vide-
22 tur dicendum sic,† aut Papa scribit proprio motu, aut ad petitionẽ alterius, item aut addit ius de nouo, vel constitutionem fac. & isto casu, & cum proprio motu scribit sufficiat quoad omnem effectum clausula non obstan. etiã generali. ad hoc sup. de mag.c.vlt.& de hære. c. sicut ait. & ita loquatur sup.eo.lib.de constit.c.1. & sup. eo.tit.& lib. si motu proprio. si vero facit gratiam aliud respiciens ius priuatum, & ad petitionem alterius; tunc aut illud impediens, de quo debet fieri mentio, procedit ex facto proprio impetrantis:aut quia est beneficiatus, & impetrat beneficium, vel est defectuosus, & tunc non sufficit mentio, seu clausula generalis, sed debet esse specialis & specifica dupliciter.s. specificando ipsius defectum pro quo scribitur,& causam illius.s.statutum, consuetudinem, vel priuilegium, propter quod etiã talis defectuosus redditur, vt in isto c.s.ęta tis vel ordinis, vel alterius,& idem si ex facto alterius publico vel aliàs sibi noto, tũc sufficiat saltem mentio, vel clausula, Non obstan. generali, maxime aliqua expressione præcedente,& secuta clausula generali. ad hoc sup.eo.lib.de procurat. quid ad agendum.& clem.eo.tit.non potest.& qđ not.sup.eo.lib.de off.vica.cum in generali.& de commo.c.1.& isto casu locum habeat dictum D.m. videtur etiam posse rationabiliter dici, vt quod operatur sine clausula, Non obstan. in gratiis proprius motus Papæ vt.s.subreptionem tollat tantum non aliud impedimentum, idem operetur generali clausula, Non obstan. cum

ad pe-

ad petitionem alterius Papa fac. gratiam, vt s. tollatur vitium subreptionis, remanet tamen contra rescriptum via iuris communis, & hoc quando procedit impedimēto ex facto alieno, non proprio, & huic addatur distinctio quam feci sup. eod. lib. de rescri. si propter tua debita, & ista illi, & quod scripsi sup. eod. cap. insup. dicit Archid. in fine.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia secularia semper sunt perpetua, regularia vero conditionaliter.*

CAP. XXX.

1 SI *pauper clericus.*] In glo. vlt. ad fi. ibi sint † perpetua. hoc verum in secularibus præcise, ac etiā in regularibus, conditionaliter tamen. s. si collegiata, vel curata sit, & per electionem vel confirmationem de Prælatis vel rectoribus reformatur: aliàs secus. ad hoc sup. de statu monach. c. 2. §. prioratus. & §. priores. & quod ibi not. per Innoc. Hostien. & D. m. fac. infra de cappel. mon. presbyteri. & clemen. de rescript. cap. 2. & de sup. neglig. prælat. c. quia regulares. & quod ibi not. per Dominum meum.

SUMMARIUM.

1 *Collatio ordinarij non valet stante reseruatione motu proprio vel vim constitutionis generalis facta.*

2 *Collatio & reseruatio Papalis æquiparantur violentia, non gaudet priuilegio possessionis.*

3 *Prouisus à Papa concurrens in data cū prouiso à legato, aut ordinario cæteris paribus præfertur. & nu. 4.*

CAP. XXXI.

SI *à sede.*] In glo. quid si per alterū istorum. in fi. in eodem collatore loquitur ibi, hic vero in diuersis, quorum vnus est maior, alter minor. pro dicto D. m. sup. eod. lib. & tit. si pluribus. 1. & 2. respon. per cap. videtur, quòd vbi pro-

1 prio † motu Papæ hoc expresso, facta est reseruatio non valeat collatio per ordinarium facta, & idem videtur si sit reseruatio generalis, quæ habet vim constitutionis, & idem si non proprio motu per c. beneficia. in prin. sup. eo. lib. & tit. vbi æquiparā-

2 tur † collatio, & Papalis reseruatio cum decreto. fac. ad hoc clem. vt lit. pen. cap. si duobus. §. neutro autem possidente. Nūc cum agitur quis eorum sit potior, licet alter prius in possessione fuerit, quam non habet ipse, sed alius, & intelligi debet, q fit in possessione naturaliter, & ciuiliter, nam si violēter alium spoliasset, tūc secus,

3 cum talis violentia † gaudere non debeat priuilegio possessoris. ad hoc sup. eo. tit. & lib. eum qui. in glo. 1. in fi. si ad episcopum & ad inferiores pertinet collatio, ita quòd quilibet conferre potest, vt pote inferior præscripsit beneficiorum collationē contra episcopum, non tamen taliter, quòd episcopus etiam non possit conferre, sed est locus præuentioni secundum ea, quæ scripsit D. m. de offi. ordi. pastoralis. super 1. glo. & eo. tit. c. cum episcopus. lib. 6. tūc etiā quod hic dicitur pari ratione locum habet. fac. quod scripsit D. m. de off. Arch.

4 ad hoc. §. fi. & de off. vica. c. 3. Sed † quid si Papa conferat vni & legatus, vel alius habens vterq. specialem potestatē conferendi à Papa, conferāt alteri vnum & idē beneficium, & neuter collatarius possidet, nec apparet q̄ collatio prius fuerit facta, quis præfertur, & videtur, q is, cui est à Papa facta collatio, licet ei vtraq. collatio possit dici à sede Apostolica facta, vt sup. eod. tit. & lib. c. hi tamen, qui à Papa immediate facta procedit à maiori. s. Papa, & à maiori auctoritate. ad hoc sup. eo. tit. & lib. c. dudum. §. nos ergo. fac. quod scripsi sup. de offi. vic. c. licet. super glo. hæc littera, ibi q sic insup. hoc non videtur.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio cap. eum qui. supra eod. tit. habes locum in monachis & aliis religiosis.*

2 *Abbas vtrum possit dispensare quod* mona-

monachus possit transire ad æqualem vel maiorem ordinem.

CAP. XXXII.

1 Cum singula.] Canonice Per hãc † litteram dico quòd c. eum qui. sup. eo. tit. & lib. habet locum etiã in monachis, & aliis religiosis. ad hoc sup. de regul. cap. vlt. & constitutio extrauag. Benedicti Papæ xij. Pastor bonus. in sup.
2 ibi xxiiij. vbi dicitur † abbas dispensare, ꝙ monachus ad maiorem trãseat ordinẽ. sup. de regul. licet. & c. sane. vel etiam ad parem ex causa, sed non ad minorem, vel etiam ad maiorem secundum Host. vt ipse not. & D. m. post eum in infrascripto c. non est. super 1. glo. Lap.

SUMMARIUM.

1 *Canonicorum receptio in collegiatis non cathedralibus, vtrum pertineat ad episcopum, vel ad capitulum, vel ad prælatum capituli.*
2 *Canonicorum receptio alia facti, alia iuris.*
3 *Absentes an sint vocandi in receptione canonicorum ad mandatum superioris.*
4 *Receptio iuris debet fieri collegialiter.*
5 *Receptio facti fieri potest à singulis singulariter.*

CAP. XXXIII.

1 Cum in ecclesiis.] Facit † hæc littera in ecclesiis, ꝙ in ecclesiis collegiatis inferiorib. ecclesiis cathedralibus receptio canonicorum, & præbendarum, & beneficiorum collatio non ad episcopum, sed ad prælatum, & capitulũ vel potius ad prælatum cum consensu capituli talium ecclesiarum pertineat de iu-
2 re cõi. & quod inf. dicit † receptio, quæ est duplex, s. iuris & facti, hic loquitur de receptione iuris, & quæ fit non ad mandatum superioris. si enim ad mandatum su-
3 perioris fieret, tunc, vt dicit glo. † non essent vocãdi absentes nisi saltem tot, quot sit ad receptionem duplo, vel saltem maior pars, aliàs non valeret receptio. ab inde supra, non sint vocandi, nec possunt agere de contemptu. & est ratio, quare tunc debet ita reuocari, quia ex quo superior mãdat, quod recipiatur de iure, vult quòd fiat quod iuris est: sed de iure est, ꝙ rece-
4 ptio sic fiat, vt hic. † & debet fieri colle-
gialiter sicut in capitulo. licet sufficiat, ꝙ
5 à singulis de capitulo fiat. receptio † verò facti põt fieri à singulis singulariter, etiam extra capitulum, & ab excommunicatis: nec ad istã debent absentes vocari secundum ea, quæ not. de rescript. eam te. & de præben. pro illorum. & scripsi in cap. Iacobus. de simo. & not. infra de concess. præben. si capitulo. in sup. fac. ff. ibi corruptibile. bene fac. quod not. inf. de regul. beneficium. super 3. glo. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Mors naturalis, fatalis, casualis.*
2 *Mors quid, ex Seneca.*
3 *Mors quid, ex Aristotele.*

CAP. XXXIIII.

1 Præsenti.] In glo. 1. vita priuari, in fi. item est † mors alia naturalis, alia fatalis, alia casualis, vide in Catholi. in morte. Item vt ait Sene. lib. de reme-
2 diis fortuitorũ. in prin. Mors † omnia abscidit, alia nos torquent. idem de quæstionibus naturalibus. lib. 5. in vlt. col. Mors vere lex est, mors tributum, officium mortalium, malorumque omnium remedium
3 est. Item vt ait Philosophus, † Mors est somnus æternus, dissolutio corporum, diuitum pauor, pauperum desiderium, incuitabilis euentus, incerta peregrinatio, latro hominis, fuga vitæ, viuorum discessio, resolutio omnium.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur aliquot constitutiones pontificiæ reseruãtes beneficia & disputat, an alte-*

an altera alteri denegetur.
2 *Facultas conferendi beneficia per Papam concessa, an & quando expirent per mortem Papæ, & reuertatur facultas ad suum collatorem.*

CAP. XXXV.

1 SI *Apostolica.*] Vel alia quauis.s. † sua, Bonif. Papæ viij. quæ incip. Pię sollicitudinis. sub dat. Later. tertio Non. Maij. Pót. ipsius anno primo. postmodũ similem constitutionẽ fecit Papa Clemens v.s. reseruando prouisioni Apostolicæ sedis, verum Ioannes Papa xxij. & Benedictus xij. eandem fecerunt reseruãdo dispositioni eorum quousque viuerent. sed nunquid erat necesse facere hic mentionem de dictis constitutionibus. & est sciẽdum, ꝙ non. ad hoc sup. eod. lib. de constit. c. 1. sed nunquid expirauit, vel durat dicta cõstitutio Bonifacij, & Clementis etiam? Est sciendum, ꝙ non expirauit, sed durat. non enim sunt contrariæ, sed diuersæ: est tamẽ eis derogatum quoad parochiales ecclesias per istud c. vel saltem derogatum reseruationi Bonifacij, & Clementis, quia emanauit nõ ante sicut illa Bonifacij, sed post istud c. cui derogat, nec sibi derogari potest per istud c. quod præcedit. In glo.
2 per collationem, ibi commissionem. si † cõmissio fiat non in modum gratiæ factę illi, cui scribitur, sed de prouisione alij faciẽda cõmittitur, vt quia certæ personæ prouideri mãdatur, illa quidem expirat re integra, morte Papæ, vnde non haberet locum quod de commissione dicitur. si enim in modum gratiæ fecit illi pro quo scribitur cui committitur, tunc non expirat, etiam re integra morte Papæ, nec etiã primo casu expirat morte Papæ re non integra, vt inf. eo. tit. si cui. 1. & 2. respon. non tamen habebit is, cui Papa committit re integra; sicut Papa haberet, vt sup. eod. c. statutum. quo elapso expirat commissio, & reuertitur prouidendi potestas ad eum, ad quem prius quàm vacaret spectabat, quo casu poterit de illa prouideri per eũ, & per legatum Apostolicę sedis de latere, vt in dicto c. statutũ. seruata forma ipsius, & etiam per delegatum Papæ, si Papa intendebat illum, ad quem spectabat graua re, aliàs non. fac. clem. eod. tit. si de beneficio. sic ergo intelligendum, ꝙ secundum Archid. de commissione scribitur.

SUMMARIUM.

1 *Facultas conferendi beneficium, & mãdatum, an & quando expirent morte Pontificis re integra.*
2 *Mittas in possessionẽ, & immissum defendas, quid importet.*
3 *Papa, & legatus possunt afficere beneficia, & dare ius ad vacatura.*
4 *Citatio vtrum requiratur ad perpetuationẽ iurisdictionis in casu de quo hic.*

CAP. XXXVI.

1 SI *cui.*] *Expressione.*] Idem si facta expressione, dummodo † nõ in fauorem tantum beneficiandorum, sed beneficiantis solum, vel ipsius, & beneficiandorum, vel ecclesiæ tantum, vel ipsorum alterutrius & ecclesiæ sit concessa beneficiãdi facultas. Ad primum dictum fac. inf. eod. c. §. secus. ar. à contrario ibi, certe facienda proprie, & ibi nõ ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur. Dicẽdum ꝙ in omni casu præterquam scilicet cũ fauore tantum ecclesiæ, & tunc si nomen eius cui prouidendum est non exprimitur, potest cõmissarius alteri committere vices suas. sup. eod. lib. de offi. dele. si super gratia. & clem. eo. tit. iudices. & sup. hoc tit. & lib. is cui. beneficia etiam curata hic, & sup. eo. tit. & lib. c. dubij. & c. is cui veniẽs ad hoc sup. eo. tit. & lib. si tibi concessum. infra de reg. iur. beneficium. sup. dę ver. signi. tua. cum similibus. secus cum mandat prouideri. sup. eo. tit. c. licet. & c. cum in illis. 1. respon. & scripsi in dictis capp. dudũ. & is cui. in glo. an possit. in fi. vbi dicit, Audiui curiã tenere, ꝙ si in rescripto est clau
2 sula, Mittas † in possessionem, & defendas inductum, talem executorem posse defendere possessionem, etiam ei, qui aliquãdiu habuit pacificam, quasi talis sit illi conseruator, cui officium durat, vt dicitur de off. deleg. c. vlt. §. officium. sup. eod. lib. in glo.

quando

3 quando dicatur ibi sicut† Papa, possunt ta men afficere, & ius dare ad vacatura sicut legati, licet expirent, vt ibi: & vide quod not. ipse D.m. sup.eod. tit. & lib. hi qui. super ver. quorumcunque.& ibi quod vo

4 catur vbi procedit, vt iudex videtur † ad perpetuationẽ debere præcedere citationẽ: sed vbi procedit, vt executor, videtur sufficere incipere à processu, ꝙ sine citatione sufficit ad perpetuationẽ, nisi aliud mandaretur per superiorem obseruari. Lapus.

SUMMARIUM.

1 *Factum alterius, an & quando liberet eum, qui tenebatur factum illum facere.*

2 *Pœna commissa, an & quando tollatur per adimplemẽtum ab altero factum.*

CAP. XXXVII.

1 Si *episcopus.*] *Vel alium.*] Concordat† lex.ff.de ver.obli.cum seruus. vbi dicitur, ꝙ si teneor aliquid facere,& alter id facit, etiam sine mandato meo hoc mihi prodest: nam si mihi des pecuniam vt seruum manumittam, & alter eum manumittit, hoc sufficit mihi,vt ibi not.sic si soluis creditori meo,incontinenti me liberas.ff.de neg.ge.l.soluendo. vt scripsit Io. & Archid.31.q.3.cap. si qui. in glo.quoad

2 pœnam.† vide quod scripsit D.m.sup.eo. lib.de foro comp.eum C.laicus.super ver. obligatis.infra de reg. iur. peccatum. in 2.glo.super ver.inuito. & quod ibi scripsi in glo.in re,non in spe.ibi.§.porro.imo etiam debet medietatem reddituum habere. quod dic vt in extrauag.Ioan. suscepti.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius collator habens etiam indultum Apostolicum, an & quando dicatur illo vsus fuisse.*

2 *Indultum Apostolicum habens, an & quæ beneficia possit conferre.*

3 *Beneficia vacantia in curia seu reseruata non possunt conferri per eum, qui habet indultum.*

CAP. XXXVIII.

1 Quamuis.] In glo.si ergo. Insup.ibi l.prima. hoc exaudi † si velit vti gratia quoad sua,& hoc expressit in conferendo,alioquin in dubio ex quo in suis duplici auctoritate vti poterat,dicetur Apostolica auctoritate contulisse.computabuntur ergo in numero.fac.quod scripsit D.m.sup.eod. lib. de elect.si postquã.in glo. vel ipsi.& quod scripsi in d.c.cum aliquibus. insup.ea.glo. vltra mediũ ibi pro pertinẽtia ad propria. hoc verum si volebat in collatione suorũ ipsa aliàs sita in suis vti nolebat ꝙ poterat ad hoc.c.cum aliquibus.in fi. cõputabuntur in gratia & numero,imo plus: quia & si non exprimatur in gratia auctoritate nostra, si velit vti gratia, & exprimat, & in suis dicetur, collatio facta auctoritate Apostolica,prout scripsi inf. de ver.sig.c.vlt.

2 Sed nunquid de beneficio† spectãte ad collationem Papæ, ꝙ aliqui ipsorum clericorum suorũ obtinent exempto; vel non exẽpto poterit vigore talis gratiæ ipsam obtinens prouidere? videtur, ꝙ sic. ad hoc sup. eod.tit.& lib.c.hi qui.& clem.eo.tit. si de beneficio.& sup.eo.tit. c.venerabilis. fac. quod not.sup.eod.lib.de off.leg.c.1.& pla

3 cet hoc verum, nisi † vacaret in curia Romana, vel nisi esset prouisioni Apostolicæ reseruatum.sup.eo.tit.& lib.c.2.& de ele. si eo tempore. Insup.istũ finẽ ibi,sine fraude receptũ. fac.quæ not.inf.de reg.iur. sine culpa.in q.in 1.parte 1.partis.in prin.

SUMMARIUM.

1 *Annexa pro vno reputantur, & eodem iure censentur.*

2 *Expectans non potest acceptare præbendam vacantem alteri beneficio, seu dignitati annexam.*

CAP. XXXIX.

1 Si *is, cui.*] *Non annexam.*] ideo† dicit, quia si esset annexa dignitati, personatui, vel officio, tunc ratione connexitatis

xitatis pro vno reputantur dignitas, perso natus, & officium cum præbenda; ita q ha bita præbenda, per consequens haberetur dignitas; & habitâ dignitate haberetur & præbenda eidem annexa, & vacãte digni-
2 tate vacaret præbenda, aliàs nõ: vnde † expectatio præbendæ, vel dignitatis non habet locum, ex quo altera ipsarũ esset collata. ad hoc sup. eo. tit. & lib. c. super eo. & c. quia sæpe. & inf. de conse. eccle. vel altaris ecclesiam. 1. respon. & ibi, & in cle. hoc tit. c. si iusta. & quod scripsi sup. eod. tit. & lib. c. ei cui. in distinctione, & quod scripsit D. m. inf. de reg. iur. cum quid prohibetur. in quæstione. In glo. inseparabilibus. in fi. ibi vrile. & sup. eod. lib. de rescrip. si eo tẽpore. & sup. eod. tit. & lib. c. ei cui. In glo. hic. & sup. in fi. & quod not. sup. de restit. spol. olim causam. in 2. glo. & super eam per Dominum meum.

SUMMARIUM.

1 *Decretum Papæ, an quatenus & quando liget ipsum Papam.*

2 *Renunciatio clausulæ, Ante ferri, &c. an possit subsequi, vel antecedere debeat collationem alteri factam.*

CAP. XL.

1 Q*Vodam.*] Contra decretum, † &c. non obtinet firmitatem ex hoc, & in cle. de conc. pręb. cum ei. 1. respon. in fi. apparet decretũ Papæ afficere non solum inferiores à Papa etiam ignorãtes, verum etiam Papam, & ipsius executores, nisi aliud exprimatur. In glo. vide quod dicam ibi prærogatiua. fac. quod not. secũdũ Io. Mo. & D. m. sup. eo. ti. & lib. statutũ. super ver. post mẽsem.
2 Sed dubitatur † si antequam habens clausulã dicat se nolle vti ea, facta sit collatio præbendæ vacantis primo superueniẽte, postea voluntate illius, quia non vult vti prærogatiua clausulæ, vtrum valeat, & videtur per istam decr. & per ea quæ ibi scribit D. m. q non. debet ergo præcedere collationẽ præbendæ volũtas vsus dictæ clausulæ: aliud esset si inesset impedimentũ in impetrante vel in rescripto nullũ reddens rescriptum: quia tũc valeret collatio præcedens declarationẽ talis impedimenti, & idẽ puto si ante collationem præbendæ facta esset factam, primo esset facta renũciatio vsus dictæ clausulæ; licet hoc non peruenisset in notitiam conferẽtis, vel collatarij. fac. ad hoc sup. eod. tit. & lib. licet eps. & quod not. Compo. sup. de elect. considerauimus. & quod not. in c. auditis. & de re iud. cũ Bertoldus. & de cõc. præb. inter dilectos. Lap.

SUMMARIUM.

1 *Communiter vel diuisim quomodo intelligatur de mandato de prouidendo.*

2 *Prælatus an sit de capitulo, & veniat appellatione capituli.*

3 *Beneficia spectantia ad collationẽ prælati, vtrum comprehendãtur in mandato de prouidẽdo cõtinente beneficia ad capitulũ cõiter, vel diuisim spectãtia.*

CAP. XLI.

M*Andatum.*] Insup. habet duplicẽ in fi. tenendũ videtur cũ Io. Mona. & Arch. vt sup. clausula cõi-
1 ter, † vel diuisim referatur ad 2. & vlt. respon. huius c. quia vtrobique par est ratio ex quo vtroque casu sunt de capitulo, videlicet quando non iure dignitatum, vel præbendarũ; sed iure capituli conferunt, capitulum conferre dicatur: & ideo comprehendũtur, vt 1. respon. huius c. & quando iure dignitatum, vel præbendarũ conferunt, iure singulari nõ iure capituli conferunt, & ideo sine clausula comprehẽduntur: tamen tamquam existentes de capitulo conferunt, & ideo cum dicta clausula
2 comprehenduntur. secus † autem est in prælato, quia non est de capitulo, sed pro se, nec venit appellatione capituli, vt sup. de his, quæ fiũt à præla. sine con. cap. in rubro, & nigro. prout etiam not. D. m. in cle. de æta. & qual. vt hi qui. & de regular. vt
3 professores. vnde † per clausulam, Communiter vel diuisim, in hoc casu non veniunt beneficia pertinentia ad collationem prelati: debet ergo manere disiunctiua, vel; & non poni negatiua, non, & forte idem

idem iuris quod est in secundo, & vlt. rñ. erit quando ratione canonicatuum, nõ ex cõmissione capituli spectaret collatio ad canonicos. fac. quod not. Inno. & Host. su pra eo. c. vlt. super ver. beneficio, & idem, & eadem ratione vsque ad ver. & est hoc verum. & quod not. Ber. sup. ne se. vac. c. 1. in glo. 2.

DE CLERICO ÆGROtante, vel debilitato. Titulus V.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione regulariter nõ veniunt episcopi.*

2 *Coadiutoris consensus an requiratur in beneficiorum collatione.*

3 *Coadiutor confert beneficia quando prælatus non est sanæ mentis, vel remotus, vel suspensus.*

4 *Prælatus non sanæ mentis, remotus, vel suspensus retinet dignitatem.*

CAP. VNICVM.



Astoralis.] In glo. sub rub. in fi. not. Guill. in Spec. de re scrip. præsentatione. §. ratione autem causæ. vers. quid si in rescripto dicitur

1 conquestus est, &c. ꝙ † nomine clericorum simpliciter posito nõ intelligantur episcopi, nisi forte sit constitutio, vel mandatum generale vel edictum. 17. q. 4. si quis suadente. 21. dist. cleros. & videas quod not. sup. eod. lib. de elect. auaritiæ. in glo. not.

2 per † hoc. in fi. vbi dicit, ꝙ si datus sit coadiutor ad spiritualia prælatus conferret beneficium de cõsensu coadiutoris sui: si vero non sit sanæ mentis, vel similiter præla

3 tus, † tunc coadiutor beneficium cõferet, & respondet ad contraria. In glo. est ergo ibi ad officium dũmodo sit iurisdictionis ordinariæ, & idem si sit delegatæ, & sit facta delegatio expresso nomine dignitatis non personæ. sup. de offic. deleg. quoniam abbas. aliàs secus. & idem dicendum in administratore vacantis ecclesiæ, de quo sup. eo. lib. de elect. c. is cui. Potest tamen dici, quòd licet prælatus sit suspensus, vel remotus ab administratione, nihilominus retinet dignitatem, ratione cuius fit commissio; & ideo delegaram iurisdictionem retinet, & eam exercere potest secundum Mar. vt ipse not. 24. q. 1. audiuimus. & hoc verũ ꝙ eam exercere potest si est compos sui, & sanæ mentis, aliàs non.

DE INSTITVTIONIBVS. Titulus VI.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus potest præscribi.*

2 *Possessio, seu quasi iuris præsentandi, & iuris patronatus quid differunt inter se.*

3 *Plebanus rector, & clericus an & quando & à quo præsententur vel instituantur iuxta terminos huius decretalis, & num. 5.*

4 *Plebanus potest incontinenti facere institutionem non expectatis sex mensibus.*

CAP. II.



1 I *is.*] In glo. † indistinctè. in fi. & dicit ibi, ꝙ talem præsentationẽ potest præscribere. In glo. si ecclesia habet rectorem, ibi cleri-

2 cum, & dicit ibi, ꝙ qui † est in possessione vnius. s. præsentationis clerici, non sequitur, ꝙ per consequens sit in possessione præsentationis presbyteri, si apparet alius possessor electionis presbyteri: si tamen aliquis possidet patronatum, & vt patronus præsentauit alterum, satis videtur, ꝙ ad reliquũ præsentandum sufficiat illa possessio patronatus. de iure patro. consultationibus. secus si sit in possessione, seu possessor actus præsentandi tantum, secundum D. m. & ibi pro pleba-

3 no † quid ergo faciet plebanus, videtur, ꝙ

in ista vacatione habebit prouidere ecclesiæ de rectore, & etiam de clerico per modum prouisionis seu collationis, vel quod habebit præsentationem vtriusq. & post præsentatos instituet, vel episcopus eos instituet, & sic habebit plebanus præsentationem rectoris, & clerici, & episcopus institutionem ista vice. In posterum vero institutis rectore & clerico, clericus habebit præsentationē rectoris, & rector præsentationem clerici, sicut præscriptū est, plebanus vero habebit institutionē vtriusque. Vel dicendum, ꝙ si plebanus primo prouideat de rectore, rector habebit præsentare clericum, & plebanus ipsum instituet: si vero primo prouidit de clerico, clericus habebit præsentationem rectoris, & plebanus institutionē rectoris: si vero prouideat insimul de rectore & clerico, tunc totum de vtroq. plebanus, & isto casu videtur, ꝙ plebanus non suo nomine prouidebit, sed præsentabit, vel eliget rectorē, & clericum ecclesiæ, & clericatus vacantis nomine. ar. 65. dist. si forte. & fac. quod not. Inno. de iur. patro. postulasti. in t. gl. ver. item si collegiata ecclesia. & Host. & D. m. post eum in c. nobis. super ver. conuentuali, & de instit. cum venissent. in gl. hoc consilium. circa fi. ibi vel forte etiam archiepiscopus, &c. & postmodum eos cōfirmabit, & instituet, ac si esset facta electio per rectorē de clerico; & instituet, ac si esset facta electio per clericum de rectore, vt fieri consueuit. Dicendum etiam, quòd huiusmodi prouisionem vel præsentationem, & institutionem facere poterit

4 plebanus † incontinenti, non expectato, quòd prius labatur terminus sex mēsium. pro & contra faciunt quæ notan. per Dominum meum & Pau. in clement. de ætate & qualita. vt hi qui. super ver. constit. Dicta tamen solutio videtur intelligenda cum plebanus institutionem habebat ex priuilegio, aliàs si per præscriptionē eam habeat: tunc secus, quia eo casu non plebanus; sed episcopus institutionem ipsam haberet, ad quem de iure communi spectat, vt in prædictis iuribus. ad hoc de decimis. ex parte. & cap. cum contingat. & quod not. Abbas de elect. venerabilem. ver. est enim regulariter. & Dom. m. cum ex iniuncto. super vlt. glo. & infra de reg.

5 iur. odia. Verius † est quòd plebanus habebit præsentationem rectoris, & clerici iuris illorum, & institutionem ipsorum iure suo. ad hoc 23. quæstio. 10. si ecclesia. de electio. cum inter vniuersas. cum inter canonicos. & cap. quòd sicut. scripsit Dominus meus post Innocentiū & Hostiens. in dicto capit. cum venerabilis. de exceptionibus.

DE CONCESSIONE PRÆbendæ & ecclesiæ non vacantis. Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Consilia quare errare dicantur, ex Seneca.*

2 *Appellari ab executore an possit ob rectectam, vel non admissam exceptionem.*

3 *Executore ab executione incipiente, ab e xecutione appellandum.*

4 *Celebrans & vnum officium exercens, suspensus & excommunicatus, an & quando fiat irregularis.*

5 *Citatus peremptorie ad videdum se excommunicari non comparens, & postea sequatur excōmunicatio & ipse celebret etiam excōmunicationis ignarus, efficitur irregularis.*

6 *Ignorantia illius qui fuit citatus peremptorie ad videndum excommunicari se, & non comparuit, & prætendit excommunicationis ignorantiam dicitur crassa & supina.*

7 *Notitia priuilegij sufficit, quòd perueniat ad priuilegiatum: reuocationis vero ad eum, qui priuilegio impeditur.*

8 *Contrariorum est eadem disciplina.*

9 *Differentia quæ sit inter sententiam & decretum remissiue.*

CAP.

CAP. PRIMVM.



Via cunctis.] In glo. hoc e-
1 tiam quia Papa.in fi. † Sene.epistola 71.Errant consilia, quæ non habent quo dirigantur, ignorāti quem portum petat nullus suus ventus est. In gl. dic. Host.ꝙ Inn circa fi.ver.& pro id pro-
2 uideri ibi appellari† possit, subaudi etiam si ante non excipiatur etiam quia non admittitur exceptio, ideo appellatur:ratio,
3 sicut enim executor † à præcepto, non à citatione incipit, sic & appellatori licere debet appellare, sicut ab executore,& nō tamquam à iudice, secus si inciperet à citatione, quia tunc oporteret volentem appellare antea excipere, & responsionem expectare, & sic intelligatur de appellat. dilecto, & quod ibi not. vbi scripsi de hoc post D.m.in glo.dic. Inno.ibi,qui habentur. contrarium not. inf. quæst. prox. sed non est cōtra, ibi videas solutionem huius contrarij.& ibi de procur.c. placet.fac.supra eod.lib.de præb.si tibi absenti.ibi, A-
4 postolicæ. si ergo interim † celebrat in suo agens officio, sicut primus non erit irregu-
5 laris, quod exaudias, nisi fuisset † peremptorie citatus, nec iuit,nec misit,propter quod fuit excommunicatus:& sic excommunicatus celebrat, quia tunc irregularis erit, licet nil de excommunicatione sciat, & debet per Papam cum eo dispensari,vt not.Guill.in Spec. de legato.§.iuxta.f. vt
6 autem. est enim talis † ignorantia crassa, & supina, quia ex quo sciebat se citatum debebat credere, ꝙ prouideretur contra eum secundum Guill.not. autem D.m. in nouella post Host.de appell.pastoralis.super ver.nō ligetur.& c.dilectus. super ver. cuius effectum,ꝙ si excōmunicatus ignorans appellet, non denunciabitur, & ibi ignorante contrarium not.sup.quæst.proxi. Sed recte inspicienti non contradicunt
7 sibi superius, & hic: † nam sicut & ad auferendam potestatem excommunicandi per priuilegium, sufficit,ꝙ priuilegium venerit in notitiam tantum eius, qui priuilegiatur,vt hic, ita sufficere debet,ꝙ restitutio ad excommunicandum perueniat tantum ad illum,q. per priuilegium alteri concessum,ꝙ excommunicari non posset erat prohibitus excommunicare, per quam restitutionem excōmunicare poterit, ꝙ obstante priuilegio tali ante non poterat,cū
8 contrariorum† eadē sit disciplina.32.dist. hospitiolum.& in ver. 5. quia decretum, ibi effectum. est tamen differentia inter sniam & decretū, quod dic, vt not.inf. de reb.eccl.non alie.c.1.super gl.sed quod in sententia per D.m.post Inn.& in ver. nec mirum,ibi secundum Inno. finis huius gl. videtur contradicere sup.eod.lib. de præben.c.placet.& videas quod not.eo.tit.statutum. in gl. si non plene intellexisset ibi in fi.non tamen prodesset responsio interroganti sibi, vel parti aduersæ, nisi aliter de iure suo probarent secundum ea, quæ not.sup.eod.lib.de eo qui mittitur in poss. cum qui in glo.sed hæc prouisio,& de confess.c.si post. in glo.id ergo.

SVMMARIVM.

1 *Ambitio ad dignitatem non ducit, nisi per indignitatem, ex Seneca.*
2 *Ambitionis qualitates, ex eodem.*

CAP. II.

DEtestanda.] Et ambitione improbanda.de ambitione dicit Sene. de quæstionib. naturalib. lib.1.
1 in 2.col.Ambitio † ad dignitatem, nisi per indignitatem non ducit. & in epistola 84.
2 ad Lucillum. Ambitio † timida vel tumida res est vana ventoso, nullum habet terminum:non tam sollicita est, ne quem ante se videat, quàm ne se post alium. laborat inuidia equidem duplici, epistola 50. Tantus est ambitionis furor,vt nemo sibi esse videatur, si aliquis ante fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Credulitas probabilis excusat à dolo & pœna.*
2 *Veritas præfertur credulitati.*
3 *Acceptatio beneficij vacantis tāquam non vacantis non valet.*

CAP. III.

1 Ne captanda.] Acceptare.] Sed qd † si credit beneficium verisimiliter vacare, non tamen vacat, & ipsum acceptat? dicendum, q̄ nō valet acceptatio: ipse tamen qui sine dolo fuit, ipsius erit. arg. sup. eod. lib. de constit. vt ani
2 marum. 1. responso. quid † ergo si non credat vacare, tamen vacat, & ipsum acceptat si tamquam vacans, videtur q̄ valeat acceptatio, nisi in pœnam ipsius propter malam eius intentionē. aliud dicamus ar.
3 sup. de big. nuper. si vero † tamquam non vacans tunc omnino non valet, & imputet sibi contrarius, & quia quod potuit noluit, & ideo audiri non debet. de appell. sollicitudinem. & de offi. dele. cum super. fac. quod not. inf. eod. tit. si capitulo. super gl. nor. quia. in fi. & quod 34. q. 1. & 2. in principi. in glo. not. si mulier. vltra medium. ver. sed pone.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum de prouidendo & illius facultas executori concessa non expirat per inhibitionem generalem, sed bene per specialem.*

CAP. IIII.

Executor.] In glo. scripsit Boangui. ibi si à Titio. Guill. idem tenens in Spec. de actione seu petitione. §. super actionibus. in vlt. col. allegat de iure patr. cum dilectus. insup. & eius. quod
1 not. Host. in fi. & dicit, q̄ si † fecit inhibitionem generalem non expirat, licet sit publicata in vna vel duabus ecclesiis tantum: si vero fuerit specialis, tunc expirat, vt eriā Papa viuente, ne dum mortuo, in aliis ecclesiis vbi non est inhibitio, prouideri possit.

SUMMARIUM.

1 *Absentes vtrum vocandi in receptione canonici.*

2 *Procuratoris generalis scientia nō probat scientiam D. maxime collegij.*

3 *Scientia mandati de prouidendo & inhibitionis illius vigore subsecuta, inficit collationem respectu scientis tam collatoris, quàm collatarij.*

4 *Præsentatio quando venit facienda collegialiter vniuersis de capitulo, vel possit singulis fieri.*

CAP. V.

1 Si capitulo.] In glo. de receptione loquitur in fi. sed † certe cū requiratur receptionis solemnitas per præsentes, vt. s. fiat receptio capitulariter, nō singulariter, in hoc casu ea ratione fateri oportet absentes vocandos de necessitate, quousque saltem maior pars ipsorum fuerit præsens, vt scripsi in c. Iacobus. de sim. & sup. eo. lib. de præb. in prællegato c. cū in ecclesiis. quòd. s. vocari debēt absentes quousque faciāt duplo maiorem partem capituli. In glo. etiam si nullus. ibi. ver. restat. non tamē obesset talis termini lapsus vel renunciatio quominus agere possent ad repulsionem ipsius, secundum ea, quæ D. m. scripsit inf. de reg. iur. mora. in q. 2. & solutione ipsius. Insup. patet etiam ibi super 1. glo. & inf. de reg. iur. eum qui certus est. super ver. denunciasset. & ibi circa medium. aliàs in fi. vbi dicit, q̄ non sufficit reseruationem alicuius beneficij, vel inhibitionem, vel decretum, & huiusmodi peruenire ad notitiam generalis ꝓcuratoris
2 capituli: † qnia ꝑ hoc non probatur id ad ipsum capitulū peruenisse. & in fi. est tamen differentia inter sententiam collato-
3 ris, & illius cui confertur: † quia scientia primi impedit collationis effectum, vt facta non valeat quoad conferentem, & quo ad alios, quibus collatio fieret, etiam ignorantibus mandatum Papæ. scientia vero illius cui confertur, impediet collationis effectum quoad se tantum, nō autem quo ad conferentem, seu alium, cui confertur: licet isto vlt. casu valeat collatio ex parte collatoris, non tamen valebit ex parte illius, cui confertur, & sic non poterit collationi consentire, & per consequens collationem perficere non poterit per consen

sum

ſum ipſius. In glo. quæro. ibi, ꝙ ſic, hoc verum, ſi ad eos ſpectat † collatio cōiter iure delegato, & ſimpliciter nō inſolidum, vel ordinario, & ſimul conferunt: ſecus ſi ex delegatione, & eſſent inſolidum, vel etiā ex ordinaria poteſtate, & ſeparatim fieret collatio ab eo, cui non eſt facta præſentatio, illo cui eſt facta non reclamante, quia tunc non adimitur illi collatori poteſtas conferēdi, & valet per eum facta collatio: ratio, quia ex quo vnus ſine altero poteſt procedere alio non reclamante, oportet, ꝙ vtrique ipſorum fiat præſentatio ad hoc, vt vtriuſque ipſorum impediatur cōferendi poteſtas. fac. quod not. per D. m. in cle. de renun. c. vno. in glo. ſi Papa. & per Pau. in glo. ex forma mandati.

SVMMARIVM.

1 *Collatio non ſufficit ad acquirendum ius in re niſi ſequatur acceptatio.*

2 *Beneficium non poteſt eſſe perfectum niſi beneficiatus illud acceptet, ex Seneca.*

CAP. VIII.

1 **Q**Voniam.] *Erant facta*, nec † ſi factæ fuiſſent ſufficeret, nec etiam acceptatæ fuiſſent per eos, quibus eſſent factæ, vel per procuratores ipſorum: non enim ſufficere videtur ſola collatio, nec etiam ſit perfecta. ad hoc ſup. de elect. cum inter canonicos. fac. ſup. eo. tit. & lib. ne captandę. & de præb. c. ſi is cui. & c. ſi tibi abſenti. 1. reſp. verba enim debent intelligi cum effectu. de pænit. diſtin. 1. hæc autem. & de cler. non reſi. quia nonnulli, & ſic etiam videtur intelligendum. ſup. eod. lib. de off. leg. præſenti. 1. reſpon. licet videatur in contrarium quod not. D. m. in nouella. ſup. de off. dele. c. vlt. in quæſt. ſed pro fac. cle. vt lite pen. c. vlt. & quod ibi not. Seneca de beneficiis lib.

2 5. Aliquis † dare debet, vt aliqs recipiat, oportet enim ad hoc, vt non ſit locus reuocatoriæ, vt ſit ius quæſitum per collationem in re, quod nō eſt niſi beneficium ſit collatum, & acceptatum quæritur ius ad rem non in re, vt patet in fine huius c. & quod ſcripſi in d. c. ſi tibi abſenti.

NE SEDE VACANTE aliquid innouetur. Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Collatio capituli epiſcopo in remotis agente, vel mortuo, an & quando valeat.*

2 *Prælatus in remotis agens cum reuerſus fuerit & ſucceſſor mortui, vtrum poſſint impugnare collationē factam à capitulo.*

3 *Conferens beneficium indigno, an amittat ius conferendi, vbi diſtinguitur de ſciente vel ignorante.*

4 *Facta per excommunicatos occultos valent iure vniuerſali.*

5 *Non tamen iure ſingulari.*

6 *Conſilium Epiſcopi deficiens, an inficiat collationem capituli.*

7 *Conſilio illius, cum quo actus expediri debuit deficiente, vtrū actus ſit nullus.*

CAP. VNICVM.

SI *ad epiſcopum.*] Pone caſum, in caſu
1 huius cap. 1. reſpon. abſente † prælato in remotis confert canonicatum & præbendam vacantes alicui, ſubſequenter mortuo ipſo prælato confert eoſdem canonicatum, & præbendam alij: quæritur quæ iſtarum collatio valeat, & cōſului vnà cum quodam iuris perito primam collationem & non ſecundam valere poſito etiam, ꝙ prima non valuiſſet, & hæc per ea, quæ not. per Hoſt. & D. m. ſup. de ele. auditis. ſuper glo. vlt. & de fil. presbyt. veniens de cleri. coniug diuerſis fallaciis. de donationib. inter dilectos. & per Ber. ibi-
2 dem potius. Sed tamen ille † prælatus & eius ſucceſſor poſſet illam impugnare ſecundum ea, quæ not. ſup. de elect. ꝙ ſicut vt prælatus. idem ſi fuit canonicus, quod denotat littera, etiam ſi, &c. quæ ampliatiue

tiue ponitur, vt sup. eo. lib. de præb. cum il lis. §. 1. & de elect. c. quorumdam. §. volen
3 tes. & de priuil. c. licet. 1. respon. & † si com muniter cõferant vni indigno vnus ipsorum scienter, & alius ignotanter, ea vice ad ignorantem deuoluetur collatio: & si conferant diuisim vni digno, & alteri indi gno si ignoranter, neutra valebit: si scienter valebit facta digno, & non illa, quæ est facta indigno, & licet quando communiter expectat deuoluatur ex delicto vel im pedimento alterutrius ipsorum, non tamẽ ad alium deuoluitur ex negligẽtia & delicto, licet non ex defectu. & quòd dixit ex delicto, quod committitur in conferendo, intelligi debet, aliàs non deuoluetur. hæc possunt colligi de elect. cum in cunctis. §. si. & c. bonæ. & c. auditis. & c. cum Vintoniensis, & ex ibi notatis, & de conce. præben. postulastis. & c. 2. & hic innodati, &
4 pro excommunicatis habeantur: nam † si essent excommunicati occulti, & haberẽtur pro non excommunicatis, non possent vitari & valeret quod faceret capitulum cũ hoc ad capitulum ipsum publici officij pertineat, etiam si apparerent postea eos excommunicatos fuisse secundum ea, quę post Inno. not. D. m. de sen. excom. si vere. in magna glo. ad fi. & de consue. cum dilectus super glo. suspensus. & inf. de reg. iur. mora. in quæstione 1. in solutione. ver. hęc
5 solutio. Secus † si iure singulari, & inter ip sos canonicos non excommunicatos, & excommunicatos ageretur, quia tunc vox talium etiam excommunicatorum occulte non valeret tali excõmunicatione probata, vt hic, & in d. c. cum dilectus. & de elect. cum inter R. & prout ibi etiam in c. illa. eo. tit. post Inno. Host. & Compo. per
6 D. m. not. cum † consilio episcopi, secus si diceret cum consilio & consensu: quia tunc debent expectari, sed non curret tem pus expectanti Later. conci. secundum D. m. hic. & licet sit in hoc casu quando. s. debet fieri episcopi consilio: secus tamen pu
7 tat esse idem D. m. si mandaretur, † vt cum consilio talis prælati ecclesiæ prouideret, vel electio celebraretur: quia tunc si talis prælatus decederet, vel absens esset nõ valeret prouisio, vel electio facta sine ipsius consilio. ad hoc sup. de rescr. ex parte. in gl. putat, ar. ibi possint, in contrariũ fac. de off. or. c. vlt. & quod ibi not. per Ber. & D. m. pro quo videtur, ꝙ si non apparet aliud certum ex cõsuetudine, statuto, concessione, vel priuilegio, poterit episcopus hoc alteri committere.

DE REBVS ECCLESIÆ non alienandis. Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Repudiatio legati notabilis facti ecclesia valet.*

RVBRICA.

1 Dominus Feder. in quæst. 8. quærit, † nunquid si prælatus, vel rector alicuius ecclesiæ legatum rei immobilis non paruæ factũ ecclesiæ suæ repudiauit, absque sui superioris licentia valeat talis repudiatio? & tenet, ꝙ valet. ad quod fac. quæ not. D. m. de his, quæ fi. à præla. cum Apostolica. super glo. no.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ res vendi possunt pro necessitate publica, ex Seneca.*

2 *Auctoritas episcopi, & consensus canonicorum potest præcedere, & subsequi contractum alienationis rerum ecclesiasticarum.*

3 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta ab inferiore episcopi, sine illius licentia non valet.*

4 *Alienatio bonorum temporalium ad tempus potest fieri à prælato sine consensu capituli.*

5 *Beneficium spirituale, an & quãdo possit concedi per Papam, legatum, aut episcopum sine consensu capituli.*

CAP.

CAP. PRIMVM.



Vdum.] Insuppl. vel secundum Innoc. ibi Ecclesia, Sene. declama. 4. Pro † pace publica plerumq. templa nudantur, & in vsum stipendij dona conflantur. insup. vide qđ not. ibi poterunt hic exaudiri videtur si capitulariter, seu collegialiter ratificent, aliàs non. Insup. oportet autem ibi, maiorum. dixit hic Host. quòd auctoritas † episcopi, & consensus Canonicorum potest præcedere contractum alienationis, & etiã subsequi, licet secus in auctoritate tutoris. dixit hic Archi. credo, qui vbi † inferior ab episcopo vult alienare, prius debet licentia episcopi interuenire. allegat 12. q. 2. abbatib. & cap. placuit 17. q. 4. in venditionibus in prin. aliàs potest alienatio facta per episcopum reuocari, vt ibi secundum eum. Insup. & sic excludit tractatum in fi. dicend. quòd ista, s. concessio beneficiis fit in titulũ etiam spiritualem, sed Papa non, & ideo secus quàm in alia vt prima, s. concessio † temporaliũ ad tempus possit fieri per prælatum sine consensu capituli, dummodo fiat causa pietatis, vel remunerationis impẽsi & recepti seruitij, nõ titulo vel ex causa locationis ne obstet clem. eo. tit. monasteriorum. concessio vero † beneficij spiritualis & in titulum non possit fieri sine consensu capituli saltem p prælatum tacite habẽtem capitulum. Sed per Papam, vel per legatum ipsius de late re bene potest conferri etiam sine aliquo consensu capituli. ad hoc sup. eod. lib. de elect. si abbatem. & de offi. leg. dilectus. & eod. tit. hoc lib. c. 1. & 2. & inf. de verb. sig. c. 1. 1. respon.

SUMMARIUM.

1 *Excõmunicati sunt ipso iure subditi procurantes custodiã ecclesiarum vacantium per laicos, & bona ecclesiarum occupantes.*

2 *Prælati submittentes bona sua laicis tamquam domini sine Papa & capituli sui licentia, sunt ipso iure suspensi.*

3 *Generalis licentia, an sufficiat prælatis vt possint bona suarum ecclesiarum alienare.*

4 *Confessio quid operetur.*

CAP. II.

Hoc consultissimo.] Administratione.] contra sup. eod. lib. de loc. generali, vbi talia procurantes sunt ipso † facto excõmunicati: sed illud habet locum in subditis procurantibus custodiã ecclesiarum vacantium fieri per laicos, & bona ecclesiarũ vacantiũ occupari. quod hic † dicitur habet locum in plãtis submittentibus ecclesias, & bona ipsarum immobilia, & iura incorporalia laicis, cõstituendo eos patronos, vel aduocatos ad nõ modicum tempus. in glo. expressa. in fi. secundum Guill. hic. oportet enim, quòd sciat dominus Papa, quare, & de quibus rebus licentia sit concedẽda. arg. ff. de re. eorũ, q sub tut. sũt vel cura. l. magis. §. nõ tamen. C. de prædiis mino. ob. c. Patet † ergo, ꝙ non sufficit habere generalem licentiam alienandi secundum eum hic. fac. ad hoc sup. eod. lib. de præb. c. 2. & quod not. sup. eod. lib. de procur. c. quid agendum. super ver. generali, & clem. de offic. ordina. cap. & si ab Apostolicę. & quod ibi not. In glo. de hac dictum est prope fin. ibi aperte. In summa non tenet hoc aperte, dicit enim sic, ꝙ locum habet quando contractus tenet, puta celebratur in casu cõcesso & debita solemnitate seruata. 12. q. 2. fine exceptione, aliàs nullus esset contractus ipso iure, &c. sed ipse Host. tenet cum B. & Arch. sup. de his quæ fi. à præla. c. tua nos. super ver. irrita. & Goff. vt scripsit D. m. imo videtur standum dicto B. & Archid. fac. 10. q. 2. si œconomus. in fi. in gl. dic. Arch. ibi confiteantur † videas, qđ not. Gui. in Spec. de confess. §. nunc videndum restat. ver. quid si confiteor rẽ. & seq. In glo. vitium ibi aliquod. fac. concor. quod not. inf. de hæret. secundum Io. Mona. c. vt inquisitionis. ad fi. in gl. non facere.

DE

DE RERVM PERMVTATIONE. Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiua non comprehendit beneficia vacantia per permutationem.*

2 *Expectatiua non comprehendit beneficia, quæ sunt de mensa, nec suppressa.*

3 *Beneficia quæ non comprehenduntur sub expectatiuis permutari possunt.*

4 *Canonici vel expectantes in aliqua ecclesia, vtrum spes suas possint adinuicem permutare, & cuius auctoritate.*

5 *Permutatio vtrum acquirat expressionem qualitatis beneficiorum sicut collatio.*

6 *Consensus in permutatione potest præcedere & subsequi.*

7 *Permutatio vtrum requirat consensum patronorum, vel electorum.*

8 *Vnio non potest fieri per episcopum sine expresso consensu eorum, quorum interest.*

9 *Solemnitas in temporali alienatione, seu concessione, seu vnione est de iure priuato, in perpetua de iure publico.*

CAP. VNICVM.



1 Licet.] *Proxime vacatura.*] † Cū expectatio in vacaturis beneficiis non includat beneficia volentium permuta-
2 re, vt hic, & expectatio † nō habeat locum in beneficiis quæ vacare non possunt, vt sunt illa, quæ existunt de mensa, vt in clem. de supp. neglig. præl. quia regulares. & de excess. præla. c. vno. ver quidam etiam. vel quia sunt depressa. de const. cum accessissent. vel vbi non est numerus, vel præbendarum distinctio. de præb dilecto. & de concess. præbē. ex parte ascensi. videtur, ꝙ in talibus beneficiis non sit locus permutationi. sed cō-
3 trarium est verum, quia † licet non sit locus expectationi, seu vacationi in illis tamē erit locus permutationi, quæ fit de spirituali ad spiritualem, ꝙ permittatur. sup. eod. tit. ad quæstiones. & cap. quæsitum. & hic. & in cle. eod. ti. c. vno. & ita respondit mihi D. m. in glo. not. ꝙ ibi &c. quod etiam facit in cōtrarium, & melius etiam facit in contrarium sup. eod. tit. c. vniuersorū. ibi ecclesia. 1. idem D. Fred. in opere suo c. lviiij. ibi per hanc litteram. idem tenet Guill. de Monte Lau. in extr. Io. Papæ
4 xxij. sedes Apostolica. † forte dici posset ꝙ existentes canonici auctoritate Papæ, licet vltra numerum, & expectantes præbendas vacaturas: tamen permutare possunt canonicatus inter se, vel cum aliis etiam ad alia beneficia. & hæc poterunt auctoritate Apostolica, nec habebunt ius ad vacaturas prębēdas. hoc verū cū permutatio fit auctoritate dięcesani. secus si fiat auctoritate legati Apostolicę sedis de latere: quia tūc habebit ius ad vacaturas, saltem quousque duraret legatio, alio non expectante, vbi auctoritate Apostolica secundum ea, quæ scribuntur per D. m. sup. eod. lib. de præben. si eum. & c. hi qui. Additio. Nec habebit in eis locum reuocatoria. supra eod. lib. de concess. præb. c. si eum. & c. hi qui. & c. vlt. & de præbend. quadam: secus esset si non essent canonici; sed expectarent canonicatus, & præbēdas, vel aliàs existerent expectantes licet, cum decreto: tales enim permutare non poterunt, quod
5 non habent, vt hic dicitur. Sed † nunquid in permutatione beneficiorū, quæ fit per Papam, vel ipsius legatum oportet fieri mentionem de qualitate beneficiorū permutandorum, vtrum videlicet sint simplicia, vel curata, vel dignitates, & collegiatæ, & de aliis circunstantiis, de quibus debet fieri mentio in impetratione ipsorum; aliàs non valeat permutatio? Dicēdum videtur, ꝙ si fiat per Papam, & proprio motu valeat: si autem non proprio motu nō valeat. sup. eo. li. de præb. si motu proprio. si vero fiat per legatum, tunc qualitercunque fiat, non valeat: ratio, quia quādo per legatum fit, vel etiam per Papam nō proprio motu, non potest negari quin sit impetratio. & collatio: & ideo oportet exprimi beneficia ipsa permutanda, & qualitates ipso-

ipsorum, sicut & in ipsorum beneficiorũ impetratione,& dispensatione, vt sup. de præben. non potest.& cle. de off. ord. & si ab Apostolicæ.de præben.c. si dignitatẽ. 1.respon. cum permutatio beneficiorũ fit quasi quædam impetratio,& dispensatio, prout not. secundum Host. sup. eod. tit. c. quæsitũ;secus quando fit per ordinarium: & tunc non videtur necessaria talis expressio.cum nec in impetratione,vel prouisione, seu collatione ipsorum talis expressio requiratur, vt patet per c.vlt. sup.eod.lib. de off.leg. & per ea, quæ ibi scripsi, & per d.c.& si ab Apostolicæ.ꝙ autem in permutatione beneficiorum, seu confirmatione permutationis factæ per ordinarios beneficiorum, quæ fit per Papam, debeat fieri dicta mentio, seruat curia,& super hoc Papales litteras, confirmationis vidi in hac parte.f. cũ fit resignatio causa fiendæ permutationis, licet aliqui expectent, &c. quasi dicat,ꝙ aliud regulariter, vt.f.impediatur permutatio, pone, quia facta est reseruatio beneficiorum, iuxta reseruationẽ Io. Papæ xxij.ad quod faciunt, quæ nor. supra eod.lib.de rescrip.si propter tua debita.& littera ipsius reseruationis maxime, ibi dispositionem omnium,&c. fac. etiam extrauag.ipsius Ioan. execrabilis. §. quæ omnia.ibi,ne quis.& ibi quacunque. propter quod videtur, ꝙ delegatus vel legatus Apostolicus talia beneficia, vel alia taliter reseruata conferre etiam titulo permutationis non possit, & est simile sup.eodem lib.de præb.c.2. ibi tamen plus requiritur, nec obstat clem.eo. tit. si de beneficio.in fi.quia in alio casu loquitur,& quia ibi nulla prohibitio de beneficiis ad sedẽ Apostolicam deuolutis.hic secus,& idem potest respondeti,ad c.hi qui.§.eum quoque.eo.lib.& tit.Insup.omnium sic ibi di-
6 stinctio, & † poterit procedere, & subsequi consensus renunciarionem, aliàs permutationem,& valebit permutatio, & ita fuit disputatum, & terminatum Bononiæ vt not. D.Paulus in clem.eo.tit.ne concessione. ibi restringatur, & ita sentiebã vnà cum quibusdam sapiẽtibus antequam viderem hic ista in quæstione ecclesiæ sanctæ Cæciliæ,quia de permutatione benefi-
7 ciorum habitus est sermo. hic† quærendũ occurrit, nũquid permutatio ipsorum per episcopum, vel alium inferiorem à Papa, vt pote legatum Apostolicæ sedis de latere facta non vocatis, seu non consentientibus, qui habent eligere, seu præsentare prælatos, vel rectores ad illa, seu illa cõferre valeat, & si non valet sit nulla ipso iure, vel annullanda. Et nunquid antequã declaretur nulla, vel annulletur impediat electionem, præsentationem, vel collationẽ fiendam de illis permutatis per illos, ad quos spectat? Dicendum videtur, ꝙ si sunt beneficia collegiata, tunc si fiat per legatum, etiam cum cõsensu illorum, ad quos spectat electio, vel collatio, nõ valeat permutatio,& hoc per c.penul.sup.eo. lib.de off.leg. Si enim prohibitio d. c. non comprehenderet permutationem: tũc bene valeret etiam sine illorum consensu per c.dilectus de off.leg. & per c.si abbatem.de elect.eod.lib.& per c. 1. de off.leg. eod.lib. In aliis vero beneficiis non collegiatis bene valeret permutatio legati, etiam sine consensu illorum, qui haberent eligere, vel præsentare in illis si sint personæ ecclesiasticæ. Si vero sunt patroni laici; tunc nõ valet si contradicant, nec impedit præsentationem fiendam per eos. Si autem non contradicant, valet:& idem est si sint insimul patroni clerici & laici, si consentiant vel contradicant patroni laici tantum, licet patroni clerici contradicãt vbi patroni laici consentiunt, vel consentiant vbi contradicunt, secundum ea, quæ dicã inf. de iur.patro.c.vno. quòd si fiat per episcopum, debet fieri cum consensu illorũ, quorum interest,& cum consensu capituli sui; alioquin est nulla contradicẽtibus eis, ita quòd absque alia cassatione, vel declaratione poterit collatio, electio, vel præsentatio fieri. ad hoc 16.q.7.decernimus. & de re iud.cum Bertoldus.Si tamen capitulum suum contradicat, non est nulla, sed annullanda.de his quæ fi.à præl. ea noscitur. secundum Host. sed secundum Goff. & Archid. 63.dist. c.vlt.& de elect.c.si.supra eod.lib. & D.m.ne se.vac.c.vno.eod. lib. est nulla. Sed si spectaret collatio, electio, vel præsentatio ad suum capitulum, vel communiter ad episcopum, & capitu-
8 lum; tunc eis cõtradicentibus esset nulla, sicut si ad alios ptineret hæc † vera in permutatione beneficiorũ, vt beneficiorũ, & tpa-

t pariter, non aũt in permutatione in proprietatem, & perpetuã: & in vnione si per episcopum fiat requiritur consensus illorum, quorũ interest, & sui capituli etiam expressus, nec sufficit tacitus consensus in temporali valet etiam sequuta ratihabitione tacita, vel expressa ex tunc, in perpetua non valet ex nunc quod factum est in temporali non audicur. idẽ, qui fecit prætextu solemnitatis omissæ conueniens volens reuocare quod fecit in perpetua non
9 auditur: ratio, † quia solemnitatis omissio in temporali est de iure priuato, cui renunciati potest, in perpetua vero est de iure publico, cui renunciari non potest. fac. de for. comp. si diligenti. & quod ibi not. hæc colligi possunt. 12. q. 2. in legibus. & c. sine exceptione. & c. abbatibus. 16. q. 1. possessiones. & c. & tẽporis qualitas. de his quæ fi. à prala. c. 1. 2. & 3. & c. ea noscitur. & c. tua. & c. pastoralis. de dona. pastoralis. & c. inter dilectos. de fi. instr. cum dilectus. de resti. spo. c. olim 1. & de excess. prælat. sicut in iure. de elect. c. nosti. de fil. presby. veniens. de cler. coniu. diuersis fallaciis. sup. eod. lib. de præben. cum in ecclesiis. de reb. eccl. non ali. dudum. eodẽ lib. & clem. eod. tit. si vna ecclesia. de stat. mon. ne in agro. §. ad hæc. ex his quæ vtrobique not.

DE TESTAMENTIS, ET vltimis voluntatibus. Titulus XI.

SUMMARIUM.

1 *Usufructuarius omnium bonorum tenetur soluere æs alienum testatoris.*

2 *Uxor relicta domina, & patrona, vsuaria, vsufructuaria, & similia quid habere debeat de bonis nisi liberis extantibus vel non.*

3 *Pauperum nominatio potest committi alterius arbitrio; sed non potest committi hæredis vel fidei commissarij nominatio.*

CAP. PRIMUM.



SI pater.] In glo. ibi, instituit alius vniuersaliter institutus, est simile quod dicitur de vsufructu, vt si cui
1 relinquitur † vsufructus omnium bonorum tenetur æs alienum soluere de ipsis bonis; secus si certarum rerum relictus vsusfructus. ff. de vsu fru. l. si. quod dic vt not. Host. in summa de pigno. §. quid sit vsusfructus. ver. in fi. not. in glo. voluntate tamen ibi dixerit, vbi di
2 cit, Si † quis ita dixit in testamento, Relinquo vxorem meam dominam, & dominatricẽ, ꝙ per illa verba mulier honorifice secundum facultatem patrimonij necessaria sua habeat, & quod quidam dicũt hoc verum, vbi filios habeat: si autem filios non habet, tunc habet omnium rerum vsufructum, & quod Odofr. dixit, quòd aut testator dixit, Volo eam esse vsuariã, aut vsufructuariam, aut dominam, & massariam, aut, Relinquo ei alimenta. primo casu debet habere vt vsuaria, secundo vt vsufructuaria filiis non extantibus, eis extantib. habeat vsufructum eius, quod est vltra legitimã. tertio casu habeat quod habebat viuo marito, in quarto seruetur l. 1. ff. de ali. & ci. leg. l. 3. Host. autẽ in summa de pigno. super decr. cum cõstet. §. qualiter constituatur. ver. quid si quis ita dicat. dicit, ꝙ si testator dicit, Relinquo vxorẽ meam vsufructuariam omnium bonorũ meorum quamdiu alium virum non duxerit, ꝙ talis erit domina ad tempus. s. quousque nu
3 pserit. Insup. vidi dubitari ibi, quòd videtur licet teneat † commissio nominationis pauperum à testatore facta fideicommissario, non tamẽ tenet commissio alicui à testatore facta electionis fideicommissariorum, vt disputauit, & soluit D. Lambertinus de Ramponis, vt not. D. m. sup. eo. lib. de procur. c. 1. sup glo. in contrarium. ibi, consului. Pro isto consilio facit quod scripsit D. Frid. in consilio suo cõs. 32. Insup. & l. id quod paupcribus. in fi. pro religios. facit canon 16. q. 1. c. vlt. circa mediũ ibi nec tam in pauperibus paupertatem, quoniam religionem attendere.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus, seu administrator conuentus, vtrum possit dare licentiam religioso exequendi testamentum.*

2 *Executoribus pluribus cum clausula, Duo in solidum constitutis, vtrū vnus solus exequi poterit.*

3 *Solidum verbum quomodo intelligendū & quomodo dicatur respicere res, aut personas.*

4 *Episcopus potest sibi reseruare absolutionem peccatorum.*

5 *Episcopus non potest reseruare dispensationem male ablatorum.*

6 *Expressio alicuius, & denominatio vltra proprium nomen potest fieri etiam per æquipollens.*

CAP. II.

1 Religiosus.] In glo. immediato. in fi. videtur † dicendum, quod conuentus tūc hanc licentiam dare possit, vel administrator, siue œconomus, ad. sup. de maiorit. & obed. cum olim. eodem tit. & lib. cap. 1. & de suppl. neg. prælat. cap. vlt. & penult. & quod not. de elect. in c. si abbatem. per D. m. post Io. Mona. eo. lib. in glo. quasi. ibi, loco illius, pone testa
2 tor † in suo testamento sic dixit, Et volo per tres executores meos, vel duos ex eis in solidum, etiam absente, vel irrequisito, vel defuncto fieri executio mei testamenti, mortuis duobus, nunquid vnus solus superstes poterit exequi? super hoc cōsuluit Dominus m. dictum executorem exequi non posse. Mouent ad sic dicendum, quia decret. ista 2. respon. loquitur in simpliciter datis, & sic casus iste est extra terminos istius text. & contra terminos diffinitionis in quantum tertiū voluit necessario requiri: eius ergo mens fuisse videtur duos necessario debere in executione concurrere, & vnum solum exequi non posse. dicit etiam, quòd solidi appellatio quandocunque respicit personas disiunctiue, vel alternatiue, sicut est in datione plurium procuratorum. ff. de procurator. pluribus. sup. eod. tit. & lib. si duo. & de elect. cap. penult. & in obligat. duorum reorum. ff. de duo. re. §. cum in talibus. C. locati, si diuersa. & his casibus in cuiusque persona insolidū procedit dispositio. Sed quandoque solidum respicit rem, vt patet ff. de leg. 1. si pluribus. ad idem ff. de leg. 2. quia solidum. in prin. ad Trebell. l. cogi. §. hi qui solidum. Hæc ergo fuit mens testa-
3 toris, quòd solidum † duas personas similiter respiceret non diuisim, vt sic rem, vel summas in administratione deductas pro solido respiciat: sed duobus non solidum committat exequendum; & sic loquendo mens & verba concordant. Cum enim solidum habeat designare quādam integritatem, vt ibi dicam, quod sic sumitur hic, vt dicamus in solidum, id est in integrum, vt nihil distributū remaneat. Item designat quandam firmitatem. sup. eo. lib. de elect. fundamenta. in princ. Ecclesiastici 26. ad fi. Super petram solidam. Daniel. 2. ad fi. sup. de iud. c. 1. & vlt. & ibi sunt leges ad idem super 3. glo. ex variis ergo significatis recipiatur, quod menti congruit, vt est dictum: & sic dicit sentire doctores vtriusq. iur. quos consuluit, & secundum hoc non obstant verba testatoris, quæ obstare videbantur, cum dixit, duos in solidum exequi debere, secundum Dominum meum, & ibi ad id, & hanc opinionem Archid. pu
4 tat Paul. veram fatetur: episcopum † tamen posse sibi reseruare confessionē & ab-
5 solutionem peccatorum: non † autem dispensationem ipsorum male ablatorum credit episcopū posse sibi reseruare, quod habet rationem: quare vide quod ipse scripsit in cle. de sepul. dudum. §. per huiusmo di autem. super ver. aurem. & de priuil. c. religiosi. §. quibus etiam. sup ver. aliorū, opin. Archid. tenet etiam Io. Cald. & Recuperus de sancto Miniate, qui sic consulendo scripserunt. vide quod scripsi in clemen. de pænit. & remiss. c. 1. in eadem glo.
6 ibi, propriū † nomen expressum, vel æquipollens, vt quia dixit doctorem decretorum: nam loco proprij nominis esset, & cognominis. sup. de testi. licet ex quadam. & de consanguin. & affi. cap. tua nos. vnde non transiret ad successorem executio, etiam si esset decretorum doctor. Doctora

tus.n.vnius expressus repręsentās propriū nomen & cognomen, ac personam vnius, non potest repręsentare proprium nomen, & cognomen, & personam alterius. est enim talis expressio facta loco proprij nominis ad excludendum dignitatem successorum, & ad ostendendum affectionem ad personam sic nominatam.

DE SEPTLTVRIS. Titulus XII.

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio debetur ecclesiae parochiali.*

2 *Possessio parochi in parochianos acquiritur in vita, & sanitate.*

3 *Moriente parochiano habente duo domicilia in diuersis parochijs, canonica portio diuiditur inter parochos proportionabiliter pro rata temporis.*

CAP. II.



1 *Vm quis.*] In glo. de illo, qui moritur. in fi. † quòd si non habeat de ipso parochialis ecclesia canonicam portionem. Pau. in clem. eod. tit. cap. 2 tenet cum Archid. scilicet ꝙ debeatur canonica
2 parochiali ecclesiae, † cum quaeratur professio in vita, & sanitate: sed ille non fuit
3 professus secundum eum: portionem, † vt quaelibet ecclesia suam partem. i. medietatem canonicae portionis habeat: secus si se inaequaliter collocabat, quia tunc pro rata temporis habitationis fiet diuisio. ar. sup. de testamen. relatum 2. in fin. ad hoc quod not. Inno. eo. tit. de his. in glo. si vna ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Uxor an & quando debeat cum viro sepeliri.*

2 *Canonica portio debet diuidi inter parochos arbitrio boni viri pro modo habitationis.*

3 *Forum sortiri quoad honores, & munera, vel quoad omnia, quomodo intelligatur.*

4 *Sepultura electa per maiores apud locum priuilegiatum comprehendit successores.*

5 *Sepulturae electione in commissarium collata, si commissarius post mortem committentis eligat, non vales electio, sed mortuus debet sepeliri in parochiali, vel cum maioribus suis.*

CAP. III.

1 IS qui] *Est cum viro vltimo*] dummodo prius quàm ipsa mortuus fuerit, & sepultus; Si autem prius ipsa moriceur: tūc sepeliri debet vbi vir elegerit pro se ipso sepulturam: nisi enim eligeret pro se, non posset eam eligere pro vxore. arg. inf. eod. tit. c. prox. 1. & 2. resp ō bene fac. quod nota. sup. eo. tit. de vxore. in glo. penult. & c. in nostra. in gl. 2. & similiter in patrefamilias, qui testando sibi potest filiaefamiliam puberi testari, vt sup. eo. lib. tit. prox. c. 1. aliàs nō, vt ibi not. per Archi. in prin. vel si maritus sibi non elegit sepulturā, vel nec pōt eligere, vt quia non est cōpos sui, vel quia est absens, & in remotis, tūc sepelietur, vbi maritus sepelietur, si non electa sepultura decederet. s. in parochiali ecclesia vel vbi maiores ipsius viri sunt sepulti, vt sup. c. ꝓx. si vero ibi sepeliri nō posset, tūc sepelietur vbi cōmodius sepeliri poterit, cū necessitas legi non subsit. de cons. d. 1. sicut not. alij. infra eo. cap vlt. & sup. eo. cap. prox. in glo. ista ecclesia. ibi, decessit. videtur tamen si ibidem dum stetit, audiuit diuina, & recepit ecclesiastica sacramenta, quòd partiecps debet esse ca-
2 nonicae † portionis, vt ex ea aliquid percipiatur arbitrio boni viri. in gloss. fac. quod not. ibi determinantis, immo & etiam ad portationem subditur: quia si posset sepeliri debebit in parochiali ec-
3 clesia. Insup. Legistae † disputant ibi ver. XLII. vbi dicit, quòd quis sortitur forum

forum ratione originis propriæ, vel paternæ. quærit etiam, quid si aliquis Narbonen. factus habitator Viteren. vbi etiam habuit filium, qui filius inuenitur Narbonen. videtur, quòd ratione paternæ originis ibi poterit conueniri, & dicit, ꝙ non. sortitur enim forum ratione originis quo ad honores, & tutelam. quæritur etiam si Narbonē. habitauit per decem annos Viteren. & ibi contraxit cum Titio, postmodum reperitur Narbonen. nunquid sortitur forum ratione suæ originis? & dicit Accur. tenendum ꝙ sic. Iason vero, ꝙ non: iura vero, quæ videntur contradicere intelligūtur quoad honores, & munera quærendum occurrit de duobus. Primo de hoc,

4 † Quidam mortuus est non electa sepultura, cuius antiqui sepulti sunt apud locum priuilegiatorum, quòd possint ad sepulturam apud eorum locum corpora eorū recipere, qui apud ipsorum locum elegerint sepeliri; quæritur vbi corpus debeat sepeliri, nūquid apud locum priuilegiatorum, vbi sunt antiqui sui sepulti, qui elegerunt ibi sepulturam, vel apud parochialem ecclesiam? & videtur ꝙ sepeliri debeat apud parochialem ecclesiam per istud c. fac. 13. q. 1. ecclesias. cum ipse, de quo quæritur, nō elegerit apud locum priuilegiatorum. & priuilegium ipsorum eos priuilegiet in eis recipiēdum, qui apud locum elegerint sepeliri. Sed contra, licet ipse nō elegerit: est tamen sibi à iure ipsa sepultura electa: Dicendum videtur, ꝙ apud locum priuilegiatorum in sepulchro antiquorū debeat sepeliri. licet enim non elegerit, sufficit tamen, ꝙ à iure sibi eligitur, & hoc maxime quia sunt priuilegiati. facit quod scripsit D. m. eod. tit. in nostra. in glo. si quis elegit post prin. vbi idē intelligas. secus si per præscriptionem hoc haberet. fac. de don. cum dilectus. & de decimis. ex parte. & c. cum contingat. & quod ibi not.

5 † Secundo quæritur, Quidam laborans in extremis commisit electionē sepulturæ cuidam, antequam commissarius eligeret decessit ipse committens, nihilominus commissarius ipse sepulturam apud certum locum eligit, quæritur, an dicta commissio, & electio, vel aliqua ipsarum, & quæ valuerit, necne, & vbi corpus illius defuncti debeat sepeliri? & videtur, ꝙ vtraque valuerit. ad hoc de testamen. cum tibi. & de verb. signi. cum tibi. & inf. de reg. iur. potest quis. & regula, qui per alium. In contrarium, quia electio sit incerta committi non potuit, licet qualitas sepulturæ committi potuerit. faciunt quæ not. in d. c. cū tibi. & sup. eod. lib. de procu. c. 1. & si committi potuerit, expirauit morte committentis. 18. q. 2. dudum. de offi. deleg. gratum. & c. licet. & sup. eod. lib. de præben. si cui. vlt. respon. Secundo dicendum videtur, ꝙ & si electio committi potuerit, nō tamen post mortem committentis fieri potuit, & quia ipse committens, licet cōmissione facta decesserit, non tamen facta electione; sed antequam fieret, & sic statim eo mortuo ius ipsum sepeliendi quæsitum est ecclesiæ apud quam sepeliri debebat, si non electa sepultura decederet, vt in isto c. Aliud enim est electionē sepulturæ cōmittere, aliud sepulturam eligere. fac. qđ scripsi sup. eod. lib. de præb. si Apostolica. non obstant prædicta c. cum tibi. & cum tibi, quia loquūtur eo casu cum priuilegio derogatur: hic autem derogatur iuri communi per talem cōmissionem. Sepelietur ergo apud parochialem ecclesiam, vel maiorum suorum, hoc probetur per istud c. & per sup. prox. & infra prox.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo aliquarum ecclesiarum non potest aliis præiudicare.*

2 *Peculium aliud castrense, aliud quasi castrense, aliud paganum, vel rusticanum aduentitium, vel profectitium.*

3 *Donare inter viuos, & causa mortis potest filius facere de consensu patris.*

4 *Testari non potest filiusfamilias, nec legare de consensu patris, nisi sit clericus.*

5 *Pupilli testari possunt penultima die anni eorum pubertatis.*

6 *Peculium dicitur pusillum patrimoniū seu pusilla pecunia.*

CAP. IIII.

Licet.] Terra.] Dixit Arch. not. verbum, per quod patet, quod illius † loci aliquarum ecclesiarum consuetudo non praeiudicaretur aliis ecclesiis, aliàs infrascriptű c. illud † peculium castrense, vel quasi castrense habeat, secus si paganum, vel rusticanum, quod subdiuiditur: quia aliud aduentitiű aliud profectitium, vt not. in Spec. de actore. ver. item cum agit de peculio, & licet filius † familias de consensu patris causa mortis, & etiam inter viuos possit facere: non † tamen testari, vel legata facere, etiam cum consensu patris, nisi sit clericus, qui licet sit in potestate constitutus, tamen testari potest, vt not. 19. q. vlt. quia ingredientibus. in glo. 2. & in Spec. de instrum. edi. §. porro. in fi. fere. not. etiam eod. tit. §. compendiose. ver. septimo, quòd † masculus minor xiiij. & foemina minor xij. testari non possunt.: potuerunt tamen testari masculus penultima die xiiij. & foemina penultima die xij. anni, prout scripsit Host. in summa de peculio clericorum. §. 1. alioquin dicitur † peculium, pusillum patrimoniű, vel pusilla pecunia seruo, vel domino, vel filiofamilias à patre concessa. Item dicitur peculiű res parafrenalis aliàs ponitur pro hęreditate, vt ibi, scripsit autem Ioan. 87. dist. liberti. quòd liber homo non potest habere peculium. all. ff. de verb. sign. l. paterfamilias. De multiplici genere peculiorum scripsit D. m. super rubrica de pecul. clericorum.

SUMMARIUM.

1 *Religiosus vbi sepeliendus, & an possit eligere sepulturam.*

2 *Canonica portio, vtrum soluenda sit in sepultura religiosi, & cui ecclesiae.*

3 *Religiosus degens in remotis à monasterio, debet sepeliri in parochia, in qua decedit.*

4 *Viator in qua ecclesia sepeliri debet.*

CAP. V.

1 Religiosi.] In glo. nisi portari, ibi, tumulandi, † tunc ergo poterit eligere sepulturam. ar. à contrario, & sic intelligitur dictum Host. sup. eo. tit. de vxore secundű Archi. hic. Sed † nűquid tűc erit locus solutioni canonicę portionis, de qua sup. eod. tit. & lib. cum quis. videtur, quòd non valeat, cum talis nihil habeat. 12. q. 1. non dicatis. ad hoc quod not. Host. in praedicto c. de vxore. & Inno. & Host. de decim. c. 2. & D. m. & hoc tenet D. Fred. in opere suo. consil. 265. dicendum videtur contra, quòd scilicet si obuenit aliquid ecclesiae, vbi talis religiosus sepelitur, quòd de illo debet solui canonica portio illi ecclesiae vbi consueuit audire diuina, vel ecclesiastica sacraméta recipere: forte quia talis erat in studio remotus à monasterio & ibi decessit. fac. quod not. D m. post Inno. & Host. sup. eo. tit. in nostra. super ver. reliquit. Sed † quid si in remotis à monasterio existens moritur, nec electa sepultura? dicendum videtur, quod sepeliri debet in parochiali ecclesia, in cuius parochia decedit ad hoc 13. q. 1. ecclesias. & quod not. Hostien. in summa eod. tit. §. & apud quam. ver. quid de viatore. † & de parochiis. §. quis intelligatur. ver. viator vero. Archid. eo. tit. & lib. c. 1. cuius dictum s. Archid. ponit D. m. ibi super glo. s. vbi licet in peregrino dicat D. m. post Inno. & Host. eo. tit. c. 1. super ver. maiorum, contra quòd scilicet viator sepeliri debet in ecclesia cathedrali. Sed dictum Archid. verius per d. c. ecclesias, & per c. ad decimas. sup. eod. lib. de restitu. spol. & sup. de decimis. cum in tua. nam ius seruandum est de iure parochiali, ad quod rector parochialis ecclesiae fundat intentionem suam de iure cómuni idest suam parochiã. facit quod not. D. m. post Inno. & Host. sup. de off. archid. dilecto. super glo. 1. in fi. fac. etiam sup. eod. tit. & lib. cum quis. §. vlt. & c. is qui. 1. responso, & c. licet. 1. responso. in fin. & videas quod not. Pau. infra eod. tit. in clem. cap. dudum.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, & oblationibus. Tit. XIII.

SUMMARIUM.

1 *Colonus non soluens decimas, imputare debet sibi sterilitatem, & tenetur in totum soluere.*

CAP. PRIMUM.



1 Iscretioni.] Insupp. hæc tam ibi non soluentes, † punitur etiam non soluens decimas: quia si est colonus imputabitur sibi sterilitas, q totum absq. deductione soluere domino tenetur, vt not. D. m. post Host. sup. de loca. propter sterilitatẽ. sub ver. hæc culpa.

SUMMARIUM.

1 *Communicatio non est inter bonum, & malum.*

2 *Laici decimas præscribere non possunt, sed clerici sic.*

3 *Probandi onus cui incumbat super decimis, neganti, an petenti remissiue.*

CAP. II.

1 STatuto.] In glo. hos duos. ibi, pessima, non † tamen in eis communicatio, vnde Hieronymus de pæn. dist. 2. sic enim inquit, Quæ enim communicatio lu ci à tenebris Christo, & Bellial, quo dies & nox misceri nequeũt, sic iustitia & iniquitas, peccata & bona opera, Christus & antechristus, & interdum pessima, vel peiora vincunt meliora, sicut dicit Seneca de quæstionibus naturalibus lib. 5. Vincuntur enim meliora peioribus. ipse tamẽ de beneficiis lib. 7. Vincit vitia bonitas.
2 speciali iure vt pote † præscriptione. licet enim laici eas pręscribere non possunt, vt sup. eod. tit. causam quæ. clerici tamen bene possunt eas præscribere Archid. & not. Ber. sup. eod. tit. in aliquibus. in vlt. glo. & Io. 16. q. 1. quia cognouimus. 13. q. 3. in
3 summa. 16. q. 7. cuicunque. & † cui incumbat probandi onus, an petenti decimas, an neganti determinat D. m. inf. de reg. iuris, sine possessione. in quæstione. Lapus.

DE REGULARIBUS, ET transeuntibus ad religionem. Titulus XIIII.

SUMMARIUM.

1 *Forma professionis regularium.*

2 *Protestatio profitentis religionem, an, quando, & quomodo prosit.*

CAP. PRIMUM.



1 IS qui.] In glo. de professione ibi in prin. in fin. vbi sic dicit, † Ego T. promitto Deo & sanctis eius, & vobis Domino, coram vobis & conuentu vestro perpetuam seruaturum continentiã in hoc monasterio quãtum Deus fragilitati vitæ permiserit, & renuncio ꝓpriis, & vobis debitam secundum reg. talis ordinis obedientiam, & reuerentiam, ac stabilitatem, & conuersionem morum meorum promitto: postea recipiat habitũ in glo. ibi præsumitur. in fi. & in clem. eo.
2 tit. eos. in vlt. glo. sed talis protestatio iuri contraria, cui contradicit perfectũ contrarium non videtur talẽ tueri nisi ex causa fieret, vt sup. de constit. cum M. de his, quæ vi. c. 1. de appe. solicitudinem. de censi. olim. cum ibi not.

SUMMARIUM.

1 *Hæc decretalis habet locum non solum in mendicantibus, sed etiam in mulieribus regularibus.*

2 *Nouitius delinquens in nouitiatu, an & qua pœna puniri possit.*

3 *Nouitius accepiãs pœnam impositam, an & quando videatur profiteri regulam.*

CAP. II.

1 Non solum.] Sed † nunquid hoc c. habet locum in mulieribus ordinum mendicantium? & dicendum, q sic, & ita consuluimus D. Recuperus & ego in sororibus dominarum mon. de Ripol. ordinis Prædicat. Florent. quæ mendicantes sunt, licet ex priuilegio Apostolico possint habere proprium, quod priuilegium vidi, & legi. fac. quod not. D. m. in cle. eo. tit. vt professores. in glo. prædicatores. & quod not. sup. eod. lib. de elc. generali. & infra de religiosis domib. c. vno super ver. cunctos impedire. ista littera
2 fac. ad quæstionem, an † nouitius existens in nouitiatu, & delinquens taliter, q si esset professus debet puniri pœna perpetui carceris, possit à prælato regulari damnari ad perpetuum carcerem? & q possit videtur per c. sicut. 21. q. 1. & 16. q. 6. de lapsis. inf. de sent. excom. religioso. pro & cōtra q non possit videtur per hanc litteram posset tamen damnari ad tempus nouitia-
3 tus, & hoc si velit † nouitius, aliàs nō: quia potest libere ad seculum redire. fac. sup. eo. tit. ad Apostolica, & inf. de reg. iur. indultum. & hoc verum nisi profiteretur, q tūc posset ad perpetuum carcerem damnari, quam professionem intelligitur facere eo ipso, q talem pœnā perpetui carceris spōte recipit, & triduo perseuerat. fac. clem. de procura. c. 1. & quod not. inf. c. prox. & hoc exaudi si scienter, & sine protestatione, quòd propterea nō intendit profiteri, & se ordini obligari tali perpetuæ carcerationi, & consentiat aliàs secus. fac. quod not. inf. eod. c. & inf. eo. tit beneficium. & in clem. c. vlt. per D. m. Lapus.

SVMMARIVM.

1 *Professio in cuius manibus emittenda sit.*

2 *Abbatissa non potest velare moniales velo consecrationis.*

3 *Abbatissa potest velare velo professionis & recipere professionem.*

4 *Abbatissa an possit recipere ad professionem masculum.*

5 *Professio tacita per quos actus inducatur, & facta dicatur.*

6 *Votum in genere, vel in specie quid importat, & quid differant inter se.*

7 *Vouens certo ordini vel loco, si ibi esse nō possit, non erit religioni obligatus, & poterit matrimonium contrahere.*

8 *Vouentis dicto, an & quando sit cum clausulis probari non potest, tam in foro conscientiæ quàm contentioso.*

9 *Ingrediens religionem, & habitum professorum sumens, & quando, & quanto tempore tacite vel expresse religioni obligetur.*

10 *Vouens expresse religionem, & illam intrans & habitum sumens, statim illi obligatur si sit maior xiiij. annis.*

CAP. III.

1 Constitutionem.] In glo. an sit. ibi, por rectum. & dicitur ibi, q sic secundum Innoc. & Host. † vnde debet fieri in manibus illius, qui eas recipiat, & recipere possit, vt pote abbas, vel episcopus, vel alius de mandato ipsorum. scripsit hic Archid. q potest fieri professio in manibus abbatis, vel sup altare. alle. qui ele. vel vouen. consuluit. sed in contrariū fac. quod not. 20. q. 1. vidua. in gl. & q. 2. cap. statuimus. idem quod Arch. tenet Host. in d. c. consuluit. vbi idem tenet Archi. quod Host. facit & in contrarium de pœn. noua quædam. & quod de maior. & obed. c. di-
2 lecta. not. vbi dicit, q † abbatissa nō potest velare monialem de velo consecrationis, non dubium, quia non potest imponi nisi virginibus, & ab episcopo, vt 63. dist. q. uis. & 26. q. 6. c. 1. & not. in c. 2. per D. m.
3 inf. de priuil. c. vt Apostolicæ. † intelligatur ergo de velo professionis quod imponitur viduis: & secundum hoc satis facit ad propositum, q mulier non possit ad professionem recipere: sed posito, q abbatissa possit fœminam ad professionem reci-
4 pere, nūquid † potest recipere masculum? de hoc magis dubiū, & prima facie videtur, quòd non: nam per professionem efficitur

citur profitēs filius spiritualis, & subditus illius, in cuius manibus profitetur: & ideo dicitur abbatissa potest, sed mulier nō potest aliquem in filium sibi adoptare, prout scripsit Hostien. in summa de cognatione legali. §. 1. aliàs §. quis potest adoptare. ver. mulier autem. à simili videtur, quòd non possit, quem ad professionem recipere, & isti duo casus, scilicet velatio, seu receptio ad professionē, & adoptatio possunt addi xxxvij. casibus, quibus fœmina est deterioris conditionis, quàm sit masculus, quod not. secundum Spec. de procur. §. in princ. ver. regulariter. c. vero cōsuluit loquitur in muliere profitente, non in mare: tacite vero facta scripsit D. m. in apo-
5 stillis sup. eod. tit. vidua. quatuor modos † tacitæ professionis. Primus, quando ille, qui erat nouitius portauit habitum indistinctum per totum annum quintum decimum. Secundus quando pubes etiā non prius nouitius portauit habitum indistinctum per annum, vt sup. eod. tit. & lib. c. 1. Tertius quando nouitius pubes inf. annū probationis assumpsit habitum professorum distinctum scienter, & triduo perseuerauit in eo, vt hic. Quartus quando immiscet se aliis actibus, ad quos nō admittuntur, nisi professi sicut ad electiones, & alios cōtractus professorum, vel quia permittit se præfici in abbatē, vt scripsit D. m. sup. de test. c. 2. fac. sup. eo. lib. de ele. ex eo. & c. indemnitatibus. & prædictū c. vidua. & isto casu debet perseuerare triduo, sicut hic secundum D. meum, & æquiparat ha-
6 bitum distinctū. In glo. † & votū. ibi xiij. hic & sup. eod. tit. & lib. non solum intelligendum esse cum is, qui ingreditur, vel vóuet intendebat in genere, non autem in specie se certis, loco & ordini obligare, quia tunc secus: nam si vellet posset tunc etiam matrimonium contrahere, vel saltem si contraheret, non dirimeretur post contractum: & de hoc crederetur sibi secūdum Guil. & Archid. & D. m. inf. de relig. domib. religionum. & secundum Innoc. & Host. & D. m. sup. eod. tit. consulti. Potest dici, q̄ si tēpore emissi voti, vel factæ professionis expressit vouens, vel profitens de
7 certis loco † & ordine stabitur expressioni si probetur, ita q̄, si ibi esse non poterit, non erit nec in specie, nec in genere or dini obligatus, & contrahere matrimoniū poterit & contractum tenebit. Si autem aliud non expressit, vel si expressit nō pro-
8 batur, † stabitur dicto suo in foro animæ, non autem in foro contentioso, nisi forte hæc iuraret delato sibi iuramento, & aliter probari non posset, vnde tunc nec contrahere poterit; & si contraxerit, non tenebit. ad hoc sup. de homic. significasti 1. & 2. & quod ibi not. & de sent. exco. si vero 2. & de iur. iur. mulieri, & quod ibi post Host. per D. m. not. & ita intelligatur sup. eod. tit. & lib. non solum. & istud c. & inf. tit. prox. qui post votum, & prædictum c. religionum. & quod vtrobiq. not. & quod not. per Arch. 12. q. 1. scimus. & per Inno. & Host. & D. m. sup. eo. tit. porrectum. Insup. idem Archid. in fi. per remissionem illam apparet de Clemente Papa iiij. intellexisse dictam dec. ad nostram. in eo casu
9 tātum † cum aliquis intrat religionem habitum professorum recipiens, vel etiā expresse dicens, q̄ intendit vitā mutare, sed aliam expressam professionem non facit: tunc enim potest libere exire infra triduū, & reuerti ad statum pristinum, vt hic, se-
10 cus † dicit in eo, qui maior xiiij. annis expressam, & vocalem professionē facit, vel qui votum de intrando religionem antea emisisset, & postea religionem intrans habitum suscipit: tali enim nec biduum, nec triduum daretur, quia statim efficaciter obligatus est.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium ingredientis religionem debet per alium ab episcopo, vel superiore deputandum administrari infra tempus probationis.*

2 *Electio & collatio beneficij æquiparantur circa consensum prælati.*

3 *Executor non potest beneficia conferre etiam de consensu beneficiati nec resignationes recipere sine speciali facultate.*

4 *Nouitius etiam tacitè professus eligi potest ad parochialem.*

5 *Patronus vtrum sit vocandus à compa-* trono

trono singulari ad præsentandum vel eligendum.

CAP. IIII.

1 Beneficium.] Per alium † deputandũ per episcopum, vel superiorem ipsius beneficij. ad hoc sup. eo. lib. de elec. cum ex te. §. porro. vbi de hoc scripsi sub ver. ab eis. in glo. actum denotat, ibi non electorem. in collatore debet intelligi: cum enim consentit ille, qui est prælatus, vt alteri conferat in electore, etiam potest intelligi in prælatum, electori con-
2 sentit, cum † vtrobique par sit ratio, & qđ præmittitur de collatore, debet intelligi de ordinario, in cuius manibus debet fieri renũciatio, vt in c. admonet nõ de delega
3 to, vt est † exequutor ad conferendum qui beneficiato consentiente non posset beneficium cõferre, licet hoc possit ordinarius collator, vt not. Host. in c. ex ore. nec etiã potest executor ad conferendum renunciationem recipere, nisi ad hoc mãdatum haberet. fac. sup. eo. lib. de præben. dudũ. vbi receptio renunciationis fuit expresse promissa, & hoc placet D. m. in c. sicut 1. de verb. signi. super ver. cedentium. In gl. 3. ibi, ꝙ possideri non possit, vt est beneficium simplex, vel hospitale. secus ergo vi
4 detur in curato, vt. s. ad illud possit † eligi, nedũ expresse, sed etiam tacite professus, vt etiam nouitius, dummodo sit beneficiũ seculare, non regulare. ad hoc sup. eo. lib. de elect. nullus. in eo tamen erit, vtrum cõsentire velit, necne, & in ead. glo. circa fi. ibi secus credere in patrono, facit ista gl.
5 pro illis, qui dicunt, ꝙ patronus debet † vocari à compatrono singulari ad eligẽdum vel præsentandum: alioquin possit agere de contemptu, licet ipse D. m. notet contrarium. sup. de iure patr. c. 3. Insup. & in his procedat quoniam primum. fac. quod not. sup. eo. lib. secundũ Io. Mon. per D. m. de præb. cum in ecclesiis. super vlt. gl. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Vouens religionem, ingrediens monasterium, & postea egrediens, an & quando possit matrimonium contrahere.*

CAP. V.

Qui post votum.] Et profitetur.] Ista litera bene facit contra id, quod scripserunt Innoc. Goff. & Abb. sup. eod. tit. statuimus. & Innoc. & Host. ꝙ clerici vel mon. c. memini-
1 mus. & c. vlt. q dixerunt, ꝙ † vouens de certam religionem intrando, & postea ingrediens, & habitum etiam nouitiorum recipiens, nõ potest redire ad seculum, & matrimonium contrahere; & si contraxerit non valet. videtur forte, ꝙ si uouit de intrãdo religionem, & post ingreditur, dictum illorum sit verum: si autem simpliciter cõtinentiam vouet, & post ingreditur, tunc secus: tamen vt not. Ber. in c. meminimus. neutro casu voués, & post religionem ingrediens, nisi habitum professorum recipiat, si talis ad sæculũ redeat, & matrimoniũ cõtrahat, teneat matrimoniũ, ad quod etiam fac. inf. tit. prox. ꝙ votum. secũdum ergo istud vltimum dictum, si ille, qui vouit de intrando certam religionem antequam ingrediatur, & etiam post, ante tamẽ quàm profiteatur laxiorem religionẽ, matrimonium contrahat, tenebit matrimoniũ. bene probatur hoc per istud c. ibi, & profitetur in ipsa, & ibi per secũdum solemne. videtur tamen, ꝙ isto casu non dicatur votũ solemne per receptionem habitus: sed per ingressum in religionem, & professionem factam in ipsa.

SUMMARIUM.

1 *Abbas solus an & quando possit creare vel admittere ad professionem tacitam vel expressam monachos sine consensu capituli vel conuentus.*

CAP. VI.

1 Si ad solum † abbatem.] Etiam de consilio, vel assensu conuentus sui. vt sup. eod. lib. ne se. vac. c. vno. & dico hoc esse de iure communi: aliàs hoc non potest sine consensu conuentus, vt in c. ea noscitur. sup. de his quæ fi. à præla. sine consen. cap. fac. 24. distin. episcopus. & quod ibi not.

not. in 1. glo. in fi. & de instit. c. ex frequẽtibus. in glo. 2. & quod not. Archid. 11. dist. §. 1. & hoc quando Abbas vult creare monachum ipsum monasterio, & monasterium ipsi monacho obligando: secus si velit ipsum ad professionem recipere ordini tantum, & non monasterio eum obligando: quia tunc potest sine cõsensu conuentus; tamen si conuentus non contradicat etiam in primo casu valebit receptio. fac. quod not. Archid. 16. q. vlt. & Guill. in Spec. de statu mon. ver. xx. quæritur.

DE VOTO ET VOTI redemptione. Tit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Vouens simpliciter monasterium ingrediens & egrediens, etiam vxorem ducens, valide contrahit secundum casum hic positum.*

2 *Professio siue expressa siue tacitã nõ potest emitti ab vno solo, sed debet profiteri, & recipi à profitente, & illius superiore.*

3 *Vouens simpliciter castitatem, an possit matrimonium contrahere.*

4 *Votũ castitatis à coniugibus de vtriusque consensu factum obligat ad peccatum mortale, & si commisceantur proles sit illegitima.*

5 *Professio emissa in manibus non habentis potestatem illam recipiendi, non dirimit matrimoniũ postea contractum ante ratificationem professionis per superiorem factam.*

6 *Votum viri de consensu vxoris factum solemnizat votum vxoris.*

7 *Votũ de certa religione obligat ad ingrediendum religionem in quocũque loco sint illius monasteria. Votum autem de certo loco non obligat, nisi ad illum locum, adeo q si in illo loco non recipiatur, liber est à voto.*

CAP. VNICVM.



1 *Vod votum.*] Istud c. & sup. tit. prox. c. qui post votũ. eo. lib. faciũt ad quæstionem, quę talis est, Quidã vouit seruare castitatem perpetuo voto simplici, post tẽpus iste ingreditur religionem fratrum Minorum, cui datur habitus sine ꝓbationis caputio per prælatum, qui eum recipit ad religionem. Dictus autem intrans religionem exiuit eam post tres menses infra tempus, quo dictum habitum portauit: habuit plu ries dicere, q reputabat se professum, & non nouitium, & q volebat tractari sicut professus, & nõ sicut nouitius: à fratribus tamen in nullo actu qui tantum competit professis, fuit tractatus sicut ꝓfessus. prædictus vero postquam exiuit ordinem contraxit matrimonium cum quadã per verba de præsenti: quæritur, nunquid istud matrimonium teneat de iure, nec ne? fuit dictum cõsilium per quẽdam magistrum in theologia ordinis Minorum, & per me, matrimonium ipsum tenere de iure: ratio, quia habitus cum caputio suto datur illi, qui datur nouitiis, secundum regulas dicti ordinis, prout prælatis in fine anni illum habitum portãs facit professionem sine caputio suto: & quia licet votum prius emiserit continentiæ, nihilominus solus ingressus cum receptione habitus nouitij, vel indistincti, non sufficit ad dirimendum matrimoniũ post contractum, vt sup. patet tit. prox. qui post votum. ibi, & profitetur in ipsa. & ibi, per secundum solemne. per quæ colligitur, q votum de ingrediendo religionem non solemnizatur per ingressum religionis, & receptionem habitus, sed per professionem, quæ † professio siue sit expressa, siue tacita, oportet, q sit qui profiteatur, vt qui professionem recipiat, & potestatem recipiendi incorporandi habeat, vt sup. eo. tit. porrectum. & idẽ in pari ratione, vt tacita, vt. s. sit qui possit dare habitum professionis, & qui recipiat, vt not. in isto c. per Arch. de expressa professione, & per Inno. & Host. & per D. m. in d. cap. porrectum. in glo. quæritur
3 quid. ibi, castitatem, dixerunt † Innoc. & Host. sup. de conuersio. coniug. dudum. su

per

4 per ver. castitatem, quod simplici promissione continentiæ communiter facta constante matrimonio per coniuges videntur adeo profiteri, quod si post carnaliter se cognoscant, peccant mortaliter, & soboles nata erit illegitima, & quòd alterutro ipsorum mortuo, si alter ad secunda vota migrauerit, matrimonium nõ tenebit: secus in solutis, qui non ita ligantur, nisi aliter solemniter voueant, vt hic. sed contra dictum ipsorum tenet ibi D. m. per istud c. Volens ergo saluare dictũ ipsorum, posset dicere, quod istud c. loquitur in solutis, non in coniugatis. rationem diuersitatis ibi poteſt videre, quod vult in glo. si obligatus. ibi, non tenet matrimonium. & licet isto casu non teneat matrimonium, vt hic, dici-
5 tur tamen si fiat † professio religionis approbatæ per sedẽ Apost. per aliquẽ in manibus illius, qui non habet potestatẽ eam recipiendi, & incorporandi profitentem in religione, quam profitetur si talis contrahat matrimonium antequam ratificetur ab eo, qui dictam potestatẽ habebat, cuius nomine recepta erit professio, tenet matrimonium secũdum Inno. Host. & D.
6 m, sup. de regu. porrectum. Sed † nunquid per istud c. sunt correcta, seu reuocata capitula 32. dist. feriatim. 28. dist. quia sunt culpæ. & c. qui se. & quæ ibi not. quod s. ex voto viri promori ad sacros de licentia vxoris, solemnizetur votũ vxoris, ita quod si post matrimonium contrahat non tenet; & videtur, quod sic. dicas contra, quia ex voto viri solemnizetur votum vxoris: nam communicat sibi actiones, vt not. in dictis c. istud autem capitulum loquitur quãdo solutus vouet, & sic non obstat, vel potest dici, quod hoc fac. non votum, sed ecclesiæ constitutio, quod dic, vt dictis c. not. & per D. m. de conuersio. coniug. super ver. promittente. Insup. idem Archid. ibi xl. n. Dicit
7 Io. de eo tenere in quæstionibus suis, quod † si ille voluit absolure vitam mutare, & in ordinem cuius illi esse se nominabat viuere, siue ibi siue alibi vbicunque talis ordo vigeret, tunc cogendus est ad illum ordinem seruandũ. Si vero intendebat se Deo obligare illo loco tantum, & cum illis, tũc non tenetur alibi.

DE STATV REGVLARIVM. Titulus XVI.

SVMMARIVM.

1 *Verecundia est proxima innocentiæ, ex Seneca.*

2 *Episcopus an possit facere constitutionẽ concernens loca sua diœcesis exempta directe, vel indirecte.*

3 *Exemptus faciens actum contra constitutionem episcopi in illius diœcesi, an & quando pœna constitutionis comprehendatur.*

4 *Curia, quid ex mente Philosophi.*

CAP. VNICVM.

Periculoso.] In glo. est pudor. in fi. Sene. declamat. lib. 7.
1 declamat. vlt Est † quæcã proxima innocentiæ verecũdia, præbere se legibus.
2 ingressus, vel accessus. quid † si monasteriũ monialium est exemptũ, episcopus facit constitutionem, quod nullus accedat ad illud sine sua licentia sub excommunicationis pœna: contrafaciens eo ipso sit excommunicatus; nunquid subditus suus, vel non
3 subditus, sed † exemptus ad illud accedẽs sine ipsius episcopi licentia erit excommunicatus? & videtur, quod non, nam extra territorium sup. eod. lib. de consti. vt animarum, & nihil ad ipsum episcopum de monasterio exempto. inf de priuil. c. 1. dicendum quod subditus indistincte, ac etiam non subditus si eũdo ad illud vadant per suam diœc. aliàs non: dummodo non ignorent probabiliter per ipsam constitutionẽ excommunicationem ipsam incurrunt. facit quod scripsit D. m. sup. de rescrip nonnulli. sub ver. additur. & sup. eod. lib. de tempor. ord. c. eos. in glo. penult. & de priuile. c. cum & plantare. super 1. glo. secus si faceret cõstitutionem sub eadem pœna, vel alia, quod nullus in tali monasterio in sua diœcesi posito, licet exempto, aliquid inhoneste committat: quia tunc, quicunque sit ille cõmittens non incurrit in pœnã in con-

stitu-

ſtitutione contentam, & hoc per iſtud c. vt animarum.fac. 18.q.2.luminoſo.& præ dictum c.1.inf.de priu.& c.ſi propterea. & ſup.eod.lib.de offi.ord.cum epiſcopus.ar. à cõtrario.fac.etiam ad id, quod de exem pto dicitur, quod not.D.m.in clem.de vi ta & honeſta. cler.c.diœceſanis. ſub vèr. clericos.in glo.idem verbum.in fi. interro
4 gatus Philoſophus, quid † eſſet curia: reſpondit, Curia eſt determinatus locus ad decipiendum & ad ſuperandum tenuiores.Inſup.& clem.eo.tit.in fi.hæc glo.fuit Guill.de monte Aldu.quam vide in clem. eod. tit. accedentes. ſuper ver. & ſcriptis excedere.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. Titulus XVII.

SVMMARIVM.

1 *Nimium ſemper reprehenſibile.*

2 *Ne quid nimis ſumma philoſophia ex Ariſtotile.*

3 *Pluries rem eandem bene dicens, non bene dicit, ex Seneca.*

4 *Redditus annui inter immobilia reputantur.*

5 *Conſtitutiones ſolæ mendicantium per Papam non approbatæ, an faciant ipſos mendicantes.*

6 *Baro ædificans & dotans monaſterium vtrũ illud deſtruere poſſit propter ingratitudinem monachorum.*

7 *Bona ingredientium monaſteria ordinis Prædicatorum, Minorum, vel aliorum mendicantium, vtrum ad monaſteria tranſeant, & quomodo.*

8 *Bona ingredientiũ monaſteria ordinum mendicantium, an & quando à monaſteriis peti aut conſequi poſſint.*

9 *Legata bonorum ſtabilium facta mendicantibus, an & quando ab eis peti, conſequi, retineri ve poſſint.*

CAP. VNICVM.



Eligionum nimis.] D.m.poſt
1 Ioan.in fi.nouellæ decretaliũ, Nec ignorẽ in ſcriptis reprehẽſibile eſſe nimis, ſiue ſit longitudini, ſiue breuitati connexum,& poſt Hoſt.ſub rubrica de vſu pallij, Ariſt.in extremis poſitus dicitur dixiſſe diſcipulis pro ſumma
2 philoſophiæ † Ne quid nimis.Sene.etiam dicit declam.lib.4.in proœmio, Non minus deuito ſuperflua dicere,quàm contra-
3 ria.& lib.8.declam.5. Extra † controuerſiam non contentus vnã rem ſemel bene dicere, efficit ne bene dicat. Et ibidem in fi. Dicebat Scaur. Nõ minus magnam virtutem eſſe ſcire deſinere,quàm dicere red ditus prohibitus habere propriũ in rebus immobilibus annuos redditus habere nõ
4 poterit:annui † enim redditus inter immobilia reputantur à iure, vt in clem. de ver. ſigni. exiui.§.cupientes ergo annuum red ditum. in glo. iſtam litteram, ibi, eleemoſynas quærãt, ſcripſit Pau.in clem. de regular.vt profeſſores.ꝙ religioſi mendican
5 tes ex ſuis † conſtitutionibus tantum non approbatis per Papam non cẽſentur mendicantes, maxime quia poſſunt contra cõſtitutionem venire, etiam iuramento firmatam, & pro ipſo facit iſta littera, quæ non habet conſtitutiones, ſed in antiqua erat, & ſecundũ ipſam gloſſauit,& exemplum poſuit hic Guill.in contrarium, ꝙ.ſ. cenſeantur mendicãtes. fac. quod ſcripſit D.m. ſup.de regu.c.ſanc.in glo.1.ſi locus circa prin.vbi dicit, ꝙ ſatis eſt, ꝙ poſſunt non coli. in glo.hodie.ibi,antiqua.in c.vno. inferius allegato, dicitur hactenus in c.cupientes.dicitur vſque nũc,ꝙ videtur, ꝙ illorum pœna locum habeat tantum in antiquis locis dimittendis.ſ.acquiſitis ante illa capitula:non autẽ in acquiſitis poſt editionem illorum capitulorũ. ſimile inf. de exceſſ.prӕla.c.1.& fac.quod ibi dicam in glo. diſputauit D. m. in fine quæſtionẽ
6 de barone, † qui ædificauit & dotauit monaſterium, ſi abbas, & monachi eiuſdem fiant ingrati, nunquid poſſit bona monaſterio collata propter ingratitudinem reuocare? vide in Spec. 4. parte de donationibus.ver.quid ſi aliquis Baro, vbi arguit pro

pro & contra, & tandem dicit, ꝙ melius est, ꝙ monasterium non destruatur, ne bona ei auferãtur propter rationes inductas: personæ tamen inde eiiciantur, & aliæ ibi ponantur. Insup. vide ꝙ not. ibi ver. xl. vbi
7 in ver. tertio quærit, nunquid † bona ingredientium ordinem Minorum vel Prædicatorum, vel aliorum mendicantium ordinum transeant in eos? & dicit, ꝙ sic: quia etsi ordo illa tenere non possit: vendere tamẽ poterit pro suis necessitatibus. in quar
8 to ver. quærit, nunquid † prædicti ordines possint petere bona ingredientium ordinem ipsorum, & dicit, ꝙ sic secundum Innocen. de probat. in præsentia. dicit, quòd bona talium peruenire debent ad episcopum. tamen Archid. scripsit 18. q. 3. quia ingredientib. quod dictum Guill. est benignius dicere. Videtur autem dicendum, ꝙ fratres Minores nec bona talium possunt petere, nec recipere per c. exiit. & per c. exiui, quæ infra allegantur. Alij vero mendicantes possunt ea petere, non vt illa teneant, sed vt illa vendãtur, & de pre
9 cio viuant, etiam si legentur † eis, vel dentur, non vt vendant, sed vt ea retineant: si autem prohibeantur ea vẽdere, tali prohibitionẽ non obstante illa vendere poterunt. arg. 10. q. 1. sic quædam. & quod ibi not. fac. inf. de reg. iur. in pari delicto. sed si ea non sunt consecuti, tunc ea, vt illa cõsequantur petere nõ poterunt propter turpitudinem suam. facit infra de regul. iur. in pari.

DE CAPELLIS MONACHORUM. Tit. XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Præsentatio capellani monachorum, vtrum debeat fieri à prælato cum consensu conuentus.*

2 *Examinandi ne sint ab episcopis capellani à monachis præsentati.*

3 *Capellani monachorũ regulariter sunt perpetui.*

4 *Capellani monachorum à monachis episcopo ad curam animarum præsentati possunt ab episcopis etiam in locis exemptis remoueri.*

5 *Parochialis ecclesia exẽpta an & quando sit exemptia etiam ratione curæ.*

6 *Parochus ecclesiæ parochialis exemptæ delinquens, an & quando per ordinarium puniri possit.*

7 *Institutio monachorum in parochiali exempta, an & quando sit accessoria ad institutionem episcopi, vel econtra.*

CAP. VNICVM.

1 Presbyteri.] In glo. † præsentationes. in fi. istud c. ea non scitur, potius probat, ꝙ fieri debet de iure communi à prælato cũ consensu conuentus. in glo. si episcopus. in fi. contrariũ patet in clem. de sup. negligen. prælat. quia regulares. prout etiam not. per D. m. sup. eo. lib. de præben. cũ de beneficio. in glo.
2 not. quia non dicit ibi examinandi, † & ibi not. contrarium, ꝙ s. episcopus non debet
3 talem examinare. in glo. vlr. in fi. erũt † ergo perpetui. i. quousq. vixerint, nisi remo
4 ueantur ex causa rationabili, & per † episcopos, vt sup. in textu & gl. præmittitur. & est mirum, quia institutio episcopalis ad curam perpetuat institutum per monachos in ecclesia ipsorũ exempta, quia ab ipsa ecclesia exempta, non per monachos, sed per episcopum remoueri debebit. facit hoc auctoritas episcopalis, & prerogatiua curę principaliter, ad quã per monachos, episcopis præsentantur, & per episcopos instituuntur. sup. de offi. archidia. ad hæc de trãslatione, de cætero. & cap. veniens. quoad primum. & sup. de præben. c. extirpandæ. §. qui vero. quoad vlt. ex quo enim talis ecclesia parochialis est, nisi sit exempta etiam cum parochianis, quos habet,
5 licet † aliàs sit exempta: non tamen quoad curam erit exempta: sed ratione curæ parochianorum non exemptorũ suberit loci diœcesano, vt sup. de priuile. ex ore. circa fi. multo fortius suberit rector ipsius, vt inf. eo. tit. per exemptionem. in prin. pro
6 pter quod † si delinquat, per diœcesanũ puniri poterit, & ecclesia ipsa, & eius cura

priua-

priuari tamquam ipsius subditus. ad hoc sup. de iud. postulasti. inf. de priui. c. 1. fac. etiam quod not. D. m. post Inno. & Host. sup. de cler. pereg. c. vlt. super glo. 2. & sup. eod. lib. de off. ord. c. ordinarij. super glo.
7 hoc ad eius. ratio: † quia cum propter curam ipsam per monachos institutio fiat in prima ecclesia, respectu ipsius curę, institutio ipsa erit accessoria institutionis ad curam factā per episcopum, & naturā ipsius tamquam principalis, & dignioris sequetur. inf. de reg. iur. accessorium. sup. de consecr. eccl. ꝙ in dubiis. & inf. eo. tit. ꝓx. c. 1. & sup. eo. lib. de præb. si is cui. §. non sic autem. Vel dicendum, ꝙ si ecclesia parochialis conferatur per monachos ad beneplacitum, ꝙ potest, vt in cle. de sup. neg. præl. quia regulares. & de sta. mon. ne in agro. §. qui autem. & de excess. præla. frequens. ver. quidam. & fac. contra de rescriptis. & si principalis, & quod vtrobique per D. m. not. tunc institutio facta per monachos erit accessoria, & sic loquitur principaliter: & institutio, seu commissio curæ facta per episcopum erit accessoria, & sic sequitur naturam principalis, vnde remota institutio, seu prouisio per monachos, præsentatur per eos episcopo ad curā parochianorum, expiraret commissio curæ facta per episcopum. fac. quod not. per D. m. post Inno. & Archi. inf. de ver. sign. veniens. super ver. examinandi. ver. examinare autē. & ver. seq. hoc ꝙ dicitur à ver. vel dicendū hucusque intelligendum quādo pertinet istud ad monachos ex priuilegio, aliàs nō, vt patet ex isto c. Si autem ad monachos non institutio, sed præsentatio etiam quo ad ecclesiam, & parochianorum curam, vel etiam institutio rectoris ecclesię fiēda per eos nō ad beneplacitum, sed perpetuo, & institutio quoad ecclesiam, & curā, vel quoad curam ad episcopum pertinet, tūc habebit locum istud c. ratio, quia consuetudo vel statutum nō debet posse dare monachis potestatem reuocandi factam institutionem rectoris per episcopum maxime ad parochianorum curam, nisi quoad institutionem per eoș in ecclesia perpetuo, nō ad beneplacitum factam. hoc c. licet breue sit, cōtinet tñ multa: vnde si merito congruit illud Sen. decl. lib. 8. decla. 4. Et scriptū leg angustū, & iterpretatio diffusa est.

DE IVRE PATRONATVS. Titulus XIX.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an possit in feudū dari.*
2 *Nunquid legari.*
3 *Nū hæres in eo particulariter institui.*
4 *Num etiam donari possit absque episcopi consensu.*
5 *Episcopus patronus num sibi ipsi præsentare, & instituere debet, vel absque præsentatione instituere possit.*
6 *Patronus bannitus, an & quando præsentare possit.*
7 *Legatus an possit conferre ecclesiā vacantem, cuius ius patronatus pro dimidia spectat ad laicum.*
8 *Patronus laicus vel clericus sciēter præsentans indignum, an & quando iure præsentandi, seu iure patronatus priuentur.*

CAP. VNICVM.



I laicus.] In glo. sicut. n. in fundatione. in fi. vbi dicit
1 ꝙ licet quidam dicūt, † ꝙ ius patronatus possit etiā in feudū dari, hoc Host. non placet, quærit etiam
2 nunquid † ius patronatus possit legari, vel
3 in illo singulariter † hæres institui, & dic. ꝙ non, sine auctoritate episcopi. In glo. secus ergo ibi scripsi, vbi dicit, Ego non cre
4 do, ꝙ † possit donari priuato sine consensu episcopi, & hoc per decretū præterea. eod. tit. & per istud c. Insup. si donetur epi
5 scopo, in fin. vbi se habet † compatronum præsentet episcopus rectorem, & postmodum præsentatum instituat, & sic intelligatur dictū Goff. Si autem nō habet compatronum, tamē aliqua præsentatione instituat, & sic locum habeat dictum Host. dixit. n. Goff. ꝙ episcopus deberet præsentare sibi ipsi, & post præsentatum instituere. Host. vero dixit, ꝙ deberet absque pręsenta-

6 sentatione instituere. La. Insup.† de bannito ibi.§.1.vbi dicit,ꝙ si sit bānitus ex ea causa,ex qua bona publicantur,tunc cessio non valet,quia actiones competunt fisco,& contra fiscum. Si vero ex alia causa, tunc subdistingue,quia aut habet causam lucratiuam, aut onerosam,vt in primo casu obstet exceptio,in secundo vero nō. Insup.idem Archid.in fi.sed† nunquid quan

7 do ecclesia & patronus laicus habēt simul præsentare, potest legatus de latere ecclesiā vacantem,in qua habēt pręsentationē rectoris ipsius conferre? cōsuluit D.Fre. ꝙ nō, cuius dictum exaudiri potest patrono laico contradicente: secus si consentiente etiā si prælatus ecclesię patrono contradiceret,quia tunc posset eam conferre legatus:qđ cōsiliū habetur in suo opere cō.63. communicat ergo clericus rōne ecclesiæ, patronus priuilegio laici, sicut & laicus

8 priuilegio clericali,q.d† ergo si simul præsentant scienter indignū,nunquid ambo, vel neuter eorū, aut quis ipsorū erunt ea vice potestate prælentādi priuati? videtur ꝙ ambo sint priuati,& idem & multo fortius si vnus esset clericus, & patronus ratione patrimonij,& ratione ecclesiæ:& sic haberet duas voces si præsentaret sciēter indignū, erit priuatus propter indiuiduū. fac.de offi.del.cum super.& quod not.inf. de reg.iur.vtile.& in q.& in reg. iure cōi. in qst.Si vero clericus pſentat vnū sciēter indignū,& patronus laicus pręsentat vnū alium scienter indignū,tunc erit priuatus clericus,& nō laicus.D.Ceretan. in sua q. quam disputauit tenuit,ꝙ quādo clericus patronus & laicus præsentant scienter indignū,erit priuatus clericus,non autē erit priuatus laicus. pro quo fac.vlt.solutio q. D.m.quam posuit inf.de reg.iur.cuilibet.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBUS,& procurationibus. Titulus XX.

SUMMARIUM.

1 *Maledictio patris eradicat fundamēta*

2 *Maledictio proprie non importat excutionem.*

3 *Maledictione diuina incurritur per peccatum mortale.*

4 *Casus 48. in quibus Papa per suas constitutiones, seu priuilegia non intendit legibus, consuetudinibus, aut priuilegiis particularibus derogare.*

CAP. PRIMUM.



Omana.]In glo.visitare.ibi, proposuisti. vbi recitatur dictum Vin.& aliorum in glo.1. pœnam æternam. in fi.super isto ver. maledictionem.not.Guill.in decis. præsenti de

1 postulando,ꝙ maledictio †patris eradicat fundamenta,vt dicit Eccl.& ꝙ proprie ma

2 ledictio † nō importat excommunicationem,licet sit arg.contra 24.q.1.§. si ergo. ad fi.& q.3.sed quid pro prosecutionibus

3 & c.seq.& cap.Deus.& ꝙ diuina † maledictione incurritur per mortale peccatum,

4 vt in prædicto c.Deus.Insup.† hæc gl. ponit 28.casus,in fine addo 20 dicens 29.de priuil.pastoralis.30.sup.eo.lib. de constit. c.1.31.sup. de rescrip. cum aliquibus. 32. eo.ti.c.si propter tua debita. 33.eo.tit.statutum.34.eo.tit.duobus.35.de elect.quāuis.36.eod.tit.procur.37.eo.tit.de off.dele.c.vlt.§.vices quoque.38.de præb. quāuis.39.eo.tit.cum de beneficio.40.is cui. eo.tit.41.inf.de hære.inquisitionis.42.infra de excess.prælc.vno.43.eo.tit.si motu proprio.de priuil.per exemptionem. in fi. 44.de sen.exc.q̄ periculosum.45. in clem. de elect.causam elect.46.de præb. per litteras. 47. extrauagans Bonifacij infra iniunctæ.48.de sent.excom.prouidere.in fi. & vide quod post Archi. scripsit D.m.sup. eod.lib.in procemio.in glo. hic tractat.& inf.de reg.iur.nemo potest infra in quæst.

SUMMARIUM.

1 *Iuramento deferentium, an & quando standum sit ex forma huius decretalis, & in illius casu.*

2 *Clerici negociatores, an & quando priuilegium clericale amittant.*

CAP.

CAP. IIII.

Q*Vamquam.*] In glo.à contrario.in fi.vbi dicit,ꝙ graue esset semper iudicem adiri pro fide huius rei recipienda:vnde videtur cō-
1 mittendum † iuramento deferentiū, vel suorum nūciorum si personarum qualitas non dissuadeat; vel nisi de contrario fides habeatur in promptu.fac.de iure iur. c. fi. quod met.causa.c. fi. quoad personam videtur sufficere si sit in habitu & tōsura clericali.per decis.si iudex. inf. de sen.excō. sed contra id, quod sup.in prin.à cōtrario arguitur,videtur c. vlt. sup. de vita & ho-
2 nc.cler.vbi dicitur,ꝙ † antequam priuilegium clericale in reb. omnes clerici negociatores perdant, debent moneri ibi, post ternam monitionem perdant in omnibus rebus tātum,quæ causa negociationis deferunt, vel deferri faciunt; & merito, vt puniantur,in quo delinquunt. vide quod scripsi in d.c.præsenti.

SUMMARIUM.

1 *Visitans an & quando supplere debeat impotentiam visitati.*

CAP. V.

P*Erpetuo.*] In glo.quid si faciet,in fi.
1 vbi dicit secundum Host. † ꝙ impotent iam visitati supplere debet visitans suis sumptibus.In glo.quos tamē in fi.vbi etiam scripsit, ꝙ eis dare non potest litteras commendatitias ad ordines.

DE CONSECRATIONE ecclesiæ vel altaris. Tit. XXI.

SUMMARIUM.

1 *Suspensus ministrans efficitur irregularis.*

2 *Virtus vicina vitio difficulter apprehēditur, ex Seneca.*

3 *Debitum coniugibus petentibus, an & quandó reddendum sit, etiam in quibuscunque locis & diebus sacris.*

4 *Continuatio quid, ex Seneca.*

CAP. VNICVM.

S*I ecclesiam.*] In glo.& tunc.in fi.in gl. est talis suspensus ab ingressu ecclesiæ. infra de priuil. episcoporum.in
1 fi.& si † suspensione durante in ecclesia diuinis vt prius in suo agens officio se ingerat,erit irregularis,vt inf.eod.tit.is cui. & de hoc plenius dicam in d.c.is qui.in glo. & tunc reconciliata ibi nocet.Sene. decl.
2 lib.7.in proœmio, Nec † mirum tamen si difficulter apprehēditur vitio tam vicina virtus.Insup.Archid.ibi,vxori. not. D.m. post Host.in Nouella sup.de coniu lepro.
3 c qm̄, ꝙ † si alter coniugum petat ab alio debitū,alius tenetur reddere,nō obstante exceptione dierū, vel locorū sacrorū. Insup.fuit dictum.in fi.Sene.de quæst.natur.
4 lib.2.c.2.Continuatio est partium interse non intermissa coniunctio. vnitas est sine commissura continuatio,& duorū coniunctorum inter se corporum tactus.

DE IMMVNITATE ECCLEsiarum, cœmeteriorum, & aliorum locorum religiosor. Titulus XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiarum appellatione, quæ loca veniant.*

2 *Incendiarij domorum ecclesiis contiguarū, an eisdem pœnis afficiantur cum ecclesiarum.*

3 *Incendiarij non possunt absolui, nisi per Papam.*

RVBRICA.

E*Cclesiarum.*] Hic dicendum videtur,
1 ꝙ appellatione† ecclesiarum includantur nedum monasteria:sed omnia pia loca:nā ista æquiparātur. de testa.

requisisti. de relig.dom.de Xenodochiis. sup.eo.lib.de elect.sciant. cũcti & c. generali.fac.qđ scripsit D.m.post Arch.sup.eo.
2 lib.de restitut. in integ.c.vlt. vidi † dubitari, an incendiarij, vel fractor domorum ecclesiarum sitarum infra ambitum ecclesiarum priuilegiatarũ.17. q. 4. sicut antiquitus.sint ipso iure excommunicati,sicut incendiarij, & fractores ipsarum ecclesiarũ:& videtur ꝙ sic, per d. c. sicut antiquitus. & per cap.omnes ead.q.de sent.exc. conquesti.& c.tua nos.qui etiam postquã
3 fuerunt denunciati, † nõ possunt absolui, nisi per Papam, prout etiam scripsit Host. in Summa de raptoribus,sub rubri. de incendiariis.§.& quæ pœna. super hoc consultus vnà cum quibusdã Iuristis,cõsului, ꝙ comburens, vel frangens ecclesiam sit ipso iure excommunicatus:non autẽ frangens, vel comburens domum sitam infra ambitum,& confines.d.cap.sicut antiquitus;licet talis sit violator ecclesiæ, & vt sacrilegus puniendus,non tamen est excommunicatus,& per hoc,& c.cõquesti.& per c.11.q.3.canonica.& per ea,quæ not.sup. de sent.exco.cum per causa.in prima glo. & super ea per D.m.& de fo.comp.c. conquestus. super vlt.glo.

SUMMARIUM.

1 *Inuidiæ effectus, ex S.Gregorio.*
2 *Inuidorum mos, ex eodem.*
3 *Successor emphyteotæ, vtrum teneatur pacto de non vendendo, nisi æquali, vel minori.*

CAP. PRIMUM.



Via nonnulli.] In glo.multũ. peccant. in fi de inuidis dicit Greg. in 5.lib.Mor.In-
1 uidia† cum mentem calefecerit,cunctaq.inuenerit be
2 ne gesta, consumit. Inuidorum † mos est vt si non inuenerit mala, quæ vituperent, saltem quærant in bonis actibus quid accusent. Sene.de beneficiis lib.3.Nõ potest quisquam inuidere.& gratias agere.& idẽ de beata vita, Expedit enim vobis neminem videri bonum,quasi aliena virtus exprobratio delictorum omnium sit inuidi splendida cum sordibus nostris confertis, nec intelligitis quanto id nostro detrimẽto audeatis. In glo.de hoc dubitatur, ibi, & licet.idem tenet D.Fred.in quæst.sua,& est cons.166.Insup. idem Io. Mon.ibi ver.
3 96.quæritur,† quid si emphyteota rem tali pacto receperit, ꝙ non liceat ei vendere nisi minori,vel saltẽ æquali,ꝓsonę,hoc seruato vendidit minori,vel saltẽ æquali, vtrum si emptor teneatur idem pactũ seruare?& dicit ꝙ non, ibi ver.154.dicit ꝙ iuris quando feudatarius ingreditur monasteriũ quãto tempore monast. teneat feudũ.

SUMMARIUM

1 *Arbitri vtrũ facere possint processus, et ferre sententias in ecclesiis,vel earum ambitu.*
2 *Iudicum appellatione, an veniant arbitri.*
3 *Confessio facta coram iudice laico in ecclesia vel eius ambitu, licet reliquus processus sit nullus.*

CAP. II.

D*Ecet.*]*Processus iudicũ secularĩũ.*]Quid
1 de processu, & sententia † arbitrorũ, videtur,ꝙ secus sit in illis dicendũ:nam si idem de illis voluisset. hic expressisset.sup.de dec.ad audientiã.& qa cũ sit pœnale debet restringi.sup.eo. lib. de elect.statutum.de regul. iur. in pœnis, & c.odia.sed videtur idẽ in vtrisq. nam &
2 in appellatione † iudicum veniũt arbitri. 2.q.6 à iudicib.& hoc verũ maxime si sũt arbitri iur. vt sup.eo.li.de off.del.arbitris. fac.qđ not.sup.eo.lib.de re iud.c. 1. in gl. quid de arbitro.& idẽ videtur de arbitris altis à partib. electis,qui de iure procedere, & laudare habeãt,licet ibi aliud,quoniam de prædictis dicatur in illo casu:secus si sunt arbitratores,seu amicabiles cõpositores tm̃.ad hoc fac. qa sicut iudicib. obstat tẽpus feriarũ,ita & arbitris, secũdũ ea, quæ not.in Spe de arbitro & arbitratore.§.excipitur. ver. itẽ ꝙ pronunciauit. & §.fi.ver.in forma.& sequẽti.& per Archi. in d.c.à iudicibus.& in d. cap. ab arbitris.

&

& quod not. in Spec. de libellorum conceptione. §. restat. ver. nunquid. pari ergo ratione obstabit arbitris etiā locus, qui obstat iudicib. vt hic. bene facit quod scripsit D.m. infra de reg. iur. in regula in iudiciis. in fi. 1. glo. post Io. Mona. super ver. arbiter veto. sic dicit, Si enim arbiter est iudex, ergo arbitrium iudicium: arbitrator autem, vel amicabilis compositor bene potest procedere die feriata, vt not. in Specu. tit. de arbitro & arbitratore. §. fi. ver. sed nunquid amicabilis compositor. sed si duo sunt iudices, quorum vnus est clericus, alter laicus, nūquid tunc valebit processus? videtur ꝙ non. sup. de offi. deleg. cū super, sed quod valeat. fac. sup. de arbi. per tuas. & quod ibi, & in c. contingit. eod. tit. not. per Inno. Host. & Archi. & D.m. sup. eod. lib. de iure patrona. c. vno. fac. ad hoc infra de regul. iur. vtile. & quod ibi not. in quæstione. & in c. cuilibet. in quæstione fac. sup. eod. lib. de rescrip. si eo tempore. & clemēt. de præb. c. 1. & quod ibi not. sed cum hic dicatur, ꝙ processus, & sententia
3 non teneat si contrafiat, quid † erit de confessione ibi facta, nunquid erit similiter nulla? dicendum, ꝙ non: immo valebit. ad hoc ꝙ scripsit Archi. 30 q. vlt. iudicantē. & D.m. post Abb. de rest. spo. c. Pisanis. & hoc videtur verum, cū sit confessio coram iudice non prohibito, prout post Inno. scripsit D.m. de elect. c. per inquisitionē. aliàs secus de iudi. c. at si clerici. & secundum hoc videtur quòd valeat confessio à subdito facta corā suo iudice, licet extra territorium, quamuis processus aliàs non valeret.

SVMMARIVM.

1 *Imponens vectigal hominibus ecclesiæ subditis, incidit in pœnas huius decretalis, ex quo facit fraudem legi.*

CAP. III.

1 Clericis.] Quærebat autem Io. Mona. in isto c. quid si fiat † impositio talis non ecclesiasticis personis, sed eorum hominibus, nunquid esset locus pœnæ huius c. & dicebat ꝙ sic, quia sit fraus legi, de qua inf. de reg. iur. c. frater. & sup. de priuile. quanto. fac. inf. eod. cap. eos.

SVMMARIVM.

1 *Clerici habētes iurisdictionem temporalem, tenentur pœnis huius decretalis.*

2 *Ecclesiis relinquere bona sua, quilibet potest.*

3 *Statuta ciuitatum reprimentia auctoritatem magnatum valent.*

4 *Statuta contra libertatē ecclesiasticam possunt tolli.*

CAP. V.

1 Eos qui † temporale.] Et ita etiam ad clericos extenditur pœna huius c. si habeant dominium temporale. inf. tit. prox. c. vlt. & sup. eod. lib. de appel. Romana. §. debet autem. in glo. hic exprimebatur. ibi concor. bene fac. quod not. Host. in Summa. eo. tit. §. in quantum. sub §. sed nec illa, vbi dicit, quòd licet immunitas ecclesiæ prætermittenda non est, ꝙ
2 quilibet † potest regulariter rē suam relinquere ecclesiæ, contra quam quidā tyranni diuersas machinationes ingerunt: contra quos inducit consilium generale de rebus eccle. non alien. cum laicis. consuluit D. Fred. vt habetur in opere suo cons. 76.
3 ꝙ † valeat statutum ciuitatis, ꝙ nullus magnatum possit recipere aliquā cessionem; & si quis eam faciat, non valeat cessio, & ibi cogere not. Archi. 2. q. 1. ꝙ Lotharius.
4 ꝙ statutum † ciuitatis, vel alterius loci, vel dominij, si sunt contra libertatem ecclesiæ, vel contra ius diuinum, & sit hoc notorium, superior potest illud tollere, vel tolli & non obseruari mandare sine aliqua citatione, & decernere illud non tenere, & cassare. Insup. concor. ibi testatorem. fac. qđ not. D.m. sup. de iure iur. c. multi secundū Host. super glo. 2. vbi dicitur, ꝙ denegando præambula contractus, denegat cōtractū. fac. etiam. 1. quæst. 1. sunt quidam. & ibi not.

NE CLERICI VEL MONAchi secularibus negociis se immisceant. Tit. XXIIII.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia sita in plebanatu præsumitur esse subiecta.*
2 *Plebanatus collegiatus an sit dignitas.*
3 *Plebanatus habens sub se capellas, an includatur in dispositione statutum de electione in sexto.*

CAP. PRIMUM.



Tatutum.] *Capellas habentes.*] bene facit ista littera
1 ad proband. q eo ipso, † q ecclesia est sita in plebanatu, vel parochia alicuius plebis probetur subiecta, ei. 16. qō. 1. plures. Insup. hoc videtur tenere, ibi digni tas tamen, secundum Inno. & Host. vide-
2 tur, q † ex quo plebanatus est collegiatus sit dignitas, vnde non potest de tali per lit teras Apostolicas prouideri alicui, cui mandatur de curato beneficio prouideri, vt ipsi not. sup. de præben. c. vlt. super ver. ad rectoriam, & videas quæstionē D. Fre. quæ est cōs. 76. & cons. seq. & in fi. scripsit tamen ipse Archid. sup. eo. lib. de elect. statutum. sub ver. collegiatas. q istud c. non intelligebatur de plebaniis collegiatis, & secundum hoc non videtur plebanatus
2 pone, vbi dicit, q si conuentus super crimine coram non suo iudice neget se in iurisdictione ipsius iudicis deliquisse, iudex ipse poterit cognoscere, an deliquerit in suo territorio.vide quod scripsi sup.eo. lib. de foro comp.Romana.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio testamenti prioris quando sufficiat generalis, vel requiratur specialis.*

REGVLA XXI.

QVod semel.] Insup.hic plene ibi su
1 per 6.glo. forte posset † probabiliter dici, q aut est longum tempus, quo factum est primum testamentum derogatoriũ vlt. aut est breue. Primo casu sufficit reuocatio generalis, & habet locum opinio Ia. de Bel. Secundo casu requiratur reuocatio expressa, & specialis, & locum habet dictũ Dy. ratio, q in primo casu est difficile, vel præsumitur testatorẽ nõ habere memoriæ verba derogatoria vltimi testamẽti posita in primo testamẽto derogatorio, & in eo casu sufficere debet reuocatio generalis, siue p verba generalia. In secũdo casu psumitur ipsum facile habere memoriæ ipsa verba: & ideo non sufficiat reuocatio, vel expressio verborum derogatoriorum generalis,

ralis, sed requiritur expressa, & etiam specialis. facit quod not. D. m. post Host. de præsumpt. illud, & de clerico ex. mi. c. proposuit, & Guill. in Spec. de dona. vet. sed pone pater.

SUMMARIUM.

1 *Distinctio Innocentij falsa in materia istius capituli reprobatur.*

REGULA XXV.

Mora sua.] In solutione vlt. quæstionis circa finem, ibi sunt irri-
1 tę † nec distinguendum videtur an prouisio sit facta cũ causæ cognitione, vel sine, vt in primo casu valeat, in secũdo non valeat prout, scripsit Innoc. sup. de rescrip. ad aures, & Compo. in c. sup litteris & D. m. eo. tit. in c. ad audientiam 2. quia indistincte nulla erit littera, & prouisio ꝑ duo capitula, si motu proprio, & si eo tpe, facit quod ipse D. m. scripsit post Goff. & Hosti. sup. de conceß. præben. c. 1. super. glo. 2. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Utile per inutile non vitiatur.*
2 *Venenum habere scelus est, ex Seneca.*

REGULA XXVI.

1 Ea quæ fiunt.] In sup. & Guill. ibi † de indiuiduo vbi dicitur posse dici propter auctoritatem iudiciariam in totum valere, tum quia vtile non debet per inutile vitiari, tum quia continentia causæ diuidi non debet, & in solutione quæstionis ibi venenum Sene.
2 declamat. li. 3. declamat. 9. Venenum † habere scelus est tam magnum quàm Domi num occidere.

REGULA XXXII.

Non licet.] In sup. vide si actore in fi. de prob. §. 1. ver. sed vbi vterq; & ibi tenet Guill. ꝙ primo debet recipi examinari testes actoris super sua petione, q̃ rei sua defensione.

SUMMARIUM.

1 *Species an & quando & quomodo deroget generi in testamentis, & legatis.*
2 *Species an quando & quomodo deroget generi in priuilegiis.*

REGULA XXXIIII.

1 Generi.] In glo. Dyn. in fi. scripsit hic. Dy. † ꝙ si testator vni legauerit sub nomine vnius vniuersali, vniuersalius habetur loco generis vnius, vniuersale habetur loco speciei, & ideo per vnius vniuersale derogatur vniuersaliori, sicut generi per speciem: verbi gratia, vt si filio legat hortum instructũ, filię vero argentũ muliebre, qđ mortuo patre habuit ad filiã pertinebit in prima gl. ibi de præben. dudũ. rescripsit mihi D. m. quærenti de hoc posse dici per istã decis. dudum, & ꝑ c. q̃uis 2. eod. tit. &
2 lib. † regulã istam locum habere etiam in priuil. dicens ꝙ est priuilegiũ tribuens ius in re, & est tribuens ad rem, & prædict. c. dudum de tali secundo, quod not. sup. eo. gl. dicitur, de primo loquitur ad differentiam fac. sup. eo. li. de conceß. præben. c. fi. item est priuilegiũ potestatiuũ, vel iurisdictionem dans, ꝙ quia cum rescripto similitudinem habet, species in eo derogat generi, & sic loquatur contraria secundum eum.

SUMMARIUM.

1 *Solutio partis quando excuset à toto, vel à caducitate, & quãdo non & quos effectus operetur.*

REGULA XXXV.

1 Plus semper.] In so. & ad fi. ibi ver. 29. vbi dicit, quòd si † cum totum soluere possit propter contumaciam, tantum partem soluit: tamen non prodest solutio partis, imo res sibi auferri potest. vel dic quòd propter paupertatem excusatur si soluere integre sit paratus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem quomodo deferatur iuxta terminos huius cap. cotra dimittentem possessionem dolo malo.*

2 *Opponens se venditioni tanquam rei, Dñus & succũbens ad quid teneatur.*

3 *Statutum prohibens rem vendi aliis q̃ propinquis, non habet locum in datione in solutum.*

REGVLA XXXVI.

P*Ro possessore.*] In sup. & quia iste, vbi
1 dicit q † condẽnabitur, non tñ cõdẽnabitur in vtile, sed in determinata, qđ fiet hoc mõ, q̃a primo iudex faciet actorẽ in litem iurare, & sic quãtitate taxata in certa quantitate condemnabit. ff. de rei vend. qui restituen. in sup. ibi dicitur Ber. in fi. & in primo dicit, q dicetur talis vendẽs dolo malo desiisse possidere. in secundo dicitur, cõsulo volenti vẽdere hoc mõ, quia iudex statuet denunciari tẽpus infra quod rẽ vendicet, & infra quod veniens audiatur, alias nõ valet etiã sic vt si post denunciationẽ vendiderit, & statim dicit denuncianti, ego sum paratus defendere causam, vt cognoscatur vtrum sit res mea, vel tua, denunciatio nõ impediet vẽditionẽ si nolit denuncians agere causam.
2 item † quasi pp denunciationẽ sit damnificatus, quia nullus vult emere, de dolo teneatur ei, vel saltem aget contra ipsum actorem in factũ, si vel propter rem, vel pp personam non possit contra ipsum agere de dolo. in qõne ver. ad negatiuã in fi. facit ad hoc quod not. Guill. in Spec. de emptore, & venditore §. nunc dicendũ. ver.
3 sed ponẽ, vbi quærit quid † si statutum est in aliquo loco, vt quis domum extraneo à parentela vendiderit, liceat eius agnatis infra certũ tempus eodem, vel æquali precio eam recuperare, & non fuerit vendita, sed in solutum data; nunquid sit idem, vt sit locus statuto, & dicitur fuisse iudicatũ, q non, propter vocabulorũ diuersitatem.

SVMMARIVM.

1 *Omnia sua origini votum reddant.*

2 *Accessorium stans sine principali non tollitur sublato principali.*

REGVLA XLII.

A*Ccessorium.*] In gl. regulę iuris ibi deriuãs, Sene. de qõnibus natu
1 ralib. li. 3. in 5. charta, in 2. col. † Nulla res est, quæ nõ eius, à quo nascitur notas reddat. nota ad istã regulã q prout
2 scripsit Bar. Brix. in Broccar. vbi † accessoriũ consistere potest sine principali, tunc concesso principali conceditur, & accessoriũ: sed non tollitur sublato principali. si vero tale est, q non potest sine principali consistere, concesso principali concederetur, & reuocato reuocaretur, vt sup. de fide instru. inter dilectos ad hoc facit quod not. Arch. sup. co. li. de pœnis felicis in gl. sic sup. de hæreticis eod. lib. circa mediũ ver. sed forte dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio & electio æquiparantur circa renunciationem collatarij & electi.*

REGVLA XLIIII.

I*S qui tacet.*] In solutione quæstionis ibi vt referat. nam tunc valebit colla
1 tio, † & idem crederem in electionibus, vt si electus ante confirmationem expresse consentiat electionibus, vt alium eligant, valebit electio. ratio quia hoc casu idẽ iuris est per oĩa, quòd in prælato, & collatore cum sic prælatus in manibus collatoris renunciare prælaturæ possit, & debeat, & per consequens consentiendo vt conferat ipse renunciare prælatus, & conferens renunciationem, admittere videtur sic electus in manibus electorum electioni de se factæ renunciare potest, & debet, & per consequens cõsentiendo electionib. vt aliũ eligant, ipsum renunciare electioni, & electores aliũ eligendo renunciationem admisisse videntur. facit clem. de con-

de conceff.præben.c. cum ei.§. fecus.ver. quem etiam,& ver. fecundo.quòd autem electus in manibus electorum renunciare valeat, probatur ex his, quæ fcripfit D. meus fup.eo.lib. de elect.fi electio.videas qđ fcripfi fup.eo.lib.de regul. beneficiū.

SUMMARIUM.

1 *Poffeßio vtrum contineatur in hærede fine apprehenfione.*

2 *Hæres patrono an & quando poßit præfentare fine apprehenfione poffeßionis hæreditatis.*

3 *Patronis duobus ex tribus defunctis, an tertius fuperftes præfentare poßit folus, & antequam reliquorum duorum hæredes adeant hæreditates.*

REGVLA XLVI.

1 Is qui in ius fuccedit.] † Notandum ad iftam regulā, ꝙ licet ius defuncti tranfeat in hæredē & non vltra, & ꝑ confequens dominium hæreditatis in ipfum hæredem tranfeat,demum hæreditate habita, non tñ poffeffio hæreditatis trāfit in hæredem, nifi fuerit ecclefia vel corporaliter apprehendatur.ff. de acquir. poffeff. cum fup.in glo.l.cum,hæredes.& notatur per D.m. poft Inno.& Hofti.de caufa pof feff.cum fuper.in glo. i. fuadente iuftitia in prin.& poft D.m. fup.eo.tit.hoc lib. in reg. Beneficium.vnde hæres, qui fucceffit defuncto, qui fuerat in poffeffione iur. patronatus, non habebit vocem in præfentatione rectoris,nifi primo hæreditatē adierit, & poffeffionē hæreditatis appre-
2 henderit, hoc † tamen,quod de nō habendo vocem eum qui non apprehendit poffeffionem dicitur,intelligendum eft quando alius effet in tali poffeffione: alioquin fi nullus effet in poffeffione, tunc ille proprietarius nō poffidens vocem haberet,fecundum ea,quæ not.Innoc.Hoft.&Compo. de electione Cumana.bene fac. quod not. Innoc. de poftulat. prælato.cap.2. in glo. quæritur. cum lex dicat in prima col. ibi fed hoc ipfo, quod funt canonici penes eos eligēdi.fecundū hoc†ergo fi tem-
3 pore, quo fit electio, vel præfentatio rectoris ecclefiæ vacantis, in qua tres erant patroni & duobus ex eis defunctis relictis duobus filiis fuis hæredibus, ab illo tertio fuperftite poterit fieri liberè præfentatio rectoris antequam illi filij hæredes adeāt hæreditatē,& apprehēdant poffeffionē ipfius hæreditatis: & fi illi poft hæreditatē adeant, & poffeffionem ipfius apprehendant, & rectorem eligant, & præfentent, ipforum electio, vel præfentatio non valebit, cum iam ecclefiæ fit prouifum per eum, qui poterat,& fic non vacet ecclefia ad hoc de elect.& fic confiderauimus,& cap.querelam, & c.in Genefi,& de reftit. in integr. cap. 2. & de caufa poffefs. cum ecclefia Sutrina,& c.cum olim,de re iudi. cum Bertoldus, & de iure patronat. confultationibus.& de conceff.præben.cap.1 2.& 3.& Clem.de ęta.& qualir. vt hi qui, & qđ vtrobiq. notatur,confuluit Io. Cal. quòd ius competens ex poffeffione, defuncto tranfit in hæredem adita hæreditate, quamuis poffeffionem hæreditatis feu rerum ipfius corporaliter non apprehēderit.fed not.ff. de acquir. poff.cū hæredes, quòd poffeffio non tranfeat ad fuum hæredem nifi naturaliter apprehendat, & in fi.quæftionis vbi aliàs fecus,fcilicet q a non tranfit ad hæredem, nifi forte fit tale illud fuper quo impetratur, quòd hæres ponit hæreditario iure conueniri fecundum Guill.in Spec.de refcript. præfentat. §. ratione etiam eius. ver.item,quòd is.

SUMMARIUM.

1 *Exilium & carcer æquiparantur.*

2 *Manus reo amputanda, vtrum intelligatur de arida vel valida.*

3 *Oculum vnum eruens vnicum habenti, priuari debet ambobus ex l. Solonis.*

4 *Solonis leges vbi tractentur remißiue.*

5 *Affectus & effectus in delictis parificantur ex Seneca.*

REGVLA XLIX.

In pœnis.] In glo.hæc regula in prin.ibi termino, ꝙ fiat concurfus, & facit ad hoc quod not. fup.eod.tit.bona fides
1 vbi dicitur, † ꝙ condemnatus ad tempus ideft exilium,fi tempus perfecerit in carcere,vlterius in exilium non mittitur,& ibi
2 ficut vrgēti.fed†ꝙ debeatur fibi amputari manus potens ad operandum,& nō arida,

non pôt noiari manus, secundũ Arist. in 4. Metaphysicę. & lex Solonis phy. cõrinens
3 ꝙ si vnũ ſoculũ habentẽ quis illo priuauerit, versa vice ipse gemmis careat. de† isto
4 Solone habetur 7. di. Moyses, & de ipsius legibus in lib. de moribus philosophorũ in c. de Solone. & ibi de volũtate ad bonũ, & qđ dicit Sene. declamat. lib. 4. declmat. 7. Sæpe honorata est virtus, ẽt vbi eam se fellit exitus: scelera quoq; quatenus citra exitũ subsederint, puniũtur. & de prouidẽ
5 tia Dei li. 2. Oia scelera † etiã ante effectũ operis quantũ culpę satis est, pfecta sunt.

REGVLA L.

ACtus.] in quæstione ædificationis, ver. primo. i. quarto: contrarium tamen patet in Clem. de sup. negli g. præl. quia regulares, & hoc tenet ipse D. m. sup. eo. lib. de præben. cũ beneficio. fac. Clem. de rescriptis c. 2. iunctum c. statutum. §. 1. eod. tit. & eod. lib.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum super electione Prælati factũ ab altero ex duobus Canonicis, & ab altero ratificatum, & electio subsequuta an valeant.*

2 *Papa vtrum possit profanare locum sacrum, & quomodo, & quando.*

3 *Ecclesia an & quando possit dirui totaliter & illius memoria penitus tolli, & per quem.*

REGVLA LI.

SEmel Deo.] Ad istam regulam, & sup. eo. tit. & li. in toto, & quæstiones ipsarũ, adaptatur qõ, quam de facto
1 habui, & talis est, † vacante quadam collegiata ecclesia habente tunc duos tantum canonicos, & vnũ præsentẽ, aliũ vero absentem in loco vnde debuit vocari vocẽ habentem præsens canonicus illo non vocato suo & illius noie in quẽdam compromisit electionẽ futuri prælati, compromiss. elegit quemdã, & elect⁹ electioni cõsensit. demũ, qui fuerat absens cõpromissum ratificauit, & alia subsequuta. venit in dubiũ an cõpromissum, & electio prædicta valuerint. Primo, ꝙ valuerint allegat sup. eod. lib. de sentẽtia excom. cum quis, primo respõso, & reg. sup. ratihabitionẽ. & regula ista, & regula põr quis p aliũ. ar. à cõtrario. Secũdo, ꝙ vbi sunt tm̃ duo canonici, non arctantur ad formã c. quia pp de elect. prout ibi scripsit D. m. sup. glo. dic vt infra & sup gl. sed nũquid, & in primo c. eod. tit. & in dicta regula, in toto, in qõne, in prima parte, ĩ prin. Tertio, qa cõpromittere ad eligen. spectat ad quẽlibet, cõpromittentẽ singulariter, & ideo potest irregulariter fieri, vt scripsit D. m. secũdũ Inn. sup. de elect. in causis in prin. & Guill. in Spec. eo. tit. §. 2. in prin. cõcluditur ergo ꝙ valuerit cõpromissum, & electio p dictã ratihabitionem sequutã. In contrariũ, ꝙ nõ valuerint allegantur, & primo sic, certũ est. n. ꝙ etiãsi prædicti canonici non tenerentur ad formam prædicti c. qa oporter, tñ ex quo elegit secundũ illã formã procedere, tenetur eam seruare. facit de elect. cũ inter vniuersas, & regula qđ semel. & reg. tare eo. tit. & sup. e. lib. de postu. c. 1. & de elect. vt qs duas in fine. de forma vero cõpromissi est vt fiat ab oibus cõiter, & collegialiter, nec põt si ab vno fiar pro alio ratificari, vt scripsit Inno. in d. c. quia pp. & Guill. in d. §. 2. in prin. & D. m. ĩ d. c. in causis in prin. imputet ergo sibi, qa qđ potuit &c. de off. dele. cũ sup. facit qđ idẽ D. m. post Inn. & Host. de elect. scriptũ est in gl. procur. dictum vero cõpromissum nedum à capitulo, sed nec a maiori parte capituli, factum fuit, sed ab vno solo, qui nec capitulum nec maiorẽ partem capituli præsentabat, & ideo nullo iure iuuatur, cum a principio nullum fuerit. facit quod scripsit D. meus. sup eod. tit. & lib. in regula non firmatur in quæstione, secundo quia sic format D. m. in prædicta regula in toto, in secunda parte qõnis ver. 3. Tertio, qa idẽ iur. est in parte, qđ in toto. 14. q. 5. pœnale de rescript. si deligenti. & de conue. idem iudiciũ. de iudi. quarto, & de cõsec. ecclef. vel alta. c. vno lib. 6. de sent. excom. si ciuitas eod. lib. verum electio debet fieri collegialiter, & in ea cõsideratur initiũ. de electio. auditũ. & c. dudum, sic & cõpomissum quod denotat factũ pluriũ in simul, & cõcorditer. 24. q. 1. pudenda, & præte-

præterea licet dictus præsens canonicus non teneretur ad formam c.quia pp.tenebatur tñ ad formam Later.concilij sup.de cōceſſ.præb. c.2.& de his q̄ fi.à maio.par. cap.c.1. q̄ eſt, vt id, qđ fit, fiat à capitulo, vel maiori parte capituli, & collegialiter ſolut. p vlt.allegata eſt dicendū cōpromiſſum.& electionem huiuſmodi non valere, nec ratificari potuiſſe per canonicū illum abſentē.Nō obſtat huic ſolutioni ſolutio qōnis D. m. in d. regula in toto: quia vt ſcripſi illud,quod ipſe ibi tenet, debet intelligi,cum ille,qui à ſuo canonico eligitur erat præſens,cum ſit electio de ipſo & ſtatim electioni conſentit:vel ſi fiat compromiſſum per vnum aliud idē faciat exiſtens ibi præſens,aliàs non. Ad hoc induco clem.de conceſſ.præb.c. ver. quam ecclesia.nam quæ incontinenti fuerit ineſſe videntur de elect.officij ſemel Deo. In gl. Dy.ponit ibi vnius poteſtati, hoc non debet referri ad præſentantem Papæ, quia

2 quòd † Papa poſſit reducere ſacrū ad non ſacrum,hoc poſſe non habet à iure,&ꝙ ipſe eſt, ſed pcedit in inferiore, cui ſpecialiter hoc poſſe cōcederetur, quod aliis prohibetur.16.q.1.hic etiam. ſup.eod.tit. & lib.quòd alicui gratioſe. & ibi impoſſibile.fac.quod not.D.m.poſt Inno. de cauſa poſſeſſionis paſtoralis.in glo. probationibus.vbi dicitur,ꝙ non dicit fieri poſſe qđ fit per extraordinarium auxilium. hæc re-

3 gula fac.ad quæſtionem,an † eccleſia auctoritate epiſcopi dedicata poſſit ex aliqua cauſa deſtrui, ita ꝙ nō ſit vlterius nec ibi,nec alibi?& per iſtam regulam videtur ꝙ non.ad.19.q.3.quæ ſemel. 14.q.6.comperimus.16.q.7. ſi quis vult. 17.q.4. quæſti.de conſec.diſt.1.omnes Baſilicę.& c.in ſancto.& c. 2. de rer.perm.mancipia.de relig.dom.cap.ad hæc.& clem.eod.tit. quia contingit.In contrarium,ꝙ poſſit fieri videtur 16. q. 7.& hoc diximus, & ibi de hoc per Io.& Archid.& per illud quod ipſe ſcripſit 10. quæſt. 3. inno. & in d.cap. ſi quis vult.& de conſec.diſt.1.cap.omnes Baſilicæ, & videtur expreſſum ead. diſt. c. eccleſia, vel altaria.& c.placuit.& cap. tribus.fac. 10.q.2.hoc ius.& 12.q.2.aurum. & quod vtrobique not. pro & contra fac. quod not.in Spe. de donationib.ver.quid ſi aliquis Baro. ſed pro fac. de noui oper. nuncia.c.1.& 2.& quod ibi not.per Inno. Hoſt.& D.m. quid ergo dicēdū D.diſtinguendū,aut hoc vult fieri ex volūtate,aut ex neceſſitate. Primo caſu non poteſt deſtrui,licet vt melioraretur poſſit ad alium locum trāsferri; ſed debet eidem eccleſiæ antiquæ, ſi hoc poteſt fieri per ſacerdotē deſeruiri,vt in d.c.ſi quis vult.& c.vno. & c.omnes Baſilicæ.not. Archid. Si vero ex neceſſitate,aut poteſt remanere in eodem loco, & tunc poteſt deſtrui. debet hoc tamen ſemper de auctoritate diœceſani fieri ad hoc d.c.placuit.In contrarium allegata non obſtant. loquuntur enim in alio caſu, & quando eccleſia,& res ſacra durante ſuo ſtatu, & conſecratione reducitur ad profanum vſum: non autem quando deſtruitur.& totaliter deducit ad non eſſe eccleſiam,vel rem ſacram.

SUMMARIUM.

1 *Vicem duarū perſonarum gerere quis poteſt.*

2 *Prælati an & quando ligentur propriis legibus.*

3 *Vſus conceſſus viro competit vxori.*

REGVLA LIII.

CVi licet.] Inſup.eadem reſponſio.in ſi. videas quod ipſe D.m.not.ſupra eod. lib.de procu. quamuis. ſuper ver.reuocari,in quæſtione,in ver. & ſoluendo quaſi.in ſi. ibi noſtro quo. aliàs

1 ſecus:nam bene † poteſt gerere vicē duorum, & cenſebitur gerere diuerſo iure, vt habes inf.eo.tit.in regula,qui tacet. in q. in 2.parte ver.hoc vltimum ibi videas iura ad hæc inducta. Lap. & in ver.ex prædi

2 ctis in ſi. reducendo † prædictos doctores ad concordiam poſſet forte non improbabiliter ſic diſtingui,Aut cōſtitutio epiſcopi eſt præter ius, aut ſecundū ius aliquid abdens ei ſ. pœnam,ꝙ pōt prout not.ſup. eod.lib. de conſtit. & poſt Hoſt.per D.m. ſup.de offi.archipresby.c.ſi. fac.ſup. eod. lib. de conſtit. cap. 2. Primo caſu ſubdiſtingue, Aut conſtituens, ſeu eius ſuperior faciunt contra conſtitutionem, vt prælati ſuam iuriſdictionem exercentes,

& tunc non ligantur, & sic intelligatur dictum D.m.& tenentium idem: aut faciũt vt priuati, vt pote delinquendo, vel contrahendo, vel aliud quid agendo, & tunc ligantur, & vtroque casu, siue vt prælati, siue vt priuati contra constitutionem notorie delinquendo, & sic intelligatur dictum Archi.& aliorum idem tenentium: ratio, quia in primo casu constituens, seu eius superior faciendo contra ipsam constitutionem, vt prælati, sunt superiores eiusdem constitutionis, & ipsa constitutio est eis inferior:& ideo ipse infer ior eos tãquam superiores ligare nõ potest. 21.dist. inferior. de maio. & obed. cum inferior, & cle.de elect.ne Romani. 1. respon. hoc verum, nisi notorie delinqueret, vt dictum est, quo casu efficiuntur vt inferiores, & vt priuati. Secundo casu faciendo contra cõstitutionem vt priuati sunt inferiores constitutionis, & ipsa constitutio est eis superior: & ideo ipsos tamquam inferiores ligat constitutio ipsa tamquam superior. In tertio vero casu indistincte ligantur: ratio, quia ipsa constitutio, & pœna ipsius est ipsum ius cõmune, & ipsius iuris communis pœna, & sequela: & ideo non mirum, si ligantur constitutione ipsa, & pœna ipsius, cum ligari dicantur potius à iure communi, & ab ipsius pœna tamquam non principali, sed accessoria. faciunt quę not. de rescrip. c. 1. per Inno. Host. & Cõpo. & per Archid. & D.m. sup. eod. lib. de constit. c. 1. & hoc maxime quando notorie faciunt contra cõstitutionem: quo casu inferior potestatem habet, secundũ ea, quæ scripsit Host. in Sum. de priuil. §. vlt. sub §. sed adiici potest. vsque ad fi. & de of deleg. §. quid sit eius officium. ver. sed per quem. & de appellat. c. solicitudinem. super ver. irrationabiliter. & D. m. idẽ post eum super glo. sed nunquid. & sup. eo. lib. de rescri. statutum. in fi. in glo. si de facto. & de do. c. 2. super gl. sed nunquid. & sup. eod. lib. de priuil. c. episcoporum. & quod scripsit Pau. in cle. de re iud. pastoralis. super ver. inuentus. ibi ver. de iure. in fi. nam

3 & † vsus viro concessus competit. & vxori. ff. de vsu & habit. l. 2. & vide inf. eo. tit. in q. 2. posita in regu. frustra. in prima parte ver. tertio. ad fi. in ver. quinto. in fi. ad istam quæstionem faciũt, quæ not. in q. infra eo. tit. in reg. qui tacet.

SUMMARIUM.

1 *Clericus compatronus cum laicis an possit cum illis variare.*

2 *Præsentatus primo loco cõsentiens præsentationi secundi pro renunciante habetur.*

3 *Patronus præsentans sciẽter indignum an amittat ius præsentandi.*

4 *Laicus compatronus clerici habet sex menses ad præsentandum, solus vero quatuor tantum.*

REGULA LVI.

1 IN *re communi.*] In quæstione in fin. dicit D.m. quod etiã si sint plures laici præsentantes cum clerico vnũ, non poterunt alium accumulando præsentare. mihi idẽ dicẽdum videtur etiam si clericus compatronus cõsentiret ad eundẽ secundo præsentatum, & compatrono laico præsentaret, cum ipse patronus clericus non ratione patrimonij, sed ratione ecclesiæ cumulare alium præsentando non possit. de iur. patro. cum autem. & hoc verum nisi consentiente primo præsentato, & hoc etiam antequam de alio concordetur alia præsentatio fiat: secus enim si consentiret clericus primo præsentato post factam secundam præsentationẽ de alio: quia tunc non valeret præsentatio facta de alio secundo cum debeat attendi initium. de elect. dudum 1. & c. auditis. fac. sup. eod. lib. de rescrip. si eo tempore. nec erit tunc cumula-

2 tio, quia † ille, qui præsentatus erat prius ex quo consentit, quod alius præsentaretur pro renunciante suæ præsentationi habetur. quod facit, quod scripsi sup. eod. lib. de regul. beneficium. & inf. eod. tit. is qui tacet. & quod scripsit D. m. sup. eo. lib. de

3 ele. si electio. Quid ergo † si clericus & laicus patroni præsentant sciẽter indignum? Dicendũ quod laicus eo casu põt aliũ præsentare; si aũt clericus præsentasset ignoráter in dignũ, tunc etiã videtur, quod laicus possit incõtinẽti aliũ præsentare. Clericus vero nõ potest quousque pronunciatum fuerit primam præsentationem non valere, ipsumque clericum ignoranter præsentasse: pronun-

nunciatione vero facta potest eundē præsentatum à laico, vel alium præsentare. Vel verius, sicut laicus potest aliū præsentare quādo præsentauit scienter indignū, sicut & clericus quando ignoranter præsentauit indignum, & etiam præsentatio nulla potest libere alium præsentare. fac. quod scripsit D. m. post Inno. & Host. de excess. prælat. inter dilectos. & de ele. audi. licet ipse D. m. videatur contrariū sentire de offi. ord. cū vos. super glo. 2. verū si præsentet clericus aliū quàm patronus laicus, erit in pōtate supioris quem velit admittere, secundū ea quæ not. 16. q. 7. si plures. & sup. de iure patro. quoniam. aliàs si præsentet eundem, debet de necessitate talis admitti, sicut idoneus. 16. q. 7. decernimus. & de iure patrona. c. illud. & † de-
4 bet laicus alium præsentare infra sex menses à tempore primæ incohationis seu vacationis, quos habet propter cōmunionē, quā habet cum clerico, prout scripserunt Arch. & D. m. sup. de iure patr. c. vno. eo. li. & facit qđ scripsit D. m. eo. tit. c. eā te. quod haberet laicus quatuor menses tantum, vt scripsit D m. in d. c. cum vos. nec obstat huic dicto, quod dicitur sup. in glo. nam illud habet locum quando est facta præsentatio à clerico, & laico de vno idoneo: & ideo nō est locus cumulationi. Hic autem quando est facta de non idoneo, & est nulla: & ideo non impedit aliam fieri infra eo. tit. non præstat impedimentum: & ideo secus.

SUMMARIUM.

1 *Electio per superiorem debet fieri ex eodem monasterio ex quo faciendum erat per monachum.*

2 *Scientia augumentata discretius agit.*

REGULA LVII.

Contra eum.] In quæstione in fin. ad solutionem huius quęstionis fac. clem. de supp. neg. præla. quia re-
1 gulares. vbi tenet Pau. ꝙ † de illo monasterio debet superior eligere, de quo tenebantur illi, qui neglexerunt eligere, & videtur dicto Pau. standum per dictū c. quia regulares. etiam si ex consuetudine monaci S. Stephani de monasterio S. Proculi abbatem eligere tenebantur. nam dicta duo c. cum singula. & quia regulares. allegata sup. in ver. idem in electionibus, vel prouisionibus, quæ fieri deberent de certo loco, vel de certis personis de iure cōmuni, vel de consuetudine, & ibi patet, & ita tenuit D. m. olim in d. quæstione per d. c. Roma-
2 na verū hic D. m. scientia † augmentata discretius egit, quia distinguendo soluit, vt superius apparet.

REGULA LVIII.

Non est obligatorium.] In fin. quæstionis hodie non procedit ista solutio in ordine S. Benedicti monachorum nigrorum, cum pro talibus non possit habere prouisionē in pecunia simul, aut per vices seu minutatim, seu pensionem, seu redditus quomodolibet assignatos, vt in constitutionibus Benedicti Papæ xij. sub rubrica, ne victualia in pecunia ministrentur.

SUMMARIUM.

1 *Dolo facit, & regula ista habet locum tam in possessorio, quàm in petitorio.*

2 *Compromissum factum etiam scienter in arbitrum excommunicatum non valet.*

REGULA LIX.

Dolo facit.] In sup. iudicis. ibi. §. cau-
1 sæ. ver. † scripsit Guill. in Spec. de possessorio & petitorio. §. 1. ver. quis si pro vno, quod habet regula locum tam in petitorio, quàm in possessorio. hinc est, ꝙ si pro vno sentētia lata sit in possessorio, & pro alio in petitorio, is pro quo est lata nō potest eius executionem petere secundum eum in quæstione, item secundum eum prope prin. ubi tenet, ꝙ siue
2 scienter, † siue ignoranter arbitrum excōmunicatum elegerit, non teneor sibi communicare, nec tenet compromissum ibi, tale compromissum, idem uidetur si rempore facti compromissi erat excommunicatus ipse arbiter & arbitrator, seu compromittens

mittens, uel alter ipsorum licet non publice, maxime de excommunicatione scientes. ad hoc sup. eo. lib. de rescript. cap. 1. & de procur. cap. fi. & de probat. post cessionem, & quod ibi not. & de re iudicata inter monast. in 3. glo. circa medium & de præben. c. cum dilectus 2. in gl. 2. & super ea per D. m. & infra eod. tit. utile in quæstione, & per Guill. in Spec. de off. dele. §. excipit. in princ. de arbitro, & arbitrato re. § restat in fi. & per Io. Cal. in q̃one excõicatus qui communi opinione, & p̃ ea, quę scripsi in d. c. 1.

SUMMARIUM.

1 *Præmium honoris debet esse gratuitum ex Seneca.*

2 *Episcopus translatus est absolutus a priori ecclesia, licet secundario adipiscatur.*

REGULA LXI.

1 **Q**Vod ob gratiam.] In quæst. ver. in contrarium in fine, facit illud † Sene. declamat. lib. 1. declamat. 13. Quicquid autem præmij aut honoris noĩe datur, in vtramq. partem sumi liceat; alioquin desit præmium esse cui necessitas iungitur. in sol. quæstionis ibi, & desierit esse Bononiæ, bene facit ad istam solutionem quod not. Hosti. in summa. de translatione. §. quę sit causa ver. cũ quis ibi si episcopus. dicit. n.
2 quòd si episcopus. † transfertur, & q̃ ex quo sibi data est licẽtia transumẽdi ad secundam ecclesiam, & absolutus est a priori vinculo, nihil cõmune licet cũ priore, quamquam secundam adeptus non sit, ergo talis episcopus nullum episcopatũ possidebit specialem, sic eod. tit. inter corporalia. §. sicut autem, secundũ eum facit, quod post eum scripsit D. m. eod. tit. si vnanimiter super ver. velatum.

SUMMARIUM.

1 *Dictio, secundum, vel, iuxta, idem significans, & posita in rescriptis contractibus vel vltimis voluntatibus necessitatem important.*

REGULA LXII.

NVllus ex consilio.] In quæstione in in princ. ibi ver. quid si iudex. & ibi tenet idem, quod D. m. hic dicit, & ibi ipse Guill. Nos autem ad cautelam scribi in actis facimus, quòd partes petunt, & cõsentiunt, quòd iuxta illorum consilium pronuncietur. in gl. vel in fi. sed
1 quid videtur de ista præpositione† secundũ vel iuxta quæ pro eo. ponuntur. vt sup. de ver. signif. Abbate S. Siluani, nunquid necessitatem important insequendo consilium, aliàs non valeat, quod sit verbi gratia, mandat testator exequutoribus suæ vltimę voluntatis p̃ ipsum deputatis, vt suã vltimam voluntatẽ exequantur. iuxta, vel secundum consiliũ guardiani fratrum minorum, guardianus consulit fieri vnũ, exequutores vero faciunt aliud q̃ consuluit guardianus, nunquid valeat quod fecerunt exequutores? & fuit datum cõsilium per profundũ scientiæ virum D. Thomasium de Corsinis de Florentia legum doctorem, quòd nõ valebit quod fecerint exequutores, ad quod sciendum, q̃ istud, secundum, aliquando est nomen, & ponitur loco aduerbij loci, vel qualitatis, vel potius similitudinis, cum dicitur, secundum Lucam, & descendit a sequor, sequeris, & siue sit nomen, siue præpositio necessitatem importat, fac. sup. de iudic. quia V. & eod. tit. c. exhibita in fi. de eo, qui mitt. in poss. cum venissent, & de testam. c. vlt. super eod. lib. & q̃d not. in Spec. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. ver. quid si testator, & ver. si male fuerit arbitratum.

SUMMARIUM.

1 *Excipiens an & quando auctoris intentionem, confiteri videatur vel aliquid probare teneatur.*

2 *Litis contestatio quibus verbis, & quomodo fiat.*

3 *Respondere & litem contestari accusans*

sans, quomodo per iudicem cogatur.

REGVLA LXIII.

1 Exceptionem.] Dynus sic distinguit † hic aut quis excipiendo simpliciter negat, aut excipiendo aliquid ponit: si negat, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, verum est, quòd non videtur confiteri de intentione Actoris, vt hic, sed si excipiendo ponit, aut simpliciter, aut sub conditione. simpliciter vt quia dicit sibi pactum factum de non petendo vel soluisse, vel absolutum esse: tunc de sola exceptione tractandum videtur absq. eo, quòd Actor intentionem probauerit: sed si negat, & sub conditione ponit, quia dicit se non teneri, & si apparebit se teneri dicit pactũ factum de non petendo: tunc non videtur confiteri de intentione actoris, & ideo non afficitur onere probandi exceptionẽ, nisi actor probauerit intentionem suam, in quęstione in priori. ibi ver. patet ex pręmissis. dicit, ꝙ † in litis contestatione requirũtur animus, & verba, animus scilicet
2 vt intendat scilicet q̃s litẽ cõtestari, verba scilicet qđ dicat verba aperta ad hoc, nec sufficit alterũ tã tum, & in eodẽ ver. alias ver. seq. dic. ꝙ si quis verba aperta ad litis contestationẽ: non tñ animo cõtestandi litem nulla protestatione præmissa proposuerit, præsumitur animus ita, quòd intelligatur, litem contestatam etiam in solutione ibi vt in glo. prædicta not. Host. in summa de litis cõtestatione. §. qualiter,
3 ver. † quid si non vult respondere, quòd de tali debet dici, sicut de illo, qui nõ vult iurare de calumnia, vel quòd iudex potest eum mulctare, vel quòd videtur litem contestatam, vel confessam esse.

SVMMARIVM.

1 *Persona an & quando cedat loco, vel locus personæ*

REGVLA LXVI.

Cum non stat.] In quæstione ver. solutio. vbi dicit, quòd dictum illorũ qui dicunt, quòd non potest intelligi quo ad translationem bonorum, dictum vero Goff. qui dicit, quòd fieri potest quòad obligationem quoad Deũ, & infra e. quæstione ante fi. ver. ad allegata sup. de reli. dom. ad hæc. vel licet
1 illud de loco exempto non † tamen debet extendi ad personam. ratio quia persona est dignior q̃ sit res, quæ accedit personæ, & nõ persona rei. 40. di. Adam. vbi de hoc in glo. licet contrarium sit sup. eod. lib. de priuil. per exemptionem forte dici potest quòd rei publicæ, vel sacrę cedit persona, vt in dicto c. per exemptionem, rei vero priuatæ non.

REGVLA LXVIII.

Potest quis.] In prima glo. insup. item violenter, in fi. item potest Archiepiscopus in sua prouincia, & Episcopus in sua Diœcesi in locis exemptis in Pontificalibus celebrare, non tamen potest in Pontificali facere celebrari vt in clem. de priuil. Archiepiscopo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio alternatiua quomodo sustineatur.*
2 *Appellatio erronea de vno iudice ad alium an sustineatur, & quomodo.*
3 *Appellans iudicem competentem scienter nunquid possit infra x. dies variare, & alium æque competentem appellare.*
4 *Actus nullus non impedit actum validum fiendum.*

REGVLA LXX.

1 In alternatiuis.] Tractatur hic, & sup. eo. li. de off. deleg. si is cui. D. m. ait † ꝙ verum quãdo alternatiue appellatur. Host. vero not. in summa de appell. à quo ad

ad quem ver. quid si quis prouocauerit, & Guill. in Spec. eo. tit. §. nunc tractemus.
2 ver. quid si per † errorem alius pro alio appelletur ad maiorem quàm debuerit, vel ad parem? talis error appellanti nõ obest, quia remittitur ad eum, ad quem debuit appellasse, vt. ff. de appell. Imperatores. Si vero ad minorem appellauit, tunc obest, vt ff. de appell. §. si quis. quia appellatione tali non obstante sententia in rem iudicatam transibit, nisi iterum appelletur. oportet ergo iterum appellare si sit infra x. dies, ad hoc, vt non transeat in rem iudicatam sententia, vt scripsit Dyn.
3 in d. l. 1. † Quærendum occurrit vlt. quid ergo si appellar nõ errans ad illum, ad quẽ volebat, & poterat appellare? vult postea primæ appellationis pœnitens infra x. dies qui restant, iterum ad alium quàm appellauerit; appellare, nunquid potest? videtur quòd non. ratio quia ex quo elegit non errans ad vnum appellare, & valet appellatio, statim ea interposita incipit annus datus ad prosequendum, & expirat tempus, quod restabat de x. diebus datis ad appellandum. ad hoc de rescrip. ex parte 5. & clem. de appella. cap. sicut appellationem, & infra eod. tit. quod semel. nec oblig. quod dictum est quando appellatur errando ad inferiorem, iterum potest appellari: quia ibi appellatio erat nulla, maxime deficiente consensu appellantis errantis, & quia nulla, non
4 poterat impedire iterum appellari, & † quod nullum est non impedit fiendum∫. de elect. considerauimus. & cap. auditis, & c. congregato. & infra eod. tit. non præstat impedimentum. dixit Guill. in Spec. tit. de obligationibus & solutionibus, §. sequitur videre ver. quid si libellus, quòd in iudicio non est rei electio in alternatiuis. videas quod notat. D. meus post Io. Mon. sup. eod. lib. de rescript. eum in multis. super ver. tres vel quatuor.

REGVLA LXXII.

Qui facit.] In quæstione ver. tertio si societatem, in fi. contrarium notat Guill. in Spec. de iudiciis. §. generalia. ver. circa hoc quæritur, vt scilicet aliis inuitis, vel etiam vno non possit, nisi aliud fuerit contrahendo actum.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum rite factum, an & quando vitietur per factum, vel delictum testatoris.*

2 *Accusatio an & quando locum habere possit vnà cum inquisitione vel post eam.*

REGVLA LXXIII.

1 Factum legitime.] Insuppl. Dy. allegat, secus videtur † si propter delictum, vel factum suum superueniens testator perdidit ius testandi, tunc enim vitiatur secundum Dy. sup. eod. tit. beneficium. in sup. & perfectum ibi ver. vlt. quæritur vbi soluit, quòd aut hi, quos
2 vult † accusare denunciator, ad cuius denunciationem iudex inquisiuit, nunc autem accusare vult. fuerunt iudici nominati ab eo, & nominatim fuit contra eos inquisitum, aut non. primo casu cum ad petitionem eius inquisitio facta est postea non accusabit, si vero non nominauit aliquos, & Iudex inquisiuit, nihil minus accusabat. format enim ipsam qõnem quando qui denunciauit, & iudex inquisiuit, accusare vult, & sic videtur tenere, quòd quando iudex ad nullius instantiam, sed ex suo mero officio inquisiuit, fit locus accusationi.

REGVLA LXXVII.

Rationi.] In solutione quæstionis in fine ibi, & vice alterius alterum, & videtur dicendum, quòd non. fac. quod scripsit D. meus. sup. eod. lib. de electio. si quis iusto. super verbo nihil agit. vbi dicit, quòd habens duas voces, & iure proprio, non potest duos eligere.

SUMMARIUM.

1 *Faciens constitutionem nullam non seruata iuris forma, an incurrat in iuris pœnam & quam.*

REGVLA LXXIX.

NEmo potest.] ad sol. quæstionis
1 in fi. ibi legari non possit,† si ratio ista referatur ad constitutionem dicatur, quando constitutio excōicationē continens est nulla, cōstituens nō seruans c. 1. de sententia excom. sup. eod. lib. non incurrit pœnam ipsius c. infra. & cōtra. sup. eo. lib. de præb. eum, qui, & qd̄ scripsit D. m. secundum Archid. in clem. eod. tit. si plures, & Archid. eod. tit. eod. li. in cap. non potest. per quæ videtur excommunicatus post appellationem legitimā non seruata forma d. cap. infra de sent. ex comm. incurreret pœnam ipsius cap. licet videatur sentire hoc contra D. meus. sed contra ipsius dictum facit, quod ipse scripsit secundum Abb. infra eod. tit. quæ contra super glo. 1. Lapus Abbas Doctor.

SUMMARIUM.

1 *Compromissum factum nomine canonicorum absentium super electione, an valeat.*

REGVLA LXXX.

IN toto.] In solutione vltimæ quæstionis in fi. si ponamus esse de necessitate
1 quia ad electionem, & † compromissum per maiorem partem capituli, & capitulariter procedatur, aliter non valeat, quod agitur, nec ratificari possit per sequentem consensum: quod verum videtur, cum in electione attendamus initium. de elect. dudum, & cap. audi tis. potest dici, quòd electio ista non valeat, nisi sint ambo præsentes, & in simul capitulariter, nō singulariter, & in capitulo: aliàs si esset vnus præsens, & alius absens, & in loco vnde deberet vocari, & haberet vocem, & vellet interesse, non valebit electio, nec compromissum factum à canonico præsente nomine suo, & canonici absentis: quia non facta, & non factum a maiori parte capituli etiamsi noīe absentis, & postea ratum habentis. si autem sint præsentes, & incontinenti consentiant, electus, vel is, cuius nomine fit compromissum ratificet, tunc valebunt aliter non, bene facit clem. de concess. præben. cum ei. §. secus ver. quē etiam. & quod notat Host. sup. de elect. cum in iure super ver. ex se. pro & contra facit quod scripsit D. m. sup. de elect. in causis in prin. & infra eo. tit. in reg. ratum, in quæstione.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus an præscribat ecclesias retentas ad manus per certum tempus, & faciat illas de mensa.*

REGVLA LXXXII.

QVi contra.] In quæstione, in solutione, ad hoc 12. q. 1. qui, & quod ibi notatur contra solutionem Guill. & in sol. D. m. bene facit qd̄ ipse D. m. scripsit sup. de excep. cū venerabilis. ad fi. in glo. quoad priuatā vtilitatē. vbi dicit caute ibi clericis &
1 p id, qd̄ sequitur aliquanto tp̄e, † si episcopus tenuit aliquā ecclesiam ad manus suas, & fructus conuertit in usus suos tanto tempore quòd præscriptio fit completa, intelligitur de mensa, etsi titulus non probetur. facit etiam ad solutionem D. m. quod ipse allegat & sol. quam ponit infra in regula, quòd alicui gratiose.

SUMMARIUM.

1 *Carcer & exilium æquiparantur.*

REGVLALXXXIII.

BOna fides.] Insupl. condemnatus ad tempus ibi non mittitur, & me
1 rito, † quia magnum exilium est car-

carcer. Nam in carcere omnis crudelitas est secundum Senecam declamat. li. 8. declamat. 2.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ an sint compensandæ a victore cum victo, & quæ.*

REGVLA LXXVI.

Damnum.] In glo. per hanc litteram ibi ceterum, † vbi dicit quòd victus victori debet condemnari in expẽsis, subtractis expensis, quas alteru tra pars pro contumacia sua soluit, vel qui in probatione deficit.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrer vtrum possit interdicere vel excommunicare.*
2 *Infamis an possit esse arbiter.*
3 *Excommunicato actore per iudicem admisso, reus non grauatur & propterea non appellat.*

REGVLA LXXXVII.

1 Infamibus.] Insupl. cum † arbitrium ibi nullam iurisdictionem vnde non licet ex ea interdicere, vel excõicare. quod dic, vt scripsit ipse D. m. secundũ
2 Goff. & Host. sup. de offic. or. c. graue & † hoc verum nisi esset arbiter iuris, quia talis infamis esse non potest, & potest excõmunicare, & interdicere sup. de off. dele. suspicionis. & in solutione quæstionis ibi de elect. lib. eod. hoc intelligit verum ipse D. m. si sibi incumbat onus probandi, & non probauit prouiso, vel electo probante contrariũ nisi excusetur errore probabili, vt ipse scripsit in d. decis. super ver. defecerit. & ibi, ꝙ non grauet facit quod D. m. scripsit post Pe. & Guill. sup. de excepti. exceptionem in fi. & Guill. in Spec. de off. iudi. §. impedit in prin. qui dixerunt
3 quòd si iudex non repellit ex off. actorem publicè excommunicatum, non ideo potest reus appellare quia non grauatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia & verba an & quando præponderent, & vtra magis attendi debeant.*
2 *Effectus verborum traditur ad limitationem orationis, non econtra.*

REGVLA LXXXVIII.

Certum.] Insupl. Dyn. hoc in fi. & dicit, quòd solet, & facit magi-
1 straliter dici, † quòd si appareat aliã mẽtem esse, & est redacta in scriptis, licet offendere verba, seruata sententia, si non, tunc non licet. satis videtur, quòd mens nil aliud sit quàm ratio, quæ legislatorem mouit, tunc verba legis non extendantur, nec ad eũ casum, ad quem extẽditur rõ. & videtur, ꝙ vbicunq. constat de ratione legis seu de intẽtione verbis contraria, liceat offendere verba, mentem seruando. & ita credendum est intellexisse do-
2 ctores cum † effectus verborum semper trahantur ad limitationem orationis, & & non econtra.

FINIS LIBRI SEXTI DECRETALIVM.

LAPVS ABBAS SANCTI MINIATI SVPER CLEMENTINIS.

DE RESCRIPTIS Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Abbates,an, quãdo,et quomodo virtute suorũ priuilegiorum possint alios ad iudicium vocare.*

2 *Locus quid sit, & quotuplex.*

CAP. PRIMVM.



Bbates.] *Super hoc.*] i. super ver. commendo au-
1 ctoritate † litterarum sedis Apostolicæ,vel legatorum ipsius,vel etiã subdelegatorum vt sup. e.tit.cap.statutum.§. in nullo lib. 6. aliàs quàm vt sup. præfertur, & licet quantum ad casum huius decis. non sit differentia inter ecclesias vel prioratus,qui sunt de mensa,& eos qui nõ sunt de mensa: est tamen secus aliàs vt patet infra de supple.negli. præla. quia regulariter.§.præmissa vero, & de excess.præl. frequens.ver.quidã ẽt ecclesias loca scien
2 dum,† q locus propriæ est quantitas circũ scribens corpus secundũ loca locorũ,q ꝓprie de his dicuntur, in qbus possessiones habẽtur.loci aũt ad laicos pertinent,& fit talis diuisio.Locorũ alij intrinseci, alij extrinseci, alij medij.itẽ locus est sedes argumẽti, vel id ex quo ad ꝓpositam quæstionem cõueniens traditur argumentum,vnde græci & argumenta locos,homines loca dici debere.in glo. vt magistri ibi non impetrant.videtur tamen,quòd agere, & defendere, & per consequens impetrare possint pro monasteriis prouinciæ ad hoc prædictum. c. in singulis in fi.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non potest à Vicario ad Episcopum.*

2 *Vicarius Episcopi potest esse conseruator.*

CAP. II.

ET. si principalis.] In glo. quid dices ibi translato, & personam reputãt
1 episcopi. hinc est quòd à† Vicario episcopi ad episcopum appellari non potest,etiam prætextu consuetudinis.de con suetudine. non putamus lib. 6. & in fi. te-
2 net Paul. hic, † quòd Vicarius episcopi non potest esse conseruator.

SVMMARIVM.

1 *Postulatus nullum ius habet in beneficio ad quod postulatur.*

2 *Auditor Cameræ siue Rotæ aut Vicarius Papæ nõ possunt facere gratiam, sed iustitiam.*

3 *Cameræ auditor,Cameræ Vicecancellarius,Auditor contradictarum,& Vicarij Papæ & Auditor legati sunt iudices ordinarij.*

CAP. III.

1 AVditor.] *Debitum.*] † Per istam literã respondi domino Fre. quærenti à me,nunquid hoc cap. habeat locum in postulationibus, quòd nõ ratio quia nullum beneficium per postulationem est debitum postulato, cum non habeat ius aliquod ad illud beneficium, ad quòd postulatur,vt sup.de postu.prælat. bonæ.
2 1. gratiam enim petit postulatus vt ibi quam facere non est Auditoris,† sed iustitiam tantum, etiam si sit Papæ Vicarius, & per

& per consequens ordinarius vt su. de off. vica. cum in generali. lib. 6. vbi de hoc etiã de vicario per Arch. & D. m. & eod. tit. c. tua nobis. Circuitus, Seneca de beata vita, charta prima. Sed ne te p circuitus traham, & aliorum quidem opiniones, enumerare longum est, & coarguere nostrã accipere. in glo. prima. ibi tenet. Goff. &
3 Host. dixerunt † si Camerarium, Vicecancellarium, Auditorem contradictarũ, Auditorem Cameræ D. Papæ ordinarios, reputamus, ibi non poterit Paul. contra, tenens hic, quòd idem sit in Auditore legati in glo. vlt. in fi. quærit Paul. nũquid Auditor mortuo Papa possit de tali beneficio prouidere, & dicit, quòd non, pro cuius dicto facit infrà tit. prox. ne Romani Lapus.

CAP. IIII.

GRatia.] In glo. idem tenent ibi etiamsi protestetur. in contrariũ videtur, quod ipse D. m. scripsit post Innoc. in nouella de elect. in electionibus lib. 6. in glo. eodem contextu vltra medium.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium erectum post gratiam concessam, an & quando comprehendatur in gratia.*

2 *Beneficij status non potest immutari per inferiorẽ, maxime post decretum & inhibitionem.*

CAP. V.

LItteras.] In glo. idem puto, ibi debere t. facit de priuil. cum capitula, & quod ibi not. & de deci. c. 2. lib. 6.
1 & infra de censi. cap. 1. † & hoc verum cũ non facit gratiam ei, cui facultatem prouidendi concedit. nam si ei gratiam faceret, tunc secus. de præben. dudum lib. 6. & cap. si cui, & ca. quamuis 2. facit, quod D. m. scripsit de verb. signifi. sicut lib. 6. vbi exprimit intellectum huius c. in gl. non dicit ibi cũ accesisset, nõ est credendũ quic-
2 quid videatur dicere ista glo. quòd † beneficium possit per inferiorem a Papa alterari per minorem, vel aliàs in præiudiciũ expectantis, maxime si est per reseruationem inhibitionem, & decretum affectum, etiam ex quauis cã ad hęc extrauagans Io. Papæ xxij. execrabilis. §. quæ oia. & extrauagan. sedes Apostol. & Benedicti dudum fel. rec. Io. &c. sed intelligendum de illo, qui re ipsa sine hominis ministerio alteratur, vt puta naturaliter terræmotu cu stione, vel alluuione, vel simile. facit, quod not. 12. quæst. 2. fine exceptione, in glo. penultima, nec est necesse fieri mentionem de alteratione, quæ fit per hominem inferiorem beneficij per superiorem reseruatur in impetratione illius, ad hoc quod scripserũt Arch. & D. m. de præb. cũ de beneficio. lib. 6. Lapus, &c.

DE ELECTIONE ET electi potestate. Tit. III.

SUMMARIUM.

1 *Religiosi seu regulares, an quando & ad quæ beneficia postulari possint.*

CAP. PRIMUM.

1 CUm rationi.] Eligatur.] † Postulari tamen potest, & hoc verum si sit professus ordinis non mendicantis: nam professus ordinis mẽdicantium postulari non potest ad aliquam ecclesiam, vel monasterium extra suum ordinẽ, vt in extrauag. Ioa. Papæ xxij. quæ incipit, dispendiis, in glo. electiones ergo in fi. quid ergo de factis post datam huiusmodi constitutionis infra duos menses à data ipsius antequam perueniret ad notitiam eligẽtium? dicen. videtur, quòd non valeant propter decretum, quod habet afficere ignorantes in fra duos menses à tempore datæ ipsius, licet sint sine culpa, & per consequens sine pœna, non tamen valebunt electiones cõtra prohibitionem ipsius factæ. secus si esset sine decreto, quia tunc videtur valere. facit de rescript. tibi, qui lib. 6. de præben.

ben.cap.dudum,& cap.si apostolicę,eod. lib.& de concess.præben.cap.1.eod.lib.& quod scripsit Archid. 19.di.§.1.super prima glo. & Pau. supra eod. c. in procemio super ver. decreto.trahit ergo accessoriū, idest decretum ad se principale,idest constitutionem super qua interponitur,& ipsius naturam immutat,& est simile in iuramento,& de iure iur. cap.debitores.in gl. dicunt quidam, ibi ob necessitatem curæ animarum.dicit Paul.forte Hosti. non intelligit de dignitate principali, quæ est semper curata respectu collegij.& sic semper subesset dispensationis causa: sed de inferiori, in qua potest cessare dispensatio curæ.dicit tamen,quòd vtilis esset declaratio,potest dici,quòd illa non est cura de qua iura loquuntur. videtur enim intelligendum de cura parochianorum sup. eod.tit.statutum lib.6.& ne cler.vel mon. c.statutum eod.lib. in ista enim, & non in prima exercetur officium prædicandi, & ad talem prælaturā bene poterit religiosus eligi,sicut & ad curatā ecclesiam non collegiatam eligi potest.pro & contra facit quod scripsi sup. de præben.cum in illis,ibi videas in ea gl.ibi certum habitum satis tamen habent certum, quia non religiosum,sed alium & religiosi religiosum, non alium.vnde notat. inter religiosos,& clericos seculares habitus disparitas, &c.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio. c. vt circa,de elect.in sex locum habet solum quando opponitur crimen vel effectus.*

2 *Opponere cōtra electum quilibet potest, dummodo sua intersit, etiam generaliter.*

3 *Interesse autem huiusmodi non intelligitur de bursa.*

4 *Interesse tamen consideratur etiam de facto.*

5 *Interesse non in iure, sed in facto consistit.*

6 *Tertius superueniens, vel adhærens, an quando, & quatenus admittatur ad opponendum crimina vel defectus contra electum, & quando possit appellare.*

7 *Querela an opponi non possit contra electum quando est exclusa via appellationis, & a quo.*

8 *Crimina noua contra electum apponi possunt, ab absente, & ignorante finito iudicio criminum, & obiectorum prima vice expressorum, ex mente Specul.*

9 *Pœna non seruantis formam c. vt circa,de electio. in sex.qua nam sit.*

10 *Clerum,& populum differunt,& potest ecclesia cauere Populo, & non clero, & econuerso.*

CAP. IIII.

Constitutionem.] sed tantum vbi per competitorem, vel oppositorem quemlibet appellantem aduertē
1 dum,qui hic euidenter apparet, quòd † c. vt circa,eo.tit.lib.6.locum habet tantum cum opponitur crimen, vel defectus aliàs non. opportet ergo quòd opponatur crimen, vel defectus, & appelletur. apparet
2 etiam quòd † admittitur quilibet appositor & appellans, siue sit clericus, religiosus, vel laicus, masculus, vel femina. dummodo ipsius oppositoris intersit,& appellatur interesse priuato, communi, vel publico,aliàs non admittitur talis oppositor,& appellans,vt infra eod.c §.sane 2.quæst.6. non solent, & sup.eo.tit.ca.cū inter.respōdeo, dicendum etiam, quòd si non appellet,sed tantum opponatur generaliter,nō admittitur oppositor nisi cuius interest interesse priuato publico, vel cōmuni, & tunc admittitur quilibet,vt sup. §.sane interest interesse communi,vt quia est canonicus,vel patronus, vel parochianus:non tñ admitteretur patronus, vel parochianus ad opponendū cōtra formam. sed tantū in personam: canonicus autem ad omnia reciperetur secundū ea quæ notat D.m. eod. rit. vt circa lib.6 alius vero, cuius non interest, non admitteretur, vt hic

vt hic habetur ar. à contrario & secūdum hoc corrigitur quod not. Inn. de accus. super his, in gl. 1. & in glo. ad excipiendum, & Archi. 23. dist. illud, & multo fortius ad mitteretur is, cuius interesset ratione interesse proprij, vt quia est canonicus, & fuit contemptus vel prætendit ius habere in beneficio, vel ad beneficium, de quo agitur, & de tali interesse intelligitur infra
3 eod. §. non autē † intelligēdum de interesse bursali, vt quia dicat ecclesiam sibi obligatam ad aliquam summam pecuniæ, vel q̄d aliud, secundū ea, q̄ not. Inno. & Host. & D. m. in d. c. sup his, & videas quod notat Archid. sup. cod. lib. statuimus in pri-
4 ma glo. lib. 6. & quòd dicit † interest sup. etiam de facto, sufficit enim, quòd ad hoc, vt admittatur quis in hoc casu, quòd sua
5 intersit de facto. nam quòd † alicuius intersit, in facto non in iure consistit. ff. de reg. iur. quatenus cuius intersit, & per D. m. de regul. iur. lib. 6. in littera q. & facit quod per D. m. not. post Innoc. & Host. de
6 testib. veniens 2. † alius sup. veniens etiā si non adhærens, & multo fortius si sit adhærens. & hoc vult dicere, quòd super male expressis, & male iuratis nec principalis appellans, nec adhærens, nec etiam alius non adhærens auditur, nisi ad hoc solum, vt assistat, ne colludatur. sed super non expressis auditur appellans, & adhærens solum in illis exceptis casibus in ca. vt circa ver. nisi aliquid, & cum iuramento, vt ibi alius vero non adhęrens, cuius intersit auditur eodem durante iudicio super non expressis, & non iurãdo, dummodo absens fuerit tempore appellationis interpositæ si autem fuerit præsens, tunc in nullo auditur: illo vero finito iudicio in nullo audiretur, & hoc quando interesse commune prosequitur. pro interesse autem priuato audiretur in eodem durante, vel finito, quod dic, vt scripsit Guill. in d. ca. vt circa in glo. si ergo appellans. dummodo ignoret appellatum, licet sciat causam agi. q̄ si sciat appellatum tunc etiam pro suo interesse non audiretur illo finito iudicio, secundum Compo. vt ipse scripsit eod. tit. c. 1. li. 6. in gl constitutio, & in glo. ad quid, est tamen differentia quando scit causam agi, & ignorat appellatum, inter eum qui habet causam ab appellante, & appellato, & eum, qui nō habet, vt ibi dicit Compo. quia primo præiudicat scientia, secundo non præiudicat in iure suo priuato, Eosdē articulos scilicet nō specificatos secundū D. m. idē Paul. idem dico de specificatis idē Pau. quia ex quo appellans prosequitur appellationem, & per ipsum cā est incœpta, non debet superueniens audiri principaliter super eiusdem articulis, sed adsistat. facit quod notat Compo. eo. tit. cap. 1, li. 6. in 5. col. insup. præterquam istud quod sequitur, præterquā in casibus non respicit verbis expressis supra positis, sed illud, & aliis, nam super expressis, in quibus non est forma cōstitutionis, vt circa seruata, non auditur per viā appellationis, vt eod. tit. is, qui lib. 6. sed super exprimendis bene auditur, vt in constitutione vt circa, ver. nec aliquid, ibi, ergo audiretur vel non audiretur appellans prosequēdo apellationem audiretur, vel non audiretur per simplicem querelam, quod est verum, quando appellatur, & male, non seruata forma prædicta, vt hic, & sic præclusa via appellationis. per cōsequens est
7 præclusa simplicis † querelæ. secus si non appelleretur, quia tunc pōt nō appellans vti via simplicis querelæ, vt de appell. concertationi. l. 6. & videtur, q̄ vbicunq. quis appellat ex aliqua causa, & succūbat, nō pōt ex eadē causa p̄ querelā impugnare illud, cōtra qđ appellauit, & succubuit: secus si nō appellasset, vt dictū est, & appellationi p̄missione iuris prenunciasset, non aūt in pœnā appellantis ei renunciaretur. de appellat. cū sit. Roma. de do. & cont. cū q. l. 6. ad hoc quod p̄ Inn. & Host. notat de ordi. cogni. super spoliatione conuentus, & de appell. sæpe contingit. facit etiam eod. tit. vt quis duas lib. 6. & post cap. vnicum eo. lib. & de fi. instrumentorum inter dilectos in vlt. col ver. cū iuxta canonicas sanctiones & c. ar. à contrario facit sup. de appell. cap. vlt. lib. 6. & infra eod. tit. ca. cum à repulsione. scripsit D. meus. in glo. præceptoria. facit etiam sup. eod. tit. cap. concertationi eod. lib 5. illius vero constitutionis, vt circa eod. tit. lib. 6. formę, quæ est clara, & aperta specificatio omnium singularū obiectorum in iuramenti præstatione de obiectis fienda, & ibi continetur secundū Guill. Gar. Ioa. mon. ibidem, & Guill. de modo

modo aliàs hic omisso, quia non fit specificatio, nec iuratur debito mō scilicet in totum, quia in nullo seruatur licet appellat. repellatur, quod est infra, & etiam adhærentem, vt in eodem cap. vt circa ver. alioquin. sed & alium superuenientem, vt sup. eod. §. sane, quod intelligit D. m. si eodem durante iudicio, & hoc in expressis, in quibus non est forma seruata, sed † Guill. super non expressis dicit talem audiendum ratione communis interesse, si tempore appellationis ignorauit eodem durante iudicio, postea vero non, nisi ratione proprij interesse, vt ipse scripsit in d. cap. vt circa, obiectibus propositis, vt e. tit. vt circa &c. is qui li. 6. sup. eo. c. §. cæterum, & proponendis etiam per simplicem querelam, vt sup. eod. cap. §. prox. fallit hoc in trib. except. dicta constitutione, vt circa, ver. nec aliquid, & sup. eod. cap. §. prox. & ita est hodie † satis clarum quæ sit pœna non seruantis constitutionem vt circa: sed vt non audiatur super expressis, vel nō expressis, nisi in tribus casib. ibi exceptis in ver. nisi aliqd.. ad quid ergo prosequitur appellans sup. de facto, vel quia poterit de nouo opponere in illis tribus casibus exceptis, & in illis adesse poterit superueniens ne colludat, vel etiam in aliis, quia forte promittit appellatum colludens, ne super illis obiectibus propositis alius de cetero etiam in illo finito iudicio audiatur. de accusat. de his, nec est mirum si in prædictis casib. auditur appellans, licet in aliis appellationibus non audiatur, nec in expressis, vt de appellation. cum causam, & clem. eod. tit. appellanti, quia hoc est speciale, vt in d. cap. vt circa & hoc sup. eod. cap. §. insuper, & cum non fuerit in culpa, est ergo pœna non referuantem dictam constitutionem vt circa, vt non audiatur appellato contradicente super male expressis, & male iuratis: nec etiam super exprimendis, nisi in illis trib. casibus in quibus audietur, etiam appellato inuito, non autem est pœna, quòd appellatio ipsa non valeat, quia valet, & causam principalem defert ad curiam si appellatio fuerit intimata, vel ad notitiam ipsius peruenit, vt sup. eod. tit. cap. prox. in glo. optime cócordat in fi. ratio diuersitatis, quia consensus appellati præstitus in renunciatione appellantis cedit in cōmodum appellati, hic vero consensus appellati vt appellans audiatur, non obstante, quòd non seruauerit formam decreti vt circa respicit damnum, & onus ipsius appellati, & ideo secus, vt ibi, etiam de cōsensu appellati pœnitere non possit, hic autem prosequi possit in glo. vlt. in fi. valebit ergo talis probatio in præiudicium appellati, nō autem in fauorem appellantis. vt ipse possit eam dicere natural. poterit tamen iudex iudicare secundum ea ex officio, nec appellans, nec appellatus se à pronunciatione ipsius grauatos dicere poterunt, siue iudex pronunciet, siue non, nec per consequens appellare ad hoc quod scripsit D. meus. sup. de except. exceptionem de reg. iur. infamibus. in quæstione in solutione lib. 6. & Guill. in specie de off. iudi. §. impedit quoque, de hoc etiam scripsit de except. pia li. 6. & in d. c. infamibus implerisq. in glo. certum est ibi continenter caue † ista carere clero, & populo, non æquipollet. possunt enim isti non habere clerum, nec populum, sed isti non habere clerum, sed populum, & ideo non obstat. Io. Papa xxij.

SUMMARIUM.

1 *Emolumentum dicitur a molendo, & est proprie vtilitas, quæ prouenit ex molendino sed tamē accipitur pro qua libet vtilitate.*

2 *Additiones facta statutis censentur repetere contenta in corpore statutorum quoad omnia.*

3 *Indulgentia siue priuilegium vltimo loco concessum vni Ecclesiæ an tollat priorem.*

CAP. VIII.

1 STatutum.] Emolumento.] Emolumentum † propriæ lucrum molendini, scilicet quod habetur ex molendino, & qualibet commoditate, Malachiæ 3. & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & idem verbum de simoni

monia venio.de testa.si hæredes, & de testi.c.1.l.6. in gl.notat. q̃a deci.sublata ibi dicuntur,facit quod scripsit Guill. de postulando cap. properandum in glo. cum non esset in fi. vbi dicit, item hoc est ar.
2 quòd † si alicui statuto sit aliqua additio, idem iuris intelligitur in additione repetitum,quod erat in statuto, quoad pœnam, & quoad alia , & in fi. idem Paul. dicens,
3 quòd priuilegium , † vel indulgentia post concessa non tollit, quæ derogaret illi, cũ hoc non exprimat, verum quod de consuetudine dicunt,non videtur bene dictũ, ex quo in cap.quia sæpe consuetudo induci, nec inducta valebit , & ideo non erat necesse de ipsa hic fieri mentionem.facit quod scripsit D. m. de verb. signific. Abbate in penultima glo. in fi. & Paul. sup. eod.tit.contra cap. 1.potest dici, quod respiciant factum, quia forte inducta fuisset de facto.

DE SVPPLENDA NEGLIgentia Prælatorum. Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia regularia regularibus,et secularia secularibus concedi debent.*

2 *Charitatiuum subsidium quando per prælatos peti possit.*

3 *Ecclesia regularium debent patronis subiectionem debitam.*

4 *Dispositio istius cleri vtrum habeat totum in exemptis, vel non exemptis, vel vtrisque.*

5 *Negligentia Prælatorum regularium inferiorum non suppletur per ordinarios per ipsorum superiores.*

CAP. VNICVM.



Via Regulares.] *Conferendo.*] Ista littera facit ad id, quod scripsit Host. de sta. monac.cap.vlt.§.præcipimus. vbi dixit, & sunt
1 hæc efficax arg.quòd sicut clericus † secularis non potest præfici in prælatũ,vel fratrem ecclesiæ regularis;ita religiosus præfici nequeat in decanum , vel fratrem ec-
2 clesiæ secularis . soluantur , tamen † charitatiuum petere subsidium poterunt, & ex euidẽti,& rationabili causa,& fortitan ad id eos cogere remittentes absque rationabili causa soluere, vt decis.si cũ Apostolus,& prout.ibi post Host. p D.m. not. & de offic. ordin. conquerente in fi. facit quod scripsit Innoc.de priuil.cum & plantare, vbi sic dicit, Item nota , quòd hæ
3 ecclesiæ † non tantum debent patronis rationem , sed etiam subiectionem debitam 16.q.2.visis,in qua intelligo contineri , q̃ eis subueniant si necesse fuerit. in glo.
4 si ad collegia in fine. sed † nunquid habet locum istud cap. 1.ꝟ.in omnibus prælatis regularibus exemptis , & in illis, qui mediate Papæ subsunt. & videtur, quòd sic: quia generaliter, & indistinctè loquitur. in contrarium videtur, quòd tantum in his qui immediate Domino Papæ.ita quod nulli alij subsunt debet intelligi , & hoc verius, ad quod facit ista gl. & infra de præben. si de beneficio. & de sta. monac.cap.attendentes 1.ꝟ. poterunt ergo ordinarij negligentiam superiorum exemptorũ regularium tantum,qui D. Papæ subsunt in beneficiis conferendis supplere, quæ ad collationem ipsorum pertinent iure principali, vel deuoluto postquam fuerint negligentes per vj. menses ar. prædicti ca. si de beneficio inferiorum not.negligentiam exemptorum, non ordinarij,sed eorum superiores supplebant,& sic faciendo nulli fiet iniuria,nec derogabitur in aliquo iuri suo.

DE ÆTATE ET QVALITATE & oridne præficiendorum. Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus vel Subdiaconus male promotus vel suspensus an habeat vocem in capitulo.*

CAP.

CAP. II.




T *hi qui.*] *Constitutum.*] intelligendum videtur ita, quòd executionem ordinis subdiaconatus
1 habeat, nam † si esset suspensus ab executionem ipsius: non tamen videtur, quòd talis debeat vocem in capitulo habere, cum ex ordine subdiaconatus hoc cõsequatur, debet intelligi, quòd sit ipsum ordinem cõsequutus canonice, vnde si minor xxviij. vel ẽt maior, & à nõ suo episcopo fuerit ad ipsum ordinẽ promotus, postquam erit sibi exequutio ipsius interdicta, interdicto durante non debet habere vocem, facit de consuet. cum dilectus, & quod ibi nor. in glo. suspensus enim. & quod scribit D. meus. ibi, & de rescript statutum & de præben. ei cui lib. 6. & quod dicit habet vocem per se vel alium, vel pro se, vel alio, quod dic, vt scripsit D. meus. de regul. iur. quòd alicui in quæstione lib. 6.

DE OFFICIO VICARII. Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Curata ecclesia in proposito huius clemen debet esse actu & habitu, secundum Paulum.*

CAP. VNICVM.



Va.] *habentibus.*] Per istam litteram tenet hic Paul. ꝙ re
1 quiritur † ad hoc vt habeat locum decis. ca. de multa de præben. & decis. c. commissa de elect. lib 6. debet ecclesia esse curata habitũ, & actu, & assũptis prectorem, & institutis per episcopũ cũ consensu patroni, si ecclesia non est collegiata; vel si est collegiata hoc ei cõpetit de iure speciali, de iure patro, non obst. secundũ eum, & quod sup. dicit. per rectorem, subaudi, vel de ipsius cõsensu. ad hoc de fil. presby. proposuit: sed quòd per episcopum solum debeat dari ipse vicarius, videtur per c. cum ex eo. de elect. lib. 6.

DE OFFICIO ET POTESTATE iudicis delegati. Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Verbum repereris non importat causæ cognitionem.*

2 *Si constiterit importat causæ cognitionem.*

CAP. VNICVM.



1 *Vdices.*] † *Repererint.*] Non videtur, ꝙ propter hoc de necessitate præcedere debeat prouisionẽ causæ cognitio, sufficit enim ꝙ ita fit etiam sine causæ cognitione. secus si diceret. si tibi constiterit, quia tunc præcedere debet causæ cognitio, & hoc denotat significatio istorum verborum, nam reperire est scire de re perdita vbi sit: sed cõstare idest certum, & apertum esse, primum potest esse
2 se sine causæ cognitione secundum† vero non: sed opportet, quòd partibus vocatis sit certũ, & clarũ, quòd esse non põt, nisi cis vocatis. dixit infra de concess. preb. c. vno, quòd si fiat prouisio non præmissa examinatione seu inquisitione, nõ valebit: quia facta contra formam mandati hæc vera, nisi conditio esset notoria, quo casu non est necessaria examinatio nisi ad cautelã. exprimatur, tamen hoc in collatione, vt sciatur, quia inquisitio non est facta in glo. sed nunquid erit necesse in si. quæ videtur esse talis, quòd scilicet si clausula sonat in conditionem sicut ista, si tibi constiterit, &c. & alteri præiudicetur. cum in hoc factus sit iudex, vel inquisitor habeat

beat causæ cognitionem præmittere,& per consequens partes vocare. Si vero alteri non præiudicatur, tunc non fit necesse partes vocare.

DE OFFICIO IVDICIS ORdinarij. Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Papæ motuproprio facta habenti alia beneficia valet.*

2 *Collatio Papæ ad petitionem habentis alia beneficia non valet nisi facta de aliis mentione.*

3 *Collatio legati facta habenti beneficia non valet nisi illorum habita mentione siue motuproprio siue non.*

4 *Collatio ordinarij valet non facta mentione aliorum beneficiorum.*

CAP. II.



T, si.] *Mentio specialis.*] Ibi expressa similis expositio, de reb. Eccl. non ali.
1 hoc consultissimo lib. 6. † facta collatio, etiam proprio motu Io. mon. & Archi. de officio legat. ca. vlt. lib. 6. secundum D. meum. contra ibi, quòd scilicet valeat facta collatio per legatum proprio motu. Primum verius rationem, vide quod scripsi in d. cap. quibus licet. Papa excepto, vt de præben. si motu proprio 1. & 2. eo. lib. 6. & per istā litteram, quæ sic generaliter sequitur. dicendum illum, qui auctoritate Apostolica confert, hic includi examen de præben. is, cui lib. 6. dicemus ergo prouisionem beneficij factam per Papam proprio motu beneficiato, non habita mentione de beneficio illius, quem beneficiat valere, sed
2 factam ad petitionem alterius † non valere, vt in d. cap. si motu prorio, factam ve-
3 ro per legatum † neutro casu valere vt hic primo responso, & in d. capit. vltimo. ab a-
4 lio † autem quocunque factam valere vt hic, & quod dictum est de collatione legati. locum habet si legatus, vel ille, qui ab eo beneficiatur, scit, vel scire pōt beneficiatum esse illum, alias secus ad hoc de rescriptis gratia lib. 6. potest etiam verius dici, quòd in delegato Papæ idem sit quod in legato ipsius secūdum quod scipsit Archi. in d. cap. is cui.

DE PROCVRATORIBVS Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem constituere, seu substituere in alienis causis regulariter nemo potest.*

2 *Persona coniuncta an possit pro coniuncto proctetorem constituere, seu substituere.*

3 *Pater an & quando possit filio procuratorem substituere, vel pro filio comparere.*

CAP. PRIMVM.



INstrumento.] *Suis.*] bene dicit, suis,
1 quia † in alienis non pōt aliquis procuratorē cōstituere, nisi sit factus dñus litis per litis contestationem vel a domino hoc habeat speciale mandatū,
2 eod. tit. cap. 1. lib. 6. † & si sit coniuncta
3 persona, nisi sit † pater illius, cui, seu pro quo procuratorem constituit prout. not. Host. de procurator. capit. 1. & Archid. de præben. si tibi absenti lib. 6. & sit talis causa, quæ non requirat speciale mandatum. tunc etiam pater, nec per se, nec per procuratorem agere, vel defendere, vel procuratorem pro filio constituere poterit, vt quia est causa matrimonialis, vel beneficialis. quod dic, vt notatur in Spec. tit. de coniuncta persona, ver. item est causa specialis.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Procurator generalis cum expressione aliquorũ particularium speciale mandatum exigentium, an & quando possit crimina & defectus electo vel eligendo exponere.*

2 *Clausula etiam maiora expressis, nihil operatur, nisi vnum requirens speciale mandatum exprimatur.*

3 *Clausula maiora expressis, cum expressione alicuius particularis speciale mandatum requirentis, non comprehendit quaedam specialia hic enumerata.*

CAP. II.

1 NOn potest.] Nisi aliud.] † vt possent contra personam electi, seu eius, cui est prouisio facienda vel facta opponere crimina, vel defectus, & sufficit ista generalis expressio etiam si non fiat alia expressio singulariter secundum Innoc. Compo. Guill. & Archid. qui dicũt ita Curiã Romanã seruare. nec obstat cap. procurator de elect. li. 6. quia loquitur in procuratore q. debet appellare, & seruare formam, quam D. suus debebat in appellãdo, vt ipse notat. de elect. statuimus in glo. sic infra de do. & contum. cum
2 dilecti. sed quidam alij cõtra dico † etiam quòd nõ sufficit dicere, quòd possit etiam maiora quàm sint expressa ita in genere, nisi vnum saltem de maioribus exprimatur, sequuta clausula generali facit eo. tit. qui ad agendũ li. 6. nam sicut non venit aliquod de positiuis speciale mandatum exigentibus, nisi eorum aliquod exprimatur; ita nõ veniet generalis clausulæ aliqd de comparatiuis in maioribus, & alterius generis altioris mandatum speciale exigentib*s, nisi eorum aliquod exprimatur propter idemtitati rationem. vnde si expressa sint aliqua crimina, vel defectus subsequuta clausula generali, non veniẽt maiora, vel grauiora expressis, oportet ergo, vt etiam de maioribus, vel grauioribus aliqđ exprimatur, & tunc adiecta clausula generali, venient maiora, & grauiora.
3 idẽ Pau. sentire videtur, † sunt tamẽ quædam, quæ numquam veniunt in clausula generali qualiacunque fuerint expressa de exigẽtibus speciale mandatum. exemplum de præben. c. 2. lib. 6. & in alio, quod posui de officio vicarij cap. licet eod. lib. aduertendum etiam, quòd si procurator constituatur ad causam, vel causas, intelligitur cõstitutus ad causas ciuiles tantũ, & non ad criminales, nec etiam ad ciuiles seu ad eas q̃ reqrunt speciale mandatũ, vt matrimoniales & beneficiales de ꝓcur. accedens, & de præb. accedens. & not. e. ti. c. si tibi absenti l. 6. de elect. c. procur. e. li. secundũ ea, q̃ not. in Spec. eo. tit. §. 1. §. nunquid medici, & ver. item generaliter, & ver. sed nunquid procur. & ver. nonus, & de coniuncta persona ver. item quòd est causa. Lapus Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatus an possit constituere reuocatorem alium excõmunicatum ad petendam absolutionem.*

CAP. III.

1 REligiosus.] Conforte.] facit † hæc littera, quòd excõmunicatus possit excommnnicatum cõstituere procuratorẽ ad petendũ absolutionem ab excommunicatione, maxime si sint excõmunicati ex eadem causa vterq. tam constituens, quàm constitutus vult absolui per d. D. meum de probat. post cessionem in quæst. penultima. facit de rescript. ipso iure, lib. 6. & quod ibi de iudice, capit. intelleximus per vni cap. notatur per D. meum.

SUMMARIUM.

1 *Procurator constitutus à prælato tantũ vel cum consensu capituli, vel coniunctim cum capitulo, an prælati morte expiret.*

Reuo-

2 *Reuocatio procuratoris per mortem est efficacior cunctis aliis modis.*

3 *Reuocatio per mortem quid differat ab aliis reuocationibus per comparationem & discursum.*

4 *Ecclesia vacante procurator per prælatum constitutus agere non potest.*

5 *Capitulum agens sede vacante agit capitulari nomine, non prælati.*

CAP. IIII.

Procuratorem à prælato.] Sup. tantum
1 etiam ecclesia † nomine etiam si cum consensu capituli, secundum Paul. secus si à prælato, & capitulo in re, vel causa communi fuerit cõstitutus, quia tunc non est reuocatus talis procurator secundum D.m. & Paul. hic. sed dicẽdum videtur idem, & in hoc casu quod in præcedenti pari ratione. non enim negari potest quin etiã in isto casu sit procurator a prælato constitutus, licet etiam a capitulo sit constitutus, & sic a duobus, diuersimode tamen non à prælato, vt a capite Iure prælationis, & à capitulo, vt a corpore iure capituli, & neutrius ipsorum constitutio perpetuat magis constitutio alterius, quàm si ab vno ipsorum tantum fuisset constitutus. poterit ergo reuocari ab vno ipsorum, & maxime a prælato, & expirabit per mortem ac si ab vno solo factus procurator esset secundum ea, quæ scripsit D. meus. post Innoc. & Host. de postulat. prælat. c. bonæ mem. el 2. super gl. ideo dicit, sed cum ab vno constituitur potest ante litem contestatam libere reuocari, vt eod. tit cap. 2. respon. 1. lib. 6. & etiã reuocari potest per prælatum, ille, qui a capitulo fuerat constitutus prout scripsit D. m. post Innoc. de testi. præsentium in glo. agebatur hic lib. 6. multo ergo fortius reuocabitur per mortem prælati a præla-
2 to, & capitulo constitutus cum † maior, & efficacior sit reuocatio, quæ fit per mortem, quàm illa, quæ fit alio modo, vt patet ex isto cap. & ex d. cap. 2. vlt. responso.
3 eod. tit. simul iunctis, nam † post litem cõtestatam, non reuocatur sine causa, vt hic & si capitulum reuocet procuratorẽ factũ cũ prælato nihilominus agere, ac defendere poterit si reuocatur per prælatum: quia prælatus est caput, & habet exercitiũ actionum, vt de rescriptis edoceri si vero reuocet prelatus, tunc vel dicetur totaliter reuocatus, vel si mãserit procurator capituli non tamen agere, vel defendere poterit etiam in re vel causa communi, mortuo, vel etiam viuente prælato, vt de iudic. causam, quæ. prout etiam plene scripsit in distinctionibus Abb. & Feder. in d. cap. edoceri, & hoc idem erit etiam de nouo creato prælato, nisi prius ab ipso iterum constituatur de nouo, & quod in prin. dicitur, intelligi debet quãdo prælatus suo proprio nomine expresso licet pro ecclesia procuratorẽ constituit, secus si non expresso nomine suo, & tunc mortuo prelato, non ex-
4 pirabit procuratorium: † nõ tamen agere, vel defendere poterit procurator nisi postquàm ecclesia nouum prelatum habuerit & tunc poterit etiam vigore antiqui mandati, quod morte constituentis non expirabit. & sic possent intelligi, quæ dicunt prædicti. ad hoc facit quę not. in c. quoniam Abbas. de off. del. & de rescript. si gratiosæ lib. 6. per D. m. & de reg. iuris. si priuilegiũ eod. lib. & per me in d cap. si gratiosæ. nec obstant prædictis ne sede vac. cap. 1. lib. 6. & de regula. si ad solum eod. lib. & alia, quæ in cõtrarium allegantur, quia in alio
5 casu loquuntur, † & quia & si capitulum agere, ac defendere posset in causa communi sede vacante, non tamen hoc faceret iure prælati, & tanquam prælatus, sed iure capituli, & tanquam capitulum.

DE RESTITVTIONE IN integrum. Tit. XI.

SVMMARIVM.


1 *Ecclesia læsa in quibus & quomodo restituatur, & quando incipiat currere quadriennium.*

CAP.

CAP. PRIMVM.

1 B ecclesia.] † Aduersus lapsum.] Pone quia infra dicendũ non appellauit à sententia contra se lata, vel infra terminum datum ad excipiẽdum vel articulandũ, non excipit, non articulauit, nec aliquid probauit, vel simile, audietur per beneficium restitutionis in integrum infra quadriennium continuum a tempore læsionis, & eo ipso, quòd lapsi sunt x. dies dati ad appellandum, vel terminus assignatus ad aliquid faciendum est finitus, incipit quadriennium currere restitutionis petendæ a fine x. dierum, vel alterius termini: ex tunc enim est læsa, & tantũ tempus habebit per restitutionem ad id faciendam, ad quod fuerat termin⁹ primo datus, quãdo fuisse læsam probabitur, & non vltra, vt hic in fi. scripsit autem Guill. in Spec. eod. tit. §. infra quod tempus, ver. cæterum, quòd sicut ecclesia vel minor debent petere infra quadriennium a tempore læsionis restitutionem si lædantur, sic & minor si lædatur, & debeat restitui, & incipit istud tempus currere, si est præsens a tempore læsionis, vel a tempore reuersionis, si est absens, & dabitur sibi tantũ tempus quantum fuit absens secundum eum.

LAPVS ABBAS SVPER CLEM. LIB. II.



DE IVDICIIS. Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale an, & quando veniet appellatione beneficij.*
2 *Decimalis causa quando dicatur.*
3 *Beneficialis causa quando dicatur.*

CAP. II.

ispendiosam.] Quæsito per D. Fede. a me, nũquid propter contumaciam rei debeat actor mitti in possessionem hospitalis, consueti per laicos gubernari, cum in tali causa procedi possit lite non contestata, vt in isto c. notatur: respõdi post allegata hinc inde, vt latius ĩ qõne continetur, ꝗ nõ sit locus missioni in possessionẽ, non obstãtibus in contrariũ allegaris, quę intendebantur, quòd † noĩe be-
1 neficij ecclesiastici non veniat hospitale, quæ locum habent in ambitiosis, & odiosis in expresse prohibitis, in quibus fit stricta non larga interpretatio, & in quibus argumentis a contrario, & de similibus ad similia non arguitur, secus in fauorabilibus, in quibus nomine ecclesiæ venit nedum monasterium, sed etiam omnis pius locus, secundum ea, quæ scripsit D. meus. post Archid. supra de restit. in integrit. cap. vltimo super ver. ecclesia lib. 6. & est fauorabile quando maxime in iure cõmuni ecclesia, vel beneficium ecclesiasticum exprimitur, & de fauore ecclesiæ, vel beneficij ecclesiastici agitur. Decimis, intelligit D. m. hoc ca. locum habere etiam si agatur de decimis inter duas ecclesias
2 super iure percipiendi, † quia causa decimalis

sessorio matrimonij carnalis in capit. ex transmissa, de restit. spoli. super vet. & ab
2 eo cognita sic dixit.† est ergo hoc possessorium in hoc dissimile aliis possessoriis, qa in aliis sufficit probare possessionem facti tantum, etiam si de ecclesia agatur sup. e. in literis. sup. de off. dele. consultationibus hic autem non prodest possessio sine iure.

VT LITE PENDENTE NIL innouetur. Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Citatio emanata virtute rescripti nulli vtrum inducat litis pendentiam.*

2 *Attentata facta post citationem exequutam, nõ tamen in actis redactam, numquid veniant in primis & ante omnia reuocanda.*

CAP. II.



Vm lite.] In glo. alibi dicitur, ibi per exceptionem, forte si notoria esset exceptio, quia tunc non videtur per citationem talis inducere pendentiam litis. 3. q. 5. quæritur suspecti. de fil. presbyt. quoniam. de ap
1 pellat. ex parte i.† quid ergo si rescriptum ipso iure nullum, vt quia impetratum per excommunicatum. de rescript. ipso iure li. 6. vel est subreptitium, & super beneficio impetratum, eod. tit. ad audientiam ij. nũquid per tale rescriptum facta citatio inducet litis pendentiam? dicendum videtur, quòd non, si de hoc constat: si vero non cõstet, ex futuro pendet euentu. ad hoc sup.
2 cap. prox. in gl. vlt. in fi.† quid si iudex sufficiẽter expressit in citatione, & nũcius fideliter citato citationẽ pręsentauit, nõ tñ iudici relatio facta est citationis factæ, vel si est facta, nõ est redacta in actis, post attẽtatur aliqd, quod iudex vult reuocare, vel reuocat ex officio per modũ attentati, ille contra quem vult facere, vel facit reuocationem dicit eam non debere fieri, & si est facta debere reuocari negans citationem factam, vel si est facta, eam non esse factã non peruenisse ad iudicem, & redactã in actis, & quia non auditur, appellat coram iudice, ad quem probatur citationem legitime factam esse, licet non peruenerit ad iudicem, vel etiam probatur per testes, q̃ ad iudicem peruenerit, quęritur numquid hoc sufficiat ad iustificationem reuocationis attentati factæ per iudicem? & videtur quòd non per Clem. infr. de appell. appellanti. pro & contra quod scripsit D. m. de reg. iur. eum qui certus est. in q. lib. 6.

DE SEQVESTRATIONE possessionis & fructuum. Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum vtrum fieri debeat in beneficiis annexis seu de mensa episcopali vel abbatiali.*

2 *Sequestrũ an debeat fieri parte citata.*

3 *Lex iniusta tempore non firmatur.*

4 *A declaratione incursus pœnæ legalis ab homine facta, appellatur, licet à pœna legis, & a lege non appelletur.*

5 *Sequestrum vtrum decernendum sit stante nullitate sententiæ.*

6 *Appellatio interposita in iudicio possessorio, vtrum suspendat exequutionem.*

7 *Ordinarius lite in curia super beneficio pendente potest de criminibus per collitigantes perpetratis cognoscere.*

CAP. VNICVM.

1 *D compescendas.*]†Quæsiuit D. Feder. a me, numquid istud c. locum habeat cum actor petit ecclesiam vt beneficium, & episcopus vel Abbas dicit, ecclesiam ad suam mensam pertinere: cui post allegationes pro & cõtra respondi, quòd videtur distinguẽdum an dicatur hoc a parte, quæ fuit in iudicio in quo contrariam sentẽtiã reportauit, & tunc nõ debet audiri, & habeat locũ istud cap. ad quod facit de præben. extirpandæ. §. qui vero, & quod ibi not. post Innoc. &

Hosti,

Hosti. per D.m. nam sic ibi propter negligentiam habentis ponere vicarium in ecclesia parochiali annexa prebēdæ, confertur talis ecclesia non obstante annexione ita & hic fiet sequestratio, ex quo est lata sententia de beneficio episcopi, vel Abbatis mensę annexo, non obstante quòd dicatur esse de mēsa, & hoc quoad effectum sequestrationis: ratio, quia talis exceptio non habet locū post dictam sententiā, maxime ad effectum impediēdi sequestrationē, quæ ex dicta sententia ꝓcedit: aut a tertio, & tunc audietur, vel non audietur, vt in alio casu de testi. veniens ij. de re iudic. cū super, & sic habebit vel non habebit locum istud cap. & videtur non habere locū vbicunq. notorium est, quòd sit de mensa. facit quæ scripsi infra de sta. mo. attendentes, & de pœni. & remiss. cap. 1. & hoc quo ad id, quod de nototio dixi. & quod scripsit D.m. de appell. cap. interposita, & sup.
2 de litis contestat. cap. 1. lib. 6. item † quæritur numquid sequestratio facienda contra formam istius cap. fieri debeat vocatis his, quorum interest, & cum causæ cognitione. Dicendum, ꝙ si fiet per ordinarium ex officio, vel ad petitionem habentis sententiam, & sine commissione Papali, quòd debet vocari possessor, & hi quorum interest. de ma. & obed. inter quatuor, & quod ibi not. per D. meum, & de comenda. de elect. dudum ij. & eod. tit. cap. nemo lib. 6. facit de præben. licet episcopus eod. lib. si autem eam faciet ad mandatū Papæ, tunc non habet aliquem vocare, cum in hoc sit merus exequutor, nec de hoc potest contra ipsum aliquis conqueri, nec ab eo etiā appellare secundum ea quæ not. D. m. de concess. præben. proposuit. Cecidisse, cum hoc sit pœna legis, non hominis ab ea nō poterit appellari, cum a pœna legis nō appelletur, sicut nec appellatur a lege. sufficit enim contradictio eius, q. ab ea læditur prout scripsit D.m. post Inn. & Host. sup.
3 de constit. cum omnes. nec enim † lex processu temporis confirmatur. si est iniusta numquam valet, prout not. 16. q. 3. inter cętera. alias post quingentos in glo. 1. præscriptio est quid de legis ratione vt sit iusta 4. dist. erit autem lex. & idem esset si diceret eo ipso cadat sup. de elect. quoniam sit in fi. lib. 6. secus si diceret cecidisse pronunciet ur: quia tunc esset sententia homi
4 nis, nō iuris † poterit tñ appellari a declaratione pœnæ legis, quæ ab hōie fit, cum scilicet dubiū est, aliàs cōstat aliquē pęnā legis nō incurrisse, prout scripserunt Gar. Guill. Arch. & D.m. cupientes in gl. aliàs pœnā li. 6. ad quod facit, qđ not. in Spec. de recusatione. §. vlt. ver. hoc etiā not. & Arch. 3. q. 5. quia suspecti, & cū appellatur a declaratione iudicis, per ipsam appellationē effectus pœnæ legis suspēditur cum ab ipsa declaratione dependeat, qua ꝑ appellationem pendentē, &c. de ord. cogni. qui si. sint legi. causam quæ, & idem videtur si appelletur a declaratione: quia pronunciatur, seu declaratur aliquis excoīcationis sententiā incurrisse, vt si appellatione pēdente, nō debeat in extra iudicialib. & forte iudicialib. euitari. de sent. excom. solent in fi. lib. 6. de appellatione, peruenit. i. & facit quod not. D. meus eod. tit. pastoralis super ver. denunciare potest. op
5 ponatur a quocunque, † si tamen constaret ordinario sententiam nullam esse, non faciet huiusmodi sequestrationem: non n. potest dici lata sententia, quæ nulla est, & in multis casibus repellitur opponens, non tamen tollitur officium iudicis, vt notat. 2. quæst. 7. alieni facit de elect. si forte, & quod ibi. not. & de except. pia lib. 6. & eo: tit. exceptionē. & quod not. Inn. & Host. de appell. solicitudinē §. cū aūr, & §. ꝓcedēti. facit etiā ad hoc de æta. & quali. eā te, & qđ scripsit Archi. de rescript. si eo
6 tpe in gl. vt officiū l. 6. † pōt ēt dici ꝑ prin. & fi. huius c. ꝙ si appellatur a sententia lata sup possessorio, ꝑipsam appellationē suspēdatur ipsa sententia & ipsius effectus, itaꝙ si nō fiet exequutio, sicut nō fieret si esset lata super petitorio, & appellaretur ab ea. item tenet Io. & Lau. 11. q. 6. §. diffinitiua ver. de possessione & Guill. in Specul. de appellatione. §. in quibus ver. sexto, & seq. licet ipse Ioann. contrarium scripsetit ea. causa in summa, & Archid. in d. ver. de poss. & Innoc. de no. oper. nunc. cap. penult. secundum D.m. de rescriptis capit. 2. sup. glo. penult. scripsit quòd ille versi. de poss. nō habet locum secundum Canones, & verum dicit, vt hic est satis expressum in glo. simile de præben. in fi. secundum Guilliel. de mon. aldu. poterit hoc

7 hoc per ordinariū declarari: quid † enim si aliquod crimen committeret propter quod esset priuatus, vel priuandus eodem iure vel beneficio? Dicendum, quòd hoc per ordinarium fieri potest, quia licet de causa cognoscere vel iudicare non possit quæ ventilatur in Curia Romana, de delicto tamen cognoscere, & iudicare potest. facit sup. de priuil. capit. 1. in princ. lib. 6. & quod ibi scripsi, & quod scripsit D. meus. sup. de offic. deleg. super eo. & de re iudic. de cætero sup. prima glo. in quæstione in ver. & videtur quòd sic. pro & contra facit quod not. de ma. & obe. cap. per tuos.

DE PROBATIONIBVS. Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua litterarū Papæ an, & quando probet vel probari debeat.*

CAP. VNICVM.



Litteris.] In glo. de litteris in fi. & sup. de re iud. Abbate sane lib. 6. & de ver. signific. Abbate, & ibi dicit, quòd sic secundū Hosti. videtur dicendum, q aut narratio, seu assertio fit in commodū alterius, & tunc probat; aut in damnum, & tunc nō probat: ratio diuersitatis, quia in primo fauor, & ideo amplianda, in secūdo odium, & ideo restringenda. de reg. iur. odia. in prejudicium vero impetrātis, vel scribentis bene facit fidem ad hoc, quod scripsit D. meus. de iur. iur. cum in positionibus lib. 6. in quæstione, & quod scripsi de sim. Iacobus in quæstione, quinto quæritur, vbi plene scripsi de nominatione, & assertione, quid iur. in glo. in narra-
1 tiuis † ibi quòd talia verba probent dicitur in extrauag. Clementis Papæ vj. quæ incipit prouida. quòd narratis in litteris prouisionis suæ de reseruationibus, & decretis prædecessorū suorum, super quibus gratia ipsa fundatur, adhibeatur plena fides in iudicio, & extra sicut suis propriis absq. alia probatione. videtur ergo secus in aliis, & in fi. forte probabiliter dici potest, quòd si Papa etiam super his, in quibus fundatur intentio de facto alieno narrat, non de facto prędecessorum suorū; si hoc facit proprio motu, talis narratio probationem facit, licet probari potest contrarium. si autem ad petitionem alterius, tunc non faciat fidem, nec etiam trāsferat per omnia onus probandi in aduersarium eius, pro quo est facta narratio ad hoc de præben. si motu proprio. & capit. seq. cap. 9. & tit. si Romanus. bene facit d. cap si summus. & de transact. ex litteris, & quod scripsit D m. de reg. iur. non liceat actori, in quæstione in fi.

DE EXCEPTIONIBVS. Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis semper opponi potest.*

2 *Exceptio nullitatis an & quando videatur exclusa per terminum peremptorium.*

CAP. VNICVM.



1 Xcommunicationis.] *Non obstante.*] sicut † exceptio ex communicationis non includitur in termino perēptorio ad proponendū exceptiones declinatorias, & dilatorias in dilatorie pponēdo, ita in termino dato ad exceptiones perēptorias proponendo nō
2 includitur† exceptio nullitatis iudicij, nisi de ipsa fiat expressa mentio secundum D. meū: & tunc licet si non fuisset expressa etiam post sententiam potuisset opponi, non tamen cum expressa fuit opponi post sentētiam poterit, nisi fuerit appellatum. ad hoc de probationibus licet, & de fide instr. accepimus, & de appellat. cap. vltim. lib. 6. & quod ibi not.

DE SENTENTIA ET re iudicata. Tit. XI.

SUMMARIUM.

1 *Nullitatis exceptio vtrum sit exclusa per istam Clem.*

2 *Tertius veniens ad causam, vtrum comprehendatur dispositione istius Clem.*

3 *Nullitas iuxta terminos huius Clem. coram quibus iudicibus proponi possit quomodo, & quando.*

4 *Laicus iudex non potest examinare factum iudicis ecclesiastici.*

5 *Iudex exequutor non potest examinare vires sententiæ.*

6 *Appellatio in casu prohibito interposita non operatur attentatum ipso iure, sed pendet a futuro euentu.*

7 *Sententia superioris in dubio est exequenda, nec de ea disputandum.*

8 *Nullitatis causa an requirat libellum, & alias solemnitates, & quas.*

CAP. PRIMVM.

1 VT calumniis.] *Ad agendum admittas.*] † non propterea licet excludat nullitatem sententiæ intelligi debet excludere nullitatē, q̄ procedat ex defectu iurisdictionis:nā ad agendū ex illa bene admittetur.fac. q̄d scripsit D.meus.sup.cap.9.de sequestra.cap.vno in glo.vlt. sed in contrarium fac.quod D. meus scripsit infra de re iudic.capi. vno in glo.alias appellasse ver.dico, quòd etiam
2 quid † ergo si tertius qui non fuit in eam, agat contra illum, qui contra se habuit tres sententias ad exequutionem earum, nūquid locum habebit quod hic dicitur? videtur, quòd non,tamen ille tertius illis sententiis pro se vti non possit.ad hoc sup. e. tit. quamuis de præben. dilecto in fi.& quod ibi not. & in Spec. de sententia, & his,quæ ipsam sequuntur.§. nunc de effectu.verb.sed pone,&ver.seq.&quod scripsit D.m.de cleri.coniu. Ioannes.§.ad qōnes,& Ber.de except.cum Ecclesiasticæ in fi.gl. sed in contrarium facit quod scripsit D.m.post Compo.de rescript.mādatum, & post Inn & Host. de procur.in vestra,& de testi.veniens ij.maxime in causa beneficiali. de hoc etiam scripsit vt lit.penden. c.2.lib.6.per istud autem c.1.& 2.resp. habentur duo casus, quibus exceptio nullitatis sententiæ,seu sententiarum non impedit exequutionem ipsarum vel alicuius earum. in aliis ergo casibus secus est, quia impedit,distinguen.tamen quia aut excipitur coram illo,qui sententiauit, aut coram alio, & aut in maiore, vel pari, aut in minore illo qui sententiauit. Primo casu auditur excipiens si statim offeret para
3 tam probationē exceptionis oppositę † nullitatis,& differtur exequutio sententiæ:aliàs non, vt not.de testi.veniens 2.de resti tut. in int. suscitata cum si. si coram alio, & est minor, & mixtus exequutor idem quod in eo, qui tulit sententiam si non est mixtus sed merus, tunc nō audietur excipiens quantumcunque probationem offerat,nisi esset notorie vera exceptio,vel saltem nullitatis ipsius ipsi exequutioni veritas patefacta, & idem si constaret appellatū legitime a sentētia ēt ante, & fuisset delatū appellationi.de appellat.non solū. & c.cum appellationib.lib.6.& c.dilectus in fi.quia tunc nō exequetur, nec tenetur superiori parere in exequendo: si autem æqualis, vel superior, tunc idē quod in primis duob.casib.vt sup.audiatur excipiēs, vt potest colligi ex his,quæ not. per Inno. Host.& D.m.de reg.iur.de cætero,& cap. quoad consultationem.de off.dele. pastoral.§.quia non.& in d.c.cum in iure, & c. ex litteris.& de tēpot. ordinatio.c.ad aures,verū q̄d dicit de æquali iudice, nō habet locum cū petitur exequutio eius, q̄d
4 factū est ꝑ iudicē ecclesiasticum corā † iudice seculari vel ab eo, qa ipse non habet examinare ꝓcessū ecclesiastici iudicis:sic nec ecclesiasticus iudex minor examinare hēt maioris iudicis ꝓcessum secundū ea, q̄ scripsit D.m.de off.ord.c.1.& Arch.23. q.5. administratores, debet n. iudex secularis credere iudici ecclesiastico, secus est in ecclesiast.iudice pari alteri ecclesiastico

iudici requirenti, prout scripsit Archid. secundum Lau. 2. quæst. 6. quisquis. & D. m. post Io. mon. de sent. ex. c. decernimus li. 6. facit de fo. compe. c. penult. & de except. c. vlt. eod. lib. sed videtur quòd licet iudex laicus non possit examinare, processum ecclesiastici iudicis: tamen si constet sibi quando iniuste processit, vt q a post appellationem legitimam excommunicauit, non obediet ei, prout scripsit D. m. in d. cap. primo de offi. ordi. super 3. glo. secundum Io. mon. dixit autem Guill. in Spec. de sent. exequut. §. nunc dicendum est, ver. sed pone ibi, † sed dic, quòd iudex par, vel minor, à quo petitur exequutio, non cognoscat, an sit bene, vel male sententiatum: sed solum an sit sententiatum, & Inno. de confir. vti. vel inuti. cap. t. quòd petens exequutionem sententiæ nihil habet probare. est etiam aduertendum circa istam materiam ampliandum, quia si iudex, à quo est appellatum, mandet suam sententiam exequi, distinguendum: & sic aut cõstat appellatum in casu permisso, aut prohibito. si appellatum est in casu permisso, tunc parendum est appellationi, & abstinendum ab exequutione: si vero in casu prohibito, ab hõie vel a iure, vt de off. deleg. pastoralis. § præterea de appell. ca. pastoralis in princ. & cap. Romana. §. si autem post sententiam lib. 6. tunc erit parendum mandanti, & mandanda sententia exequutioni, & isto vlti. casu intelligatur. dictum Innoc. de off. deleg. cum in iure. in glo. & si propter hoc, ver. si autem subdito primo vero casu intelligatur 2. quæst. 6. appellationi, & de appellatione cap. dilectis in fi. & quod ibi not. & quod scripsit D. m. de off. dele. ex litteris super penult.

6 glo. tatio huius, quia † sicut quando appellatur ante sententiam ex causa rationabili in casu permisso, quòd fit post appellationem ante inhibitionem, non est eo ipso irritum, sed ex futuro pendet euentu, vt in d. c. non solum. §. illa vero. sicut etiam cum appellatur a diffinitiua quãdo appellatio est ab homine, vel a iure prohibita, quod interim fit non est eo ipso irritũ: sed ex futuro pendet euentu, nisi præcedat in iudicio, vel a superiore factę appellationis receptio. quando autem appellatur a diffinitiua in casu permisso est irritum ipso iure quicquid post sententiam, & ante appellationem vel postea pendente fuerit atten-

7 tatum, vt in d. cap. non solum primo Bz. † est ergo in dubio superiori mandanti sententiam exequi, parendum, vt sup. de reg. iur. quòd quis mandato lib. 6. & ampliatiue, seu extensiue tenetur. istud etiam, quasi dicat nedum ad causas principales pendentes, quòd est minus: sed cõstitutio ista extẽdit se etiam ad causas per appellatio-

8 nem pendentes, quod plus est in † glo. modos nullitatis in fi. & qualiter petatur causa nullitatis sententiæ, an debeat dari libellus, & fieri litis contestatio in eo. ver. dixit vbi videtur, ꝙ cũ quis petit sentẽtiã ex aliqua iusta causa nullã pronũciari in hac instãtia libellus offeret, & cõtestatio litis & cetera fiet, & sic curia seruat, & de libellorum conceptione. §. nunc dicendum ad fi. ver. quid si sententia dicit, quòd quã do opponitur in modum exceptionis, non debet dari libellus: quando vero in modũ actionis, tunc debet dari, & idem dixit de litis contestatione quòd fieri debeat, vel non in causa nullitatis sententiæ, vt de litis contest. §. quando autem, ver. quid de causa nullitatis sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in ciuilibus & ratione cõtractus fieri potest extra territorium citãtis.*

2 *Delinquẽs in Diæcesi potest per Diæcesanum puniri, & etiam extra territorium.*

CAP. II.

1 **P***Astoralis.*] *Citare non potuit.*] &c. † hoc quod hic dicitur locum habet vbi super crimine quis citatur vt hic, non autẽ quando citatur super cõtractu, nam tũc extra territoriũ citatis potest fieri citatio, quod dic, vt scripsit D. m. de foro compet. Romana. §. contrahentes super ver. citati lib. 6. si in eod. districtu fuisset inuentum. scripsit etiam de raptorib.

2 c. t. in apostill. † quòd cõmittens rapinã si ue depredationẽ faciẽs in diœcesi licet inde incontinenti discedat, tñ ratione de-

licti fortius est forum.de fo.comp.cap.vltimo,ita quòd excommunicari poterit ab episcopo, in cuius Diœcesi deliquit, non obstat prædictum cap.Romana §. contrahentes ibi, nec inueniatur ibidem:quia illud obtinet in contractu,qui est actus licitus,& permissus,delictum est semper prohibitum. nec obstat quod hic dicitur, qa reus nō deliquerat in propria persona, vel forte fiat allegatio partis, non bene iure fulcita secundum eum.

DE APPELLATIONIBVS Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à pluribus iudicibus interposita debet appellato sine illius procuratore intimari; alioquin non arctat ignorantes.*

2 *Hoc enim intelligitur si ad appellatum tutus pateat accessus.*

3 *Priuilegium exemptionis eximit excep tū a iurisdictione iudicis,etiā si ad notitiā eius contra quem impetratur non peruenerit.*

4 *Appellationi non deferens vtrum transferat nō solum causam appellationis, sed etiam totius negocij principalis,& quibus casibus.*

5 *Iudices plures appellanti possunt dare Apostolos separatim.*

6 *Iudicibus pluribus in admissione appellationis discordibus quid agendum;& an videatur appellationi delatū vel ne.*

7 *Iudicum partibus appellationi deferētibus vt ceteri quando vlteriora procedere possint.*

8 *Terminus appellationis est triplex ad iter arripiendū repræsentandum appellatione coram iudice ad quem, & causam terminandam.*

9 *Terminus ad repræsentandum coram iudice a quo reprobatur.*

10 *Iudex a quo an non possit præficere terminum ad finiendum causam; sed bene iudex ad quem.*

11 *Appellatio non deseritur si appellans in termino non reuertitur ad iudicem a quo, nec facit fidem de prosequutione nisi precedēte comminatione iudicis, a quo.*

12 *Iudex non deferens appellationi non potest terminum præfigere.*

13 *Termino a iudice a quo præfixo,& elapso, an & quando causa deseratur.*

CAP. PRIMVM.



1 I a iudicibus.] *Appellato.*] † vel eius procuratori specialiter in causa constituto f.capi.9. de elect. causam elect.primo ℞. ignoranti, non ergo scienti vt in d.cap.cām appellationis.debet ergo appellatio intimari appellato,alias nō arctat appellatū ad aliqd,ad quod arctaretur si esset eidem intimata.facit sup. c.9.de elect. cām elect.nec habet ante intimitationem appellatio appellatiōis effectū, i. vt appellat.penden.nō debeat aliqd cōtra causam innouari, & quòd reuocetur quid ea pen-

2 den.attentatum est. & † hoc verum dum intimari potest, aliàs secus,dummodo fiat quod habetur in d.cap.causam, facit eod. tit. si iustus metus. licet ergo appellatio legitima appellantem eximat a iurisdictione iudicis, & a potestate illius, a quo appellat, vt eod. tit. directo tamen intelligi debet cum fuerit intimata ei, contra quē

3 interponitur, † secus est in priuilegio exēptionis, quia & si in notoriam eius contra quem conceditur non veniat, eximit priuilegiatum, vt infra capit.quia cunctis de concess.přeben.li.6.delationis.non di-

4 cit reseruationis,per quod videtur,quòd † quando non defertur transfertur ad iudicem, ad quem causa appellationis,& principalis coram ipso tractanda, & finienda si erat iudex idest iurisdictionem in causa habebat:si autem non erat iudex, tunc trāsfert per suam delationem appellationis

causam

causam principalem, vt not. in Spec. eod. tit. §. qualiter autem vero porro in fi. aliàs ver. quod autem dixi, & per D. m. eod. tit. cum appellationibus friuolis lib. 6. vbi remittit ad d. §. nam sic transfertur per approbationem appellati, per quam non trãsfertur ad superiorem, nec causa appellationis ipsius, cognitio, & decisio. debet tamen tunc appellans, & appellatus mittere procuratorem non solum ad impetrandũ sed etiam ad tractandum & finiendum causam appellationis in Curia, & hoc verũ nisi vltra procedat, vt quia dicat ꝙ vult causam appellationis, & causam principalem tractari, & diffiniri in Curia, vt sup. e. tit. cordi li. 6. prout notatur in Spec. e. tit. 1. §. prædicto ver. 3. quã declaratione pôt iudex facere inuito appellato, & appellatus approbationem appellationis inuicto Iudice prout scripsit D. m. supra eodem interposita super ver. aduersario, eorum scilicet Iudicum omnium, vel maioris par-

5 tis ipsorum. † nunquid ergo sicut potest ab eis insimul, & diuisim appellari, & possint Apostoli peti, poterũt ipsi iudices Apostolos dare diuisim, qlibet ꝑ se vł, q̃licet appellãs ita possit, ꝙ est act⁹ partis, & act⁹ priuati, non tñ iudices sic dare Apostolos poterunt, quòd est actus iudicialis, & iuris publici. ad hoc de off. deleg. prudentiam, & cap. cum causa, & capit. super Abbatia, & eo. tit. si contrarium lib. 6. sed verius est, quòd sicut, & appellatur sic, & Apostoli dari poterunt, vt non ad imparia iudicen-

6 tur iudices, & appellans idem D. m. sed † quid si sunt duo iudices, & vnus defert appellationi, alius non defert: dicendũ quòd illa delatio, vel repudiatio valebit, quam iudex ad quem acceptabit, & hoc in delegatis: ĩ ordinariis vero videtur valere illa, quæ facit pro reo, vt de re iudi. duobus. Si autẽ in dispari numero sunt iudices, tunc illa valebit, in qua maior pars conuenerit de rescript. pastoralis de arbitris cap. 1. & vlt. lib. 6. ita quòd si sunt dati cum clausula quòd si ambo, vel quòd si nõ omnes, vel cum illa omnes duo, aut alter vestrũ &c. vel simil. & sunt in pari numero, & vna pars ipsorum defert appellationi, & alia æqualis non defert, & pars non deferens procedat, eius processus ex futuro pendebit euentu, vtrum valeat nec ne, habent namque prædicta locum, quando insimul procedebant. nam si vnus ipsorum eo casu quo poterat procederet, & ab eo appellaretur, ipseq. appellatiõi deferret, rũc deuolueretur ad superiorem per suam delationem causa principalis, & præcluditur via procedendi collegis. ad hoc de off. deleg. cum plures, & cap. si contra vnum

7 lib. 6. & eod. tit. cum super Abbatia, † & etiam aduertendum, quòd aut ille qui defert appellationi est maior pars aut minor; si maior, non est locus pœnitendi ei qui detulit, secus si minor pars, vel ille, qui non poterat solus procedere detulit, quia tunc pœnitere potest, & reuocare delationem secundum Paul. de hoc scripsit D. m. sup. eod. tit. cum appellationibus lib. 6. si vero non detulit, sed procedit, ex futuro pendet euentu, ipsius processus prout scilicet per iudicem ad quem pronunciabitur, quia si pronunciabitur bene appellatũ cum intimatione valebit: quòd si non procedit, quia non valet, vel quia impeditur tunc poterit procedere Collega virtute clausulæ, ipsius tamen processus ex futuro pendebit euentu, prout si processisset ille, a quo est appellatum, vt sup. pari ratione & terminus ꝑfixionis siue fuerit præfixus a iudice, siue ab appellante de appellato non dico, quia non potest appellanti terminum assignare, vt not. Guill. in Spec. e. tit. §. qualiter autem ver. porro est tripli-

8 citer † terminus primus ad iter arripiendũ vt eod. tit. & c. peruenit 2. secundus ad repræsentandum se iudici ad quem. eod. tit. significauit & cap. peruenit 1. cap. personas, & vterq. istorum assignari potest tam a iudice, quàm a parte appellante, vt eod. tit. oblatę, & prædicto cap. personas, & de istis terminis intelligitur hic. tertius ad terminandum, seu finiendum causam appellationis sup. eod. tit. cum sit Romana, & infra cap. sicut appellationem; & iste tãtum a lege præfigitur, vt eod. tit. ex insi-

9 nuatione. quartum † vero terminum voluit ille iudex assignare, scilicet ad reddendum ad se a prosequutore appellationis, qui terminus reprobatur in d cap. ex insinuatione, & de istis duobus terminis non loquitur hic. de his terminis scripsit Host.

10 in d. cap. ex insinuatione. & licet † iudex a quo dictum est terminum appellanti ad finien-

finiendum causam appellationis assignare, iudex tamen ad quem bene potest assignare terminum appellanti ad causam appellationis finiendum, vt not. Ber. de do.
11 & contumacia cum olim, in vlt. glo.† sed pone, quòd iudex a quo assignauit terminum appellanti ad se repręsentandum coram iudice ad quem, & faciendum sibi fidem quòd termino assignato paruerit, appellans se repręsentauit in termino sed nō fecit fidem iudici a quo. de hoc licet potuerit nunq̄d habebitur appellatio pro deserta, & numq̄d poterit post terminum facere fidem de repręsentatione. puto quòd licet ex hoc veniat puniendus, & non possit ad euitandum pœnam quòd paruerit termino fidem facere, non debet tamē appellatio pro deserta censeri, cū hoc non sit expressum in iure. facit de sent. excom. is qui primo ℞. lib. 6. dico tamen, quòd si iudex cōminatus fuisset quòd nisi in termino assignato sibi fidem de dicta repręsentatione fecisset, appellationem pro deserta haberet: tunc secus non erit pro deserta ipso iure; sed indiget pronunciatione, nisi extunc pronunciasset eam, pro deserta haberi facienda scilicet per appellantem, vel ipsius procuratorem habētem ad hoc speciale mandatū, & ipsi appellato, vel procuratori suo haberi ad hoc speciale mandatum vel &c. vt infra cap. causam electionis sup. cap. 9. & bene probat hoc capit. quòd iudex a quo deferen. appellationi potest appellanti terminū assignare. ad hoc sup. eod. tit. cordi, & a contrario
12 pro dicto Inn.† quòd quando non defert, non potest terminū assignare, vt ipse scripsit de accusa. cap. vlt. licet Guill. videatur not. contrarium §. sequitur videre in forma reuerendo, vel sanctiss. in 4. parte in glo. per modum ibi, & habent terminum statutum a iure. sed cum terminus statuitur a iure, vt infra cap. primo de elect. li. 6. si vero non parerent termino, non est pęna desertionis appellationis. sed processus, vt
13 ibi not. quid† ergo si iudex a quo in causa beneficiali defert appellationi, & assignat terminum quòd habetur in d. cap. vel aliū consentientibus, vel non contradicentibus partibus ad iter arripiendum, vel ad se præsentandum, & appellans, & appellatus nihil faciunt in termino; numquid debet appellatio pro deserta haberi, & videtur quòd sic, si nullum subest impedimentum sup. eo. tit. personas & cap. cum sit, & infra eod. tit. quamdiu.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatione electionis ter petita & non obtenta vtrum superior pro illa obtinenda adiri possit.*

CAP. II.

Qvamuis.] Ex tunc prosequi possit. facit ad id, numquid postquam est petita ter a confir-
1 matore confirmatio† electionis per eum, qui eam petere potest, possit sine appellatione adiri superior pro confirmatione habenda? quòd scilicet hoc fieri possit ad idem de supplen. negligētia prælatorum cap. 1. sed contrarium respondit mihi D. meus. qui dixit quòd cōfirmatio non currit, nec statutum est ad confirmandum aliquod tempus licet secus sit in collatore, primum videtur verius. facit lxv. dist. cap. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Dilatione vel impedimento pendente tempus ad prosequendum appellationem a iure vel homine datum non currit.*

2 *Clausula quoties pœna cōmittetur, &c. in compromisso operatur, vt non possit iudex adiri compromisso pendente.*

CAP. IIII.

Qvamdiu.] *Ad prosequendum.*] vel ad iter arripiendum, vel se coram superiore ad quem repręsentandum pari ratione, quia & hoc de prosequutione appellationis ab homine, idest a iudice a quo vel ad quem, seu ab appellāte, nam a quolibet ipsorum potest certus terminus assignari ab appellato vero non, vt not. sup. cap. 9. e. tit. cap. 1. appel-

appellāti.idem si stet per iudicem vel per appellatum,vel etiam appellātem propter culpam per impedimentum contingens
1 etiam personam ipsius † quominus appellationem prosequatur secundum ea, quæ not.sup.eod.tit.ex ratione per Bern.Inno. & Host. nisi forte iudex scilicet ad quem. sup.eod.tit.oblatæ in fi.vel etiam iudex a quo pendente appellatione non obstante quòd ab eo sit appellatum,etiam si appellationi detulerit, licet quoad alia desinat esse iudex.poterit tamen hoc etiam iudex ad quem,vt prędixi fac.sup.de rescrip.dilectus filius eod.tit.non solum in glo.dum modo lib.6. & quod nota.de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ capit.2.in gl.not.quòd licet,facit etiam qđ scripsit D.Fre.in opere suo cap.93.in glo. vero sic in fine. hoc quod dicit glo.vide-
2 tur verum, † nisi dictum fuisset in compromisso,quòd quotiens veniretur contra,totiens pœna committeretur,& ea commissa,vel non compromissum & arbitrium ratum maneat, quo casu videtur recessum à iudicio, itaquod vlterius ad ipsum redrire non possit per compromittentes durante tempore compromissi, vel laudato.ad hoc not.per Host.in summa de arbitris.§.qualiter constituatur ver. & sic exequutio semel,& ver.seq.ibi,& hoc verum,& Guill. in Spec.eod.tit.§.vt autem in forma,& §. sequitur ver. consueuit,& ver. quid ergo secundum præmissa, & ver.quid si in compromisso.

SVMMARIVM.

1 *Clementina ista reprobat opinionem Guglielmi & approbat opin. Inno. & nõ habet locum in exequutoribus.*

CAP. V.

1 APpellanti.] Nec processus &c.] Siue † sint ordinarij siue delegati, & in hoc corrigitur dictum illorũ & maxime Guill.& Abb.dicentium,quòd processus poterat iustificari coram iudice appellationis probando,quòd ille, contra quem inquirebatur,laborat infamia quãdo contra ipsum inquisitio incępta fuit super veritate criminis inquisiti, licet tunc de ipsa infamia inquirenti non constaret: secus tamen dicebat in delegato,vt not. Guill.in Spec.de inquisitione §.nunc tractemus ver.hoc autem scias,& Abb.de accusat. qualiter & quando,& cap. inquisitionis.& quod not.Hosti.de no.oper.nunciat. capit. penult. & approbatur dictum Innoc. quod scripsit Archid. 24. quęst.3. de illicita, hoc autem capit. videtur habere locum in iudicibus, qui habent ordinem iudiciarium seruare, non autem in exequutoribus, qui non habent iudiciarium ordinem seruare,secundum ea, quæ scripsit D. meus de præsumpt. dudum. de appellat. ex ratione.de conceß. præbend.capit.proposuit, & in Clementinis. de offic.deleg. capit.iudices, nec in notoriis.facit quod scripsit D.meus.de cohabitat.cler.& mulier.vestra in vlt.col. ver.sed si auditis in glo.per hoc ibi reprobatur. tenet Paul.hic opin.Innoc.non esse reuocatam, & vt illa locum habeat cum appellatur ab interloquutoria, cuius iniquitas detegitur per allegat. iur. ex. de rescript.significatio,& duobus cap. seq. de lib.oblat.capit.2. de testi. significauerunt cum similibus.illud not. quod hic dicitur per D. meum. locum habet cum detegitur,impugnatur per probationem,& allegationem facti.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, & appellatus possunt tempus appellationis per compromissum, seu alias suspendere dum durat, non tamen eo elapso.*

2 *Non habentis nulla sunt qualitates.*

3 *Res iudicata est iuris publici, cui non possunt partes renunciare.*

4 *Prosequutio post desertionem appellationis nec opponentem iuuat, nec appellato nocet.*

5 *Appellatione deserta iudex non potest iudicare bene, vel male appellatum, sed debet pronunciare causam desertam.*

6 Nec

6 *Nec etiam condemnare potest in expensis, sed remittere debet ad iudicem a quo.*

7 *Appellans quandocumq. veniat ad iudicem appellationis durantibus fatalibus audiendus est, licet appellatus prosecutus fuerit causam; & appellans fuerit contumax.*

8 *Impedimentum appellati non iuuat appellantem quominus causa appellationis deseratur.*

CAP. VI.

SI *appellationem.*] *Censebitur transiuisse.*]
1 Licet enim † appellanti, & appellato compromittendo de causa, super qua appellatur, vel de ipsorum expresso consensu durante tempore prosequutionis appellationis, nō currat iterim appellanti dictum tempus, nec per consequens transeat sententia, à qua est appellatum in rem iudicatam, vt sup. eod. tit. quandiu: secus tamen est postmodum, quoniam dictum tempus est lapsum, propter quod appellatio est deserta, & sententia trāsiuit in rem iudicatam, vt hic: ratio, quia ex quo appellatio lapso tēpore prosequutionis est per negligentiam appellātis deserta, habetur perinde ac si non fuis-
2 set appellatum, & per consequens † non datur tempus ei, quod non est, & senten-
3 tia, quæ transiuit in rem iudicatam † est iuris publici, cui pacto priuatorum derogari non potest. de fo. compet. si diligenti. hinc est quòd de ipsa non potest compromitti de arbitr. exposita secundum Hostien. Innoc. & D. meum ac Archid. 2. q. 6. cap. appellationc. & eod. ti. oblatæ, tamen secus est, ex quo elapsum est tempus præ-
4 dictum, per rationem prædictā: vnde † nec sibi, nec appellāti prodest dicta prosequu-tio, nec iudex eo casu pronunciare potest
5 bene, † vel male fuisse appellatum, vel iudicatum: sed tantum tempora prosequendæ appellationis lapsa fuisse, vt scripsit Archi d. cod. tit. Romana. §. cum autem in prima glo. circa fi. ver. & idem ibi pronun-
6 ciat lib. 6. † nec etiam posset appellantem in expensis ipsi appellato taliter prosequenti, scilicet tempore prosequutionis appellationis elapso, condemnare, prout ipse Archi. scripsit co. ti. cordi. in glo. not. quod dicit condemnandus li. 6. sed debet ipsum remittere condemnandum ad iudicem à quo. & Guill. in Spec. de expensis §. iusta ver. 7. prout etiam scripsit D. m. sup.
7 eo. tit. cordi. super gl. non dixit. sed † quid si appellatus prosequitur appellationem pro se sine appellante infra annum, quod potest, vt est dictum faciat citare appellantem absentem ad procedendum, qui non venit pronunciatur contumax, & causa ipsius contumaciam procedens, & proceditur in causa, demum ante lapsum anni comparet appellans, & purgans contumaciam, vult appellationem prosequi; numquid debet audiri? & est sciendum, quòd sic licet enim propter suam cōtumaciam possit ad instantiam appellati in absentiam appellātis in causa procedi, & puniri debeat saltem in expensis; non tamen priuatur prosequutione appellationis, si suam contumaciam purgauerit, & adhuc restat de tempore prosequutionis appellationis, cum scilicet quòd audiri non debeat, non sit iure cautum. argum. de sen
8 tentia excom. si is qui lib. 6. quid † ergò erit isto casu, numquid appellato impedito prosequi currit tēpus prosequutionis appellationis, cum non currat appellānti impedito eo casu, vt in lib. 6. qui appellat, & cap. ex ratione, & cap. personas, & in d. ca. sicut appellatione, & licet sic est quòd appellanti prosequi appellationem negligenti currit dictum tempus, & eo lapso appellatio deserta est, & sententia transit in rem iudicatam, vt in dictis iuribus, & hoc est pro appellato, & contra appellantem: sed contra, ex quo enim appellatio venit in appellati notitiam, appellatio & ipsius ꝓsequutio est communis appellanti & appellato, eod tit. cordi, & de elect. cap. 1. & cap. quamuis lib. 6. & clem. cod. ti. causam electionis, & cap. constitutionem §. insuper facit de mutu. peti. cap. 1. & 2. & de restit. Spol. ex. conquest. & quod ibi not. per Inn. Hosti. & D. meum. propterea appellatus est reus, cui magis quàm actori fauendum est. de iudi. intelleximus. de reg. iuris. cum sint. & in reg. non licet lib. 6. fo. dicen-

cendum, quòd appellato dicto casu non currat dictum tempus quoad exequutionem sententiæ, & condemnationem expensarum fiendam per iudicem appellationis: non tamen quin appellatio sit deserta, & sententia transiuerit in rem iudicatam quoad appellantem, ipsumque appellatum ac iudicem a quo, & ad quẽ, & contra eam per aliquem ipsorum nil possit fieri. & ita intelligantur scripta per Innocen. & Hosti. in d. capit. ex ratione. & per D. meum & Paul. hic & per Guill. & Archid. & D. meum. in dictis locis & istud cap. Ad sic namq; dicendũ mouentur maxime d. l. ei qui, & appellatione ipsarum attẽto tenore, ac rationes, & iura quæ gratia breuitatis omitto.

SUMMARIUM.

1 *Exceptionem ineptam proponẽs coram iudice delegato potest postmodum proponere aptam.*

2 *Iudex delegatus reiiciendo petitionem tamquam inepte propositam non desinit esse iudex.*


CAP. VII.

CVm a repulsione.] In glo. verbali prope fi. ibi interloquutoria est, supplet. D. m. hoc verum quoad principale: secus videtur quoad instantiam appellationis. vnde dicit ipse, quòd eius contrarium quod dicit Gar. potest defendi in casu, quo pronunciatur id, quod diffinit saltem instantiam causæ appellationis in Decret. dilecto, nulla erat instantia finita, vel etiam nulla diuisa allegatio principali potest dici finita, & sic etiam mihi rescripsit. bene facit, quod not. in Spec. de officio iudicis. §. deseruit ver. quid si propositionis coram delegato, vbi
1 dicitur, quòd † si quis proposuit actionem ineptam coram delegato, & succubuit,
2 potest proponere aptam, & quòd † si iudex delegatus absoluit reum ab instantia propter ineptam petitionem actoris, non est functus officio suo, quin proponendo aptam potest audire, in glo. peremptorie in fi. dicit Paul. pro ratione, quia ex reuocata appellanti super ea per consequentiam audientia videretur esse concessa, quod prohibet hæc littera audien. secundum eum.



CLE

CLEMENTINARVM LIB. III.



DE PRÆBENDIS ET dignitatibus. Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo de beneficio cum cura vel sine non comprehendit beneficia electiua.*

CAP. PRIMVM.



1 *dignitatem.*] In gl. idẽ puto in fi. idẽ scripsit sup.eo.tit. ei,cui in princ. li. 6. in glo. si intelligas ibi primo By. hoc etiã tenet expresse Compo. de rescript. c. sanctæ Crucis,in fi.magnæ glo. & Guill.in Spec. tit.2.§. videre restat.ver. quid si indulgetur alicui in fi. & ibi, & quod ibi not. fac. & sup.eod. lib. de rescript. si eo tempore, & de præben.cap.ei cui,& quod ibi scrip si super ver. aliam, & ibi. i. lectura tenet Paul.hoc quoad gratiã dispensationis nõ valet in gl. istud verum ibi tenent aliqui. sed Ioan. mo. tenet contrarium de reg.iur.
1 in gnerali lib.6. vbi dicit,quòd † mandando prouideri de dignitate cum cura, vel sine cura, non mandatur prouideri de dignitate, ad quam assumitur quis per electionem.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia non conceduntur per litteras Apostolicas nisi de illis fiat expressa mentio.*

CAP. II.



Er litteras.] *Clericorum.*] Se-
1 cus ergo † in laicis,p quos talia loca regi possunt.18. q.2. quidam,& infra de re reli.do.cap.quia cõtingit. Directas etiam si per eas fiat alicui gratia in alium deriuanda per modum,qui habetur eod. tit. dudum, & cap. is cui, & cap. quamuis lib.6.in gl.intelligo ibi non ampliat gratiam, imo ampliat interdum, vt sup.eo.tit.si plurib.vnitis,primo resp. lib. 6.& hoc saltem ad gratiæ prærogatiuam. facit quod not.D.m.in nouella de rescriptis duobus sup.ver.noluerit,in quæstione sed quæro,lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Collatio secundi beneficij incompatibilis,vtrũ operetur vacationẽ primi adeo quòd prouisus non renuncians collationi inualidæ carere debeat vtroq.* 2

CAP. III.

1 *SI plures.*] In glo. si intelligas,prope fi.ibi,cum cessante.† ego dico, quòd eo casu quando scilicet nõ tenet collatio si antequam adeptus fuit possessionem pacificam, vel adipisci possit si velit, ita quòd non stat nec per eum quominus eã adipiscatur, nõ renũciauerit collotioni minus legitimæ sibi factæ,priora beneficia vacabũt,& neutrum beneficium talis habebit. ad quod facit eod.tit. eum, qui lib.6.capit. si beneficio, & licet episcopus eod. tit. & lib. & constitutio execrabilis Io.Papæ xxij.§.qui nam.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo beneficia spectantia ad collationem episcopi,non comprehendit deuoluta pro eius negligentia.*

2 *Legato sedũp Aostolicæ nunquid curratte mpus sex mensium.*

3 Lega-

3 *Legatus an possit conferre beneficia deuoluta, & quæ.*

4 *Exequutor mandati de prouidendo, vtrum debeat attendere tempus datæ mandati; vel collationis a se faciendæ circa vacationem beneficiorum.*

5 *Exequutor mandati de prouidendo vtrum possit conferre beneficium per episcopum in alium translatum.*

6 *Exequutor mandati de prouidendo vtrum possit conferre beneficium deuolutũ pro neglig̃etia episcopi, & postea ad eundem episcopum reuertantur.*

CAP. V.

Si *de beneficio.*] In glo. sed numquid ibi 1 qui † confert vice Papæ, in alio ergo exequutore quàm Papa habet locum, & etiã in exequutore Papæ dato ad prouiden. de beneficio certæ nominatæ ꝑsonę, spectante ad collationẽ alicuius specialis expressi, maxime negligente illo, cui prouideri mandatur, & exequuror locum habet d. c. 2. secus si exequutor tm̃ sit negligẽs. ad hoc de rescriptis tibi, ꝙ §. in prędictis li. 6. & de præben. c. si clericus e. li. dictum vero Compo habet locum cum non exprimitur certa ꝑsona cui prouideri mã-2 datur, & ad quem collatio pertinet: † sed nũquid legato Apostolicæ sedis currit tẽpus semestre d. c. 2. dicendũ, ꝙ sic, cũ sit ordinari⁹ de off. lega. c. 2. l. 6. poterit tñ cõferre quousq. conferre põt prælatus suæ legationis, iure ꝓprio, vel deuoluto, sed postq̃ est deuoluta collatio ad prę̃latũ, etiã suam legationem ex sua, & alterius negligẽtia 3 inferiorẽ à Papa tunc † quousq. sit ad Papã deuoluta collatio. tale beneficiũ deuolutũ conferre non poterit legatus, vt satis probat istud c. vel verius ꝙ vbi legatus fuit negligẽs in cõferẽdo beneficiũ ꝑ sex mẽses, tũc beneficiũ deuolutũ ad Papã conferre non poterit, sicut ipsum conferre nõ posset alius, ad quẽ ipsius beneficij spectabat collatio, & idem in exequutore vbi haberet certũ tẽpus ad conferendũ. facit ad hoc p̃dictũ c. si clericus, & infra t. prox. c. 1. & ꝙ ibi not. Istud autẽ c. intelligen. cũ exequutor vel legatus non fuerũt negligẽtes, sed alij, ad quos spectabat collatio. in gl. coniũge hic in fi. dicendum, ꝙ si ad episcopũ spectabat confirmatio, & ad capitulũ electio, poterit exequutor de illo ꝓuidere. Si aũt spectaret confirmatio ad aliũ, & negligentiã capitulũ haberet. episcopus superior, tũc secus: ratio q̃a in primo casu cõfert episcopus in 2. vero eligit, & in primo cẽsetur, & facit iure collationis, & in 2. iure electionis. facit. de iur. patro. c. 1. §. vero li. 6 & de elect. si cõpromiss. 1. resp. & c. si postq̃ §. vlt. e. li. & quod not. D. m. e. t. ne pro de-4 fectu Ad † pleniorẽ intellectũ huius c. videtur distinguendũ sic: aut collatio beneficij de quo prouideri, mãdatur secundũ formã istius c. spectat tẽpore dat. litterarũ, & collationis ipsius beneficij ad episcopum, aut tẽpore datæ tm̃, aut tp̃e collationis tm̃, aut nec tp̃e datæ, nec tp̃e collationis ad episcopum spectat. primo casu potest per exequutorem conferri, & idẽ in casu 2. qñ ex episcopi negligẽtia, & aliorum in hoc sibi succeden. est ad Papã deuoluta collatio, & spectabat ad episcopũ iure principali nõ iure deuoluto collatio, ali às nõ, & idem in certo casu si ad illum à quo ad episcopum pertinet spectabat collatio, secus si electio, vel præsentatio secũdum D. m. sub dubio, & secundũ Paul. firmiter, secundum quem ratio huius est, quia collatio est creata de nouo post datam litterarũ isto casu, & sic ad eam litteræ non extendũtur. allegat sup. c. 9. de rescriptis, quarto vero, & vltimo casu non potest exequutor conferre. verum quod dicitur secundo casu videtur ꝓcedere, nam cũ episcopus impediatur ꝑ litteras Papæ, vel processũ exequutoris beneficium vacans conferre, non dicerur negligens, & sic tẽpus ad conferendum sibi non curret. de concess. præben. quia diuersitatem, & per consequens non deuoluetur ad aliũ collatio, & durabit exequutoris potestas, & poterit ꝑpetuo beneficium ipsum conferre, cũ sibi nõ currat tẽpus ad conferendũ, vt dicit gl. sed verius est ꝙ procedit, & ꝙ tempus exequutori currit hoc modo videlicet ꝙ habet cõferre infra illud tempus, infra quod habet cõferre episcopus, & eo lapso conferre nõ põt siue ad episcopum, siue ad alium spectet collatio, nec postq̃ ad Papã fuerit de-

uoluta episcopo non currit tẽpus durante tempore, quo pôt exequutor conferre: sed eo lapso currit sibi tẽpus quod habebat si non esset exequutor: quia tantũ habet de tẽpore infra quod cõferre pôt episcopus: non tñ hoc pôt exequutor, & si episcopus tẽpore sup. dato nõ conferat negligente, deuoluetur ad alium collatio. facit. eo. tit. si clericus lib. 6. & quod ibi scripsi, & infra tit. prox. cum ei quem. §. secus. illud etiam quod dicitur de tertio casu, nõ videtur bene dictum, cum in litteris attendi debeat tempus datæ de rescript. c. eam te, & eo. ti. si eo tempore li. 6. & sup. ead. quæst. eo. tit. cap. litteras. bene facit de priuil. cũ capella, & quod ibi not. & infra de censib. cũ sit, & extrauag. Io. Papæ xxij. sedes Apostoli ca. quare melius videtur dicendum, ꝙ isto tertio casu exequutor conferre non possit
5 & hoc sit verius per prædicta iura † sed q̃d erit si episcopus post datam litterarum ꝓprietatem, vel collationem beneficij in alium transfert; numquid tunc exequutor potest conferre? videtur hic sentire Pau. ꝙ potest tunc exequutor conferre, cũ beneficium iam sit affectum, vnde trãsiuit cum suo onere. dicendum, ꝙ super modum cõmissionis verum dicit, prout etiã tenet D. m. hic ver. & idem si per modum concessionis, licet Paul. videatur sentire, ꝙ tunc exequutor conferre non possit, & hoc verum quãdo beneficiũ est affectum, aliàs secus. facit de rescript. c. tibi qui, li. 6. de elect. si eo tempore eod. lib. & de præben. si beneficia, & cap. quodam & de concess. præben. c. exequutor, & cap. si capitulo, & cap. seq. eod. lib. vt nil remaneat indiscussum. quæ-
6 ritur etiam quid † si post datam litterarum & postquam est ad Papã collatio deuoluta deuenit ad episcopũ proprietas, vel collatio beneficii, & sic spectat ad ipsum pro nunc collatio beneficij saltẽ habitu, & eo reformato per Papam spectabit habitu & actu; numquid poterit exequutor beneficiũ ipsum vacans conferre? videtur secundum prædictos quòd sic: sed dicendum est contrarium, scilicet, quòd non possit secundum ea, quæ dicta sunt supra, obiiciendo ad id, quod dictum erat secundum D. m. & Paul. in tertio casu.

SUMMARIUM.

1 *Canonici nõ possunt conferre præbendas vacantes per assertionem alterius in causa huius Clem. quando in ecclesia est certus numerus canonicorum iuratus.*

2 *Tempus conferendi non currit impeditis.*

CAP. VI.

1 SI iuxta.] vacabit.] † & si est in ecclesia certus numerus canonicorum & præbendatũ iuramẽto firmatus, non poterit per capitulũ conferri præbenda illa propter pœnam periurij, quia non possent illam conferre nisi canonico si erat præbẽda canonicalis, & conferendo frangeretur
2 numerus canonicorum, & essent periuri, † non tamen curret tempus conferendi his qui habent conferre, debent tamen conferendi licentiam à superiore petere, vt de elect. cap. si. & de hoc scripsi eod. tit. cum in ecclesia lib. 6.

DE CONCESSIONE PRÆbendæ & ecclesiæ non vacantis. TIT. III.

SUMMARIUM.

1 *Decretum irritans appositum in principio istius Clem. censetur repetitum in §. autem, & habet vires infra mensem ex forma eiusdem Clem.*

2 *Pluribus expectantibus quis cui præferatur, & quando incipiat currere mensis.*

3 *Ignorantia nocet in lucro captando.*

4 *Secundus expectans, an, & quando præferatur primo.*

5 *Termino in litteris exspectatiuis apposito elapso, ordinarius potest conferre beneficium neglectum.*

CAP.

CAP. VNICVM.



1 *Vm ei.*] ſecus autem, † ſcripſit mihi D. Fre. exiſtens in Curia ꝑ iuriſtas Curiales teneri, ꝙ iſte verſ. ſiue §. reſpiciat ſuperiora, & antequam extet conditio infra menſem decretum afficiat, & idẽ tenet D. m. de prę̃b. ſi pauper clericus. li. 6. in gl. in iſta forma ad fi. ver. cũ aliàs. ſed ipſe D. Fre. tenebat contrariũ, & non bene meo iudicio dico. n. ꝙ ſiue gratia ſit pura, ſiue conditionalis, qñ menſis apponit decretũ, infra mẽſem afficit, ẽt ante purificationem gratiæ, ſicut afficit ante acceptationẽ qñ pure ſcribitur infra menſem duxerit acceptandũ impetrantẽ. facit iſta litera, pro illo, q̃ habet talẽ gratiã ꝓprio motu, ꝙ mẽſis tunc non cõputetur, niſi à tẽpore ſcientiæ, nec habeat locũ iſte §. eo caſu. facit de præben. ſi plurib. l. 6. & quod ſcripſi de reſcript. c. ipſo iure eod. li. hoc caſu ſcripſit
2 Paul. hic, ꝙ † vbi ſunt plures expectantes ſub diuerſa data primus habet ſecũ menſem, & ſecundus ſuũ lapſo menſe dato primo, nam infra menſem datũ primo ſecundus acceptare non põt ſecũdũ eum, quo modo hoc ideo q̃a vbi agitur de lucro cap
3 tando † ignorãtia oĩbus nocet vt habetur, 1. q. 4. §. notandũ. facit de præben. dudum
4 ad fi. l. 6. in gl. † fi. n. ibi videtur ꝙ ſecundus, & bene pro ſecundo impetrante, vbi ante conditionẽ primi exiſtentẽ beneficiũ maxime cum decreti appoſitione eſt affectũ, & vbi vt prædixi. ad hoc infra eo. c. §. ſecus ibi aut recipiendo, &c. & ibi, & eſt ſimile, imo diſſimile, cum ibi ſecũdus præferatur primo, & ibi ſecunda opinio, quæ amplectenda videtur, maxime vbi ſecũdo eſt collatum canonicatum & eſt appoſitum decretum, & non eſt primo appoſitus menſis vel alius terminus, præſertim cũ decreto, vt infra e. c. §. ſecus. nã ſi eſt appoſitus, tũc ſecus, ſcilicet vt primus ꝑferatur. hoc ve-
5 rum niſi menſis eſſet lapſus in gl. iſte † terminus in fi. bene facit quod D. m. ſcripſit de exceſſ. prælat. inter dilectos. ſuper glo. vnde non vltra mediũ ver. & not. diceñ. videtur hoc debere ĩtelligi verũ quantũ ad conferedũ ex debito ipſam ꝑbendã neglectã eidẽ negligẽti, alteri tñ libere cõferre põt ordinarius, ad quẽ collatio ſpectat, nõ exiſtente alio expectante auctoritate Papæ, vel legati de latere, & etiam eidem negligenti ſi velit ſicut antea: qm̃ pro tali negligẽti ſcribe retur conferre poterat, licet illa negligẽs ad eã petendã actionẽ nõ habebat, & hoc velit iſta gl. & prædictum c. ſi clericus, vbi plene de hoc ſcripſi.

DE REBVS ECCLESIÆ non alienandis. Tit. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Vnio eccleſiæ collegiatæ non poteſt fieri ſine conſenſu capituli.*

CAP. II.



I vna eccleſia.] In gl. de re-
1 ctore ĩ fi. ſed † ſi vniatur eccleſia collegiata, nũquid reqri debet conſenſus capituli? eſt dicendũ, ꝙ ſic. rõ quia in tali vnione læditur ius capituli, quod habet in eligendo prę̃latum, quod ius ab inuito nõ poteſt auferri. 16. q. vlt. monaſteriũ &c. rationis in gl. penult. in fi. dicit Paul. ꝙ damnat effectum conſuetudinis circa futura, & ipſam conſuetudinem de nouo inducendam.

DE SEPVLTVRIS. Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Portantes ad ſepeliendum perſonas prohibitas an ſint excõicati. idem quaritur de prælatis, & aliis non prohibentibus cum poſſint.*
2 *Quarta aut decima non debetur eccleſiæ de ſepultura perſonarum prohibitarum.*

CAP. PRIMVM.



1 *Os, qui.*] in gl. hic † occurrunt in fi. dicit Stephanus, mihi non videtur dubium iſti. enim omnes

T 2 parti-

participant ipsis sepelietibus in crimine: & ideo eadem sententia ligantur. de sent. excomm. mulieres, & e.t. si concubinæ. & idem dicerem in rectoribus, & prælatis ecclesiarum, qui id fieri patiuntur, cum prohibere possint. de sent. exco. quam te, cum ibi not. dicit Paul. hic, hæc tñ littera potius videtur loqui de sepelientib. sepultura terra cimiteriata, q̃ sepultura officij, & ideo dicentes officium, non videntur teneri hac pœna tamq̃ in cimiterio sepelien-
2 tes, si aliter non delinquant in glo. sed † q̃ sunt hi in fi. dicit Paul. per q̃d patet ꝙ de talib. parochiali ecclesiæ nõ debetur quarta sicut nec decima de illicite acquisitis, de deci. extra transmissa.

SUMMARIUM.

1 *Præsens unde dicatur.*
2 *Absens utrum præsentari possit à patronis ad beneficium vacans.*
3 *Ista Clem. est extensa ad fratres sancti Augustini, & Carmelitanos.*

CAP. II.

1 D*Vdum.*] In glo. præsentari in fi. nam † præsens, à quo deriuatur actiuum huius verbi præsentari scilicet præsento dicitur, quasi præpositum. i. ante sensus, vel pręsentib. sicut oculo, vel alicui sensui, idest coram oculo, secundum Papiam. facit quod not. 3 q. 9. testes in gl. super ver. sub eorũ præsentia, p
2 quod videtur ꝙ † non sufficit præsentatori patrono præsentare superiori aliquẽ absentem ad ecclesiam vacãtem, licet possit ipse præsentans per litteras præsentare, vt de his quæ fi. à præla. sine consen. ea nosscitur, & infra de excess. pla. frequens ver. præsentatos. vbi dicam de hoc, in gl. vt pa
3 tet de testam. in fi. dominus † Bonif. Papa viij. voluit istam cõstitutionem etiam ad fratres Eremitas S. Aug. extendi & Ioan. Papa xxij. eam etiam quo ad omnia in ea cõtenta ad fratres Carmelitas, prout ego sub Bulla eiusdem Io. Papę per ipsius assertionem cõtineri vidi. & ita ponit D. m. de reg. constitutio. super glo. 2. lib. 6.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, & oblationibus. Tit. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Absolutio an, & quando requiratur in interdicto, vel excommunicatione.*
2 *Absolutio consueuit fieri cum adiectione temporis, vel facti, quando requiritur satisfactio.*

CAP. PRIMUM.

R*Eligiosi.*] In gl. sic suspensi. in fi. dixit Paul. hic, ꝙ aut tempus, vel factũ adiicitur absolutioni fien-
1 dæ, aut durationi sententiæ, † primo casu absolutio semper est necessaria. de sen. ex com. parochianos, & c. conquesti, & de officio ordi. significauit. secundo casu non est necessaria absolutio, sed sufficit declaratio de immun. eccl. aduersus in fi. de sponsa. non est nobis, & 81. di. si qui sunt cum
3 concor. communiter † tamen in excõicatione tempus, vel factum adiicitur absolutioni, quando in ea requiritur satisfactio proximi secundum eum.

CAP. II.

S*I beneficiorũ.*] Et ibi qui in vsus infirmorum per istam dictionem qui dicit. consulo quòd de fructib. qui superant in distributione, quæ fit pauperibus decima soluatur.

DE REGULARIBUS, ET transeuntibus ad religionem. Tit. IX.

SUMMARIUM.

1 *Filius habens parentes, an, & quando illis relictis potest religionem intrare.*
2 *Professus qualiter erga parentes pauperes se gerere debeat.*

3 Medi-

3 *Mendicantes extra proprium ordinem postulari non possunt etiam si transierint, & reuersi fuerint.*

4 *Transeuntium pœna non habet locum in translatione per superiores.*

5 *Mulieres an comprehendatur dispositione istius Clem.*

6 *Predicare vtrum possint regulares trãslati, apostatæ, & similes.*

7 *Doctorari aut licentiari, vel officia publica exercere an possint regulares translati apostatæ, & tales.*

8 *Acta, & gesta per regulares transeuntes, aut apostatas, an & quando valeant, & quæ.*

CAP. PRIMVM.



T professores.] *Paupertatis*]
Super rubrica de regulari
1 bus † aduertendum, quia
filius qui est in seculo con
stiturus, si habet paren-
tes, qui sine ipso substentari non possint,
non debet eis relictis religionem intrare;
quia transgrederetur præceptum Domini
de honoratione parentum: si vero sine eo
parẽtes vitam transire possint, licitum est
ei desertis parentibus religionem intrare:
2 ille vero, qui iam est in religione profes-
sus, reputatur iam quasi mortuus mundo,
vnde non debet occasione substentationis
parentum exire claustrum, & se iterum
secularibus negociis implicare, tenetur tñ
salua sui p̃lati obedientia & suę religionis
statu piũ studium adimplere, qualiter eius
parentib. subueniatur. vide in c. tho. in ver
3 bo honoro. † Professus ordinẽ mẽdicantiũ
ad aliquam ecclesiam, vel monasterium,
extra suum ordinem postulari non potest
vt extrauag. Io. Papæ xxij. quæ incipit di-
spendiis. idem scripsi sup. eod. q. de elect.
cap. 1. ad non mendicantium, quòd si epi-
scopus de ordinatione mendicantium re-
nunciauit episcopatui, & de licentia Pa-
pæ transiuit ordinem non mendicantium,
habet locum in eo hæc constitutio secun-
dum Paul. facit ad hoc de elect. lib. 6. &
quod ibi not. Trãsierunt, per hoc videtur,
quòd si transierunt, & redierunt eamdem
pœnam incurrabit in suo ordine mendicã-
tium. facit 19. quæst. 3. mandamus, & de
ætat. & quali. intelleximus, secundũ Paul.
quod verum videtur si professionem fe-
cerunt in ordine vtroq. aliàs secus, & qđ
4 dicit † transibunt, vel transierunt supplen
dum est scilicet voluntarie, nam secus est
si per superiorem transferatur, nec ad pe
titionem ipsorum, vel aliorum pro eis ex
euidenti necessitate, vel vtilitate: quia
tunc non erit locus huic c. facit 7. q. 1. mu-
tationes, & c. scias, & sup. de rerum pmu-
tatione q̃situm, & qđ scripsit Arch. sup. de
rescriptis si pp tua debita l. 6. ĩ gl. cũ istud
verbum, circa medium vers. secus rñ credo
in gl. prædicationes in fi. & quod not. sup.
e. q. de elect. cap. 1. & de sepult. c. 1. & sup.
eo. tit. prox. c. 1. & de reli. do. cap. vno su-
per verscunctos per D. n. eum. li. 6. prædi-
cta not. glo. in ea parte, qua dicit, q istud
5 cap. habeat locum etiam † in mulieribus,
non procedit secundum Guill. de Mo. Al-
du, qui dixit hic, quòd in statu ordinum,
non mendicantium, sunt omnes ordines
mulierum indistincte, & etiam virorũ ex-
ceptis quatuor, quæ sunt Prædicatores,
Minores, Carmalitæ, & Eremitæ. sed di-
dicendum, quòd de ordine mendicantiũ,
sunt etiam feminæ, vt patet in sororibus
prædicatorum, & minorum, qui sunt men-
dicantes, licet habeãt priuilegia quòd pos
sint habere possessiones, quòd non teneã-
rur ad collectas. in glo. ergo non poterunt
6 ibi, contrarium puto idem Paul. de † sollẽ
ni prædicatione, quæ fit ex commissione
& populo cõnuocato, secus de priuata, nec
videtur secundum eum, quòd talis possit
7 ad officium † doctoratus admitti, vel licen
tiari. dicit tamen quòd si talis agit ea, quę
sunt publici officij, vt quia est vicarius epi
scopi, vel vt prçlatus, quia est confirmatũ,
8 valent † ea, quæ fecit licet probetur po-
stea, quòd erat talis, qui hoc non poterat,
secus si iure priuato, vt quia eligit præla-
tum, non valebit electio secundum eum.
hic primũ fateor, vbi status illius talis ne-
scitur communiter, secus si esset notorius,
quia tunc non valeret: secundum etiam fa
teor vbi elegit, scilicet cum aliis, secus vbi
esset solus, & in ipsum ius eligendi recide-

ret, quia tunc idem, quod in primo casu, cum etiam isto casu cesseatur electio iuris publici. facit quod scripsi de sent. excom. si non. post D. m.

SUMMARIUM.

1 *Habitus gestatio an quando, & quanto tempore professionem inducat.*

CAP. II.

1 EOs, qui.] In glo. licet † in fi. idem scripsit D. meus eod. tit. capit. statuimus. audiui, & vidi in regula ip. forum, quòd etiam nouitij aliquando portant in nouitiatu habitum cum caputio suto, qui est habitus professorum: quia professi numquam habitum sine caputio ex quo sunt professi portant, sed nouitij tãtum. & vide quod scripsi de voto, & vo. re. cap. 1. lib. 6.

DE STATV MONACHORVM vel canonicorum regularium. Tit. X.

SUMMARIUM.

1 *Nigrum unde dicatur.*
2 *Album & nigrum sunt duo extremi colores.*
3 *Colorum species septem*
4 *Monachus albus nõ potest eligi in Abbatem nigrorum.*
5 *Colorum diuersitas inducit diuersitatẽ personarũ, & parit diuersos effectus.*
6 *Modestia consistit in facto, temperãtia autem in dicto.*
7 *Habitus religiosorum habet quatuor notabilia requisita.*
8 *Super abundantia quid.*
9 *Prior seu prælatus quis intelligatur.*
10 *Unire ecclesias exemptas solus Papa potest.*
11 *Unio ecclesiarum episcopi vel abbatibus subiectarum potest fieri sine licentia Papæ.*
12 *Unio ecclesiarum capituli an fieri possit sede vacante.*
13 *Exempti vtrum à solo Papa, vel etiam à legato, aut ordinario dispensari possint.*

CAP. PRIMVM.

1 NE in agro.] Nigrorum.] † niger, nigra, nigrum deriuatur a nube quasi nubiger, i. nubem, & obscuritatem gerẽs. vnde in auro, actio si mala sit, omne nigrescit opus, & Horatius. Hic niger est, hunc curatione caueto. & est sciendum, vt dicit Aristoteles in
2 lib. de sensu & sensato, q † album & nigrũ sunt duo extremi colores, & est niger color vltimus in coloribus cæteros colores
3 viuificat, & clarificat, & sunt tñ septẽ † species colorum, sed quatuor tantũ sunt principaliores scilicet albus & niger, citrenus & rubeus, & facit littera ista, & supra.
4 tit. prox. ca. vlt. ad id, quòd † monachus albus non possit eligi in abbatem nigrorum monachorum, vel econtra vt sup. eo. q. de
5 elect. c. 1. nec mirum † cum diuersitas colorum inducat diuersitatem personarum, & diuersos operetur effectus vt supra tit. prox. cap. vlt. ibi in colore, &c. Modestiã
6 idest temperantia & discretio, & † est modestia in facto, sed modus in dicto, vel concupiscentia: vnde dicitur, religiosis nõ sit notabilis habitus vide licet nec affectatis
7 vestib. placere sed moribus, † Quatuor autem sunt in habitu religionis notabilia à scilicet vilitas & preciositas, paucitas & superfluitas: in vilitate, vana gloria, & simulatio in preciositate superbia, & dilectatio: in paucitate intollerantia, seu desperatio: in superfluitate amor sæculi, non amor cœli; amor palatij, non paradisi notatur. vtamur ergo mediocritatis mensu-
8 ra. vnde dicit in quarto Eth. quòd † super abundantia, & inordinatus defectus ad iactantiam pertinet. sed August. in tertio de doctrina christiana dicit: In omnibus extẽrioribus rebus non vsus rerum sed libido vtentis

vtétis inculpa est.41.di quisq; §.sane mo
nachi & moniales videntur quoad hoc ista
constitutione adstringi, cum masculinum
concipit fœmininum.de elect. generali li.
6.& 17.quæst.4.vbi de hoc per Archid ad
hoc, quod D. meus not. sup. eod. q. tit.
prox.ca.1.semper, licet dicat semper, non
tamen debet intelligi, quòd communicet
tempore generalis interdicti nisi celebran
do ad hoc de sponsa.nõ est nobis.de pæni.
quòd in te.de sent. excommun. idest ratio
& eod.ti. Alma mater §.quia vero & §.ad-
iicimus. §. in festiuitatibus, & §. cæteris
9 lib. 6. † ad priorem claustralem subaudi,
vel alium prælatum maiorem post abba-
tem, vt in constitutionibus Benedicti Pa-
pæ xij. ordinis beati Benedicti monacho-
rum nigrorum sub rubrica. de mutuis ac
venditionib. circa fi.& si non sit alius præ-
latus maior, intelligi debet de illo, qui sal-
tem est maior ordine, vel antiquitate. de
ma.& obe.cap.1.& in his, quæ ibi not. fa-
cit hæc litera, quòd vt ad prælatum cum
consilio, & cõsensu capituli spectat bene-
ficiorum collatio, ad idem de his quæ fi. à
præla. sine consen. cap.ead. noscitur. facit
etiam quòd monasterio vacante abbatis
iurisdictio ad priorem claustralem, & ad
conuentum deuoluitur pro locorum ipso-
rum. satis probatur per istam literã secun-
10 dum D.m. quòd † pro vnione prioratuum
exemptorum recurri debet ad Papam, vt
mihi rescripsit D. meus. ad hoc de priuil.
auctoritate lib.6.& de ver.signif. veniens,
& de tempor. ordin. cum nullus.§.vlt. eod.
11 lib. sed hoc † videtur verum in vnione lo-
corum exemptorum adinuicem facienda,
& quæ subsunt Papæ immediate: secus si
subsunt alij, quia tunc illius consensus,
cui subsunt sufficit, nec requiritur Papæ li
centia. potest etiam episcopus ecclesiam
sibi subiectam, & in qua habet abbas exẽ-
ptus institutionem, & destitutionem re-
ctoris ipsius monasterio exempto vnire.
ad hoc de his quæ vi met. ve cau. fi. cum
dilectus in fin. prima glo. & de priuil. tua-
rum in princ. secundũ Do. meum. & de re-
stit. spol. olim causam, & quod ibi not. per
Ber. & per Innoc. & Host. & de donat. in-
ter dilectos per locorum ipsorum ordina-
rios, idest episcopos, & eorum superiores,
ad quos de iure communi hoc pertinet. de
excess. præla, sicut in iure sup. eod. q. de re.
eccles. nõ alie. si. vna ecclesia, vel per alios
ex priuilegio, vel cõsuetudine præscripta,
de præscript. auditis. de excess. prælat.
accedentib. poterit etiam multo fortius
per legatum Apostolicæ sedis de latere,
quo casu non indiget consensu abbatum
licet alii indigeant vt hic facit de offi. leg.
cap.1.& 2.& de verb. signifi. cap. 1. primo
12 responso eod. lib. sed † numquid sede va-
cante poterit capitulũ istam vnionem fa-
cere? dicẽdum quòd sic, dummodo nil de-
pereat iuri episcopali, aliàs nõ. facit quod
not. de ma. & obe. cap.1.lib.6. rationabili
causa. substantia enim cum eis fuerit di-
spensatum per ordinariũ ad hoc de elect.
cum ex eod. lib.6.& hoc verum in non ex-
ceptis vt ibi, ibi, subiectas sibi, prout etiã
13 ibi not. per Archid. † cum exemptis vero
Papa vel legatus de latere dispensabit de
pri. auctoritate, vel dicendum, quòd
etiam ordinarius dispensare potest cum
exemptis ad instãtiam exemptorũ. ad hoc
de præsumpt. veniens, & de sent. excom-
munic. cap. religioso, & de priuil. volentes
li.6. not. per D. m. possint etiã dispensare
ipsorũ abbates in hoc cũ ipsis monachis
si hoc habent ex priuilegio vel consuetu-
dine præscripta. de præscript. auditis,
& de excess. præla. accedentibus, & de of-
fic. Archi. dilecto, & quod vtrobiq. not. &
de præben. cap. cum singula lib.6.& quod
sup. eo. cap. not. §. ad hæc.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarij dicuntur episcopi.*

2 *Visitatio monasteriorum monialium exemptarum an possit per ordinarios delegari.*

3 *An per capitulum sede vacante.*

4 *Abbates, & abbatissæ bene dicuntur. Priores, & priorissæ minime.*

5 *Benedictio abbatis, vel abbatissæ an sit reiterabilis.*

6 *Corrupta vtrum fieri possit abbatissa, & vtrum episcopus possit cum ea dispensare.*

7 *Visitatores ordinarij monasteriorum*

monia-

monialium exemptarum an possint abbatissas institutas destituere.

8 *Abbatissæ & moniales exemptæ non permittentes se ab ordinariis visitari, qua pœna afficiantur.*

9 *Visitatores monialium vtrum cognoscere possint de vitioso ingressu, & illas priuare officio, beneficio & monasterio.*

CAP. II.

1 ATtendentes.] † Ordinarios.] Idest
dioecesanos episcopos secũdum
Guill. de Mon. Aldu. adhoc de
sta.mon.cap.vno.§. fi. in princ.& in fi.li.6.
2 nec † poterunt quoad exempta monaste-
ria hanc visitationem alteri delegare cum
ipsi sint delegati secundum ea quæ not. per
D.m.de offic.ordin.si episcopus super ver.
per alium lib.6.vel dicas, quòd hoc pote-
runt secundum ea, quæ not.Bern.& D.m.
3 de offic.ordin.eis quibus,† nec isto casu in
ista visitatione monasteriorũ exẽptorum
succedit capitulũ sede vacante,prout not.
D.meus de hæret. ad abolendã. super vlt.
gl. & consultus super hoc a me numquid
s. sede vacante possit capitulum exem-
pta monasteria monialium visitare, rescri
psit mihi,quòd non,& fuit hoc de facto in
ter capitulum Florẽse, & monasterium de
Montignano Flor.diœc.abbatissæ,ideo di
4 cit abbatissæ,quia † abbates, & abbatissæ
bene dicuntur priores, vel priorissæ not.
vt de elect. nihil est ad fi. de sup. ne.præla.
cap. primò de re iudic. inter monasterium
in fine,de accus. meminimus.de elect. in-
demnitatibus §.sane lib.6. in gl.vt scripsi
5 ibi quid seruet Curia,& videtur seruare,†
quòd non sit reiterabilis.vidi contineri in
quibusdam litteris commissionis Papalis,
in quibus,mandabatur abbatem, iam pro
motum minus canonice dispensatum ad
abbatiatum promoueri,cumq. si non fue-
rit benedictus benedici,in gl. puta ipsius,
qui potest.sed quis iste, dic,quòd secundũ
ea,quæ ipse D.meus not. sup.ead.q. de e-
lect.cap.1.sup.ver.eligatur lib.6.sed vide-
6 tur † quòd & episcopus dispensare possit,
quòd corrupta in abbatissam promoueatur,
secundum ea, quæ notat Archidiac. in d.
capit. indemnitatibus, & secundum In-
nocent.& Hosti.18. quæst.2. quoniam sit
in glo. si religiosus,vbi dicit, quòd si re-
ligiosus vocetur ad abbatiam, vel prio-
ratum, vel aliam dignitatem inferiorem
episcopatu, & dispensatione indigeat,
poterit episcopus dispensare &c. dic, vt
ibi,& D.meus.de ętate & qualit.tuam su-
per ver. prouisionis, & Guill.in Spec.t.2.
§.nunc de episcoporum ver.61.quòd epi-
scopus hoc possit tenet hic Paul. facit ad
hoc de ætate,& qualit. & permittimus li.
6. & quod not per D.meũ de corpo vitia
7 cap.Thomas. D.meus,& Paul.scripserũt †
hæc, quòd abbatissæ monasteriorũ exem-
ptorum per visitatores ordinarios nõ pos-
sint destitui.all. quod scripsit Innoc. de æ-
tate,& qualit.quæris.dicentes, quòd si pri
uaretur non cogerentur seruare, quæ ser-
uare tenentur, sed Host. ibi tenet contra,
quod mihi placet, nam sicut vox mortua
compellit beneficiatum ad ordines per be
neficij priuationẽ, vt de elect. licet canon.
& cum ex eod. lib.6. sic & vox viua pariter
8 tione hoc poterit. quid † ergo si abbatissæ
ac moniales nolunt visitatores ad visitan-
dum recipere, vel ipsorum mandatis pare-
re, numquid poterunt tandem post alias
pœnas earum crescente contumacia cre-
scere debet pœna etiam priuationis bene
ficij.de ætat. & qualit. cum bonæ,vbi hoc
est expressum, & ibi not. per D.meum. ad
hoc de iud. cum non ab homine,& vt lite
non contest. quoniam frequenter in fin.
permittitur namq. visitatoribus etiam ge
nerali capitulo deputat. propter contu-
maciam, & contemptum monachorum
eos a cœtu aliorum remouere ; licet alias
delinquentes remittere debeant corrigen
dos ab abbatibus suis, vt eod. tit. ea quæ
ver.ita tamen, & ver. ipsi etiam, & prout
etiam ibi no.per D.meum.sed contra visi
tatores isti sunt delegati quoad exemptas
moniales.ad hoc.de præben. hi, qui lib.6.
& de hæret. ad abolendam, & ibi not.per
D. meum, vtrum iudices delegati vigore
iurisdictionis delegatæ non possint aliquẽ
beneficio priuare,vt scripsit D. m. de ho-
micidio,per humani lib.6.non obst.secun
dum Host. de concess.præben.quia diuer-
sitatem,

situatem,& de acc.cum dilecti.quia ibi habebat specialem potestatẽ.rursus ante de-
9 terminationem huius quæritur quid † si quis, cuius intersit, corã visitatoribus denunciet abbatissam,& moniales,quòd nõ habeant canonicum ingressum, & est paratus hoc etiam incontinenti probare,nũquid de hoc isti visitatores cognoscere poterunt, & si possint, & ita inuenerint, vel alias sit notorium; numquid poterunt declarare eas iustum titulum non habere, ipsasq. remouẽdas esse,& sicut de facto sunt & ita de facto etiam remouere videtur, ꝙ cognoscere poterunt,& pronunciare non habere canonicum ingressum, ipsasq. remouendas esse,vel superiori referre 3.q.6. accusatus 16. q. 1.frater noster, est ibi in glo. penult. vel hoc declarare si sit notorium.ar.deappellatione sollicitudinẽ,ver. si verò notorium ibi declarare,&;in gl.sed numquid, & quod scripsit sup. ea. D. m. & de officio vicarij c. penult. in glo. hæc littera.li.6. Sed in cõtrarium facit qđ ibi scripsi post eum, & quod ipse scripsit post Innoc. & Host. de officio delegati sup. eo & de re iud. de cætero sup. 1.glo. in quæstione sed facit. pro quia delegatus gerit. vices delegantis 93. dist. cap.vlt.94. dist. c.1. & de rescriptis sup. litteris, & maior est ordinario de officio delegati sane qa. & c.pastoralis, & quod ab eo fit dicitur à delegante fieri,vt in præall. cap.hi qui.poterunt ergo hoc facere nisi sint prohibiti à iure,vel à committente.quid ergo tenẽdum?videtur dicendum, & primo ad primum,ꝙ visitatores dati à iure vt hic circa exẽptas eas ꝓ pteritis delictis priuare nõ possint,&idẽ in datis à capitulo generali. aliter tñ punire poterũt vt in prædicto ca. ea quæ poterũt.secus si sunt contumaces, & rebelles, vt tunc propter odium inobedientium maxime notorie possint etiã beneficiis priuare. s. di.contumaces. 81.di. si qui sunt 90. di. Eleuterius.8.q.1.sciendum in fi.15.quæst.7. si quis tumidus.23. quæst.5. si apud.bene facit de offic. deleg. præterea.si vero sunt dati ab homine, vt à Papa, vel legato de latere tunc poterunt priuare etiam pro peccatis cõmissis etiã exemptos,siue sint generales, siue sint speciales, vt de rescriptis dilectus filius Abbas de re. iud. cum infra & de accu. qualiter j. & c.cum dilecti.facit quo ad datos à legato de elect.si Abbatẽ de off.leg.c.1. &2.& de verb.sig.c.1.li.6.& hoc maxime si dicatur ĩ cõmissione,corrigatis&c.ꝑ ea, quæ not.de ver.sign.quærẽti,in prima gl. & idem si dentur ab inferiore, qui priuare possit circa subditos suos, nec ob. de off. 6.capit. penult.lib.6. quia ibi loquitur in vicatio episcopi simpliciter sine dicta clausula corrigens, &c. Ad vltimum vero dicendum est,quòd isti visitatores, vel dati à capitulo generali cognoscere poterunt non ad finem sententiandi, sed ad superiorem referendi. si autem sit notorium,itaꝙ negari non possit, nec indigeat cognitione iudiciali, tunc poterunt declarare eas iniustum ingressum habere, & remouẽdas esse, ac etiã remouere de facto, vt de facto tenent. ar.23.quæst. vlt. ecce. & quod ibi not.& de fil.presb cap.quoniam.facit qđ scripsi infra eod.lib.de pœnis,cap.2.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, vt episcopo sint subiectæ. Tit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Legata vel oblata ad vnum vsum non possunt per inferiorem a Papa ad alium vsum conuerti, quando ille vsus exerceri, & adimpleri potest.*

2 *Mutatio voluntatis vtrum fieri possit per legatum de latere.*

3 *Plenitudinem potestatis non habet legatus etiam de latere.*

4 *Ordinarij locorum, an & quando se intromittant de iurisdictione prælatorum inferiorum extra casum negligentia tantum,vel habeat inter eos locum præuentio.*

5 *Ratione semel reddita ante, & quando quis cogatur iterum reddere.*

6 *Priuilegium, & præscriptio æquiparantur.*

7 *Sedis Apostolicæ, & Rom. Pont. appellatio differunt.*

8 Lega-

8 *Legatus de latere exercere potest ut sedes Apostolica non ut Pontifex.*
9 *Testatoris voluntas ad certum usum maxime pium pro lege seruanda est.*

CAP. II.



1 *Via contingit.*] Ad illum nõ † legata, vel oblata ad certum vsum nõ posse per inferiorem à Papa conuerti ad alium vsum. hoc verũ si fieri potest, aliàs non: quia si non potest conuerti ad illum vsum etiam per inferiorem à Papa, facit de testa. nos quidem, & facit hoc ad quæstionem talem, legauit testator per exequutores suos in fundo fieri hospitale, ipsumque dotari ad vsum pauperum, & quòd rector ipsius poneretur, & remoueretur per quẽdam prælatum. exequutores volunt de auctoritate Diœcesani facere vnã ecclesiam religiosorũ: quæritur nũquid possint, maxime contradicẽte illo plato, & videtur ꝙ non per litteram istam. & quòd hoc possint consuluit D.m. cum quibusdam aliis iuristis, dicens ꝙ qui melius & magis facit, non aliud sed idem facit. sed plus est ecclesias religiosorum facere q̃ hospitale. facit. de voto. scripturæ quod de reg. iur. plus semper lib. 6. in contrariũ facit quia vltima voluntas defuncti pro lege seruanda est modis omnib. 13. q. 2. vltima volũtas. de testam. tua nobis & de cele. mis. cũ Marthæ. vnde sic forma mandati debet diligenter seruari nec plus in se continet quòd est minus eo casu vt de pręben. cui de non sacerdotali lib. 6. & eod. ti. & lib. cum in illis in fi. prout etiã not. D. meus in d. regula plus de reg. iuris. & cap. cuilibet pari, vel eadem rõne idem in vltima voluntate, vt in cap. non liceat, nec plus, nec minus, neque aliud. bene fa-
2 cit ista littera cum tamẽ ea &c. sed † numquid alteratio ista fieri poterit per legatũ Apostolicæ sedis de latere, vel auctoritate ipsius, & videtur, ꝙ non, sed per Papã tantum, vt not. hic D.m. & de offi. lega. quòd translatus su. princ. glo. sed quòd possit facit quod ipse D.m. scripsit de elect. si abbatem super ver. trasferendi, & eadem gl. lib. 6. & de priuil. cap. auctoritate eod. lib.

3 verius videtur quòd non possit † eum hoc posse procedat de plenitudine potestatis, quam legatus. non habet. ad hoc supra de præben. cap. per litteras in princ. & in fi. forte si cõsentiret hęres defuncti ex causa posset hoc fieri per legatum, & etiam per episcopum loci. sed ea, quæ scripsit D.m. de testa. de his in glo. non videtur, & facit
4 quod in prin. scripsi negligentiã. arguet † ꝙ de iurisdictione minorũ prælatorum Diœcesani se non intromittunt, nisi in casibus negligentiæ, prout not. D.m. infra de celebrat. miss. graui quòd exaudio, nisi inferiores prælati iurisdictionem illam habẽt ex priuilegio Apostolicæ sedis, vt hic, vel ex consuetudine præscripta: itaquòd non solum sit inducta, quòd subditis prælatis iurisdictionem tribuat, sed etiam taliter, quòd Diœcesanus illam exercere nõ possit, nisi supplendo ipsorum negligentiam, vel defectum, & quando talis iurisdictio ad eosdem inferiores prælatos non pertinet de iure communi. aliàs secus, quia si pertinet ad eos de iure communi, tunc potest eam Dięcesanus libere exercere, non obstante, quòd eam etiam possint exercere inferiores prælati: erit tamen inter eos locus præuentioni, eritque potior præuenientis cõditio secundum ea, quæ scripsit D.m. de offi. ord. pastoralis. & eod. tit. cap. cum episcopus lib. 6. faciunt etiam de off. archiepiscopi capi. 1. & cap. eum satis & cap. dilecto. & de off. archipresbyt. cap. vltimo, & quod not. per Host. & per Innoc. de præben. in lateranen. & de cap. mo. cap. 2. & per D. meum de censi. cum venerabilis super glo. 2. Reddere rationem, not. archid. sed Io. mon. de cler ægro. cap. 1. in fi.
5 lib. 6. quòd † qui semel rationem reddit super eisdem rationem reddere non tenetur. quod intelligit Io. mo. verum esse, vbi plenam reddit, prout debuit, vt scripsit D. meus ibidem, & si per superiores ipsorum in hoc negligentiam commiserint, vel defectum poterunt hoc supplere locorum ordinarij, vt sup. eod. cap. 1. resp. vel Apostolica sedes tantum, cum iste § excipiat ab illis, quæ dicuntur sup. eod. capit. 1. resp. & seq. ad hocde sup. negli præla. capit. 2. ab antiquo intelligo, itaquod eius contrarij non habeatur memoria, vel saltem spatio xl. annorum cum titulo. ad hoc de elect. generali

nerali lib. 6. & quod ibi not.& de præscr. cap. 1. eod.lib.à contrario ergo potest argui, quòd vbi non habuerint ab antiquo
6 secus erit: † quod est verum, nisi per episcopum, vel alium qui hoc possit prædicta concedantur,& per hoc patet, quòd ex lõginquitate temporis haberi possit, quòd sine priuilegio haberi non posset,& quod haberi per priuilegium etiã per præscriptionẽ haberi potest. de verb. signific. super quibusdam §. præterea, & de præscript. c. 1. lib. 6. in glo. not. per hanc reg. in fi. licet sic dicat D. meus, tamen in contrarium facit, quod ipse scripsit de elect. si abbatem super ver. transeundi lib. 6. & super glo.
7 vbi dicit, † quòd aliud est dicere Apostolicæ sedis, aliud Romani Pontificis, vt in
8 primo possit† legatus Apostolicæ sedis de latere, in secundo non possit. idem quod hic scripsit de offic. lega. quòd translationem sup. glo. 1. ibi item solus Papa. vnde hic,& ibi videtur excludere legatũ: sed in cap. si abbatem,& de priuil. cap. auctoritate lib. 6. non excluditur legatus à possesfacere, quod fiendum erat ab Apostolica sede. videtur iudicio meo posse dici, ꝙ hic agitur de eo, quod disponere est facere contra legem, quod soli principi vel Papæ licet. nam † dispositio testatoris facta
9 ad certum vsum, maxime pium, pro lege debet seruari. 13. quęst. 2. vltima volũtas, & ibi in gl.& ideo nomine Apostolicæ sedis intelligitur Papa tantum,& non legatus, aliàs secus, & ita intelliguntur prædicta. de hoc etiam dixi sup. eod. cap. in quæstione,& in d. cap. si abbatem.

DE IVRE PATRONATVS. Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Plures patroni quomodo intelligantur.*
2 *Maior pars patronorum quomodo intelligatur.*
3 *Absentes patroni an sint vocandi.*
4 *Plures rectores, an, quando, quomodo præsentari possint.*
5 *Vniuersitates plures patronæ quomodo præsentent rectorem.*
6 *Clericus vtrum præsentetur à patrono vel à rectore.*

CAP. II.

1 P*Lures.*] Siue † sint mares, siue fœminæ. 18. quæst. 2. Eleuterius. de cõcess. præben. cap. vlt. 16. quæst. 7. filiis, ac nepotibus, & no. quia dicit plures, nam secus si vnus à pluribus, quia tunc tot haberet voces, quot essent testatores. idem si plures à pluribus, idem si patronus à cõpatrono, quia tunc habebit duas voces pau. vnius, vt si duo fuerunt a principio patroni & ex vno ipsorum remansit vnus, vel duo,& ex alio remanserunt x. non habebũt inter omnes vtriusque patroni filios, & hæredes, nisi duas voces, sicut primi duo habebant in prę̨sentatione rectoris, itaquòd si illi duo, vel vnus præsentet vnum, & illi x. alium, admitti debet idoneior: quòd si sunt ęqualis meriti, locus erit gratificationi vt superior admittat quem velit, secundũ ea, quæ not. Innoc.& Host. eod. tit. cap. 1.& Host. & Goff. in summa elegant. de elect. venerabilem ad hoc c. cum autem. si vero isti x. discordent inter se, maior pars ipsorum x. etiam partium comparatione minorum facient vnam vocem,& si alij duo sunt, vel vnus, vbi est vnus alterius patroni concordabunt cum eis, in præsentatione rectoris erunt duæ voces, ac si omnes insimul præsentarent,& quòd dicit, vnius, intelligo respectu aliorũ patronorũ, quos habet ecclesia. quid enim si tantũ vnicũ patronum habet ecclesia, qui plures ex se dimisit hæredes, dico, quòd tot voces habebunt quot hęredes: ita quòd locum habebit quod dicitur infra eod. cap. 2.& vlt. resp. & etiam si esset tantum vnus patronus erit locus sini huius cap. ex eadem causa: sed quæ præsentatio valebit si x. vel maior pars ipsorũ & vnus de duobus aliis præsentant vnum, & minor pars de x. cum illo vno ex duob. præsentant alium, dico valere præsentationem factam à x. vel maiore parte ipsorum,& ab vno ex duob. facit quod no. Cõpo. secundum Vinc. de rescrip. pastoralis sup. ver. concordare. ver. item quid si tres. & idem dico, si decem, vel maior pars ipsorum

sorum præsentant vnum, & quilibet illorum duorũ alterius partis præsentat vnus vnum, & alius alium:& est ratio, quia cũ inter omnes habeant tantum duas voces, itaquòd decem, vel maior pars ipsorũ habent vnam vocem, & duo habebũt aliam
2 & † maior pars partium comparatione minorum in patronis laicis sit potius, & vt præfertur est reperire maiorem partem ex parte illorum decẽ vel maioris partis, q͂a præsentatus ab eis habet saltem vnam, & dimidiam vel vnam vocem, sed præsentatus, ab vno ex duobus, qui pro vno reputantur, vel præsentati ab ipsis duobus habent ipsorum quilibet præsentatorum mediam vocem tantum, & sic præsentatus à decem vel maiori parte ipsorum obtinere debet tanquam præsentatus à maiori parte partium comparatione minorum. dico etiam quòd quando est vnus patronus tantum, tunc hæredes sui succedunt sibi in capita non in stirpes. vnde si talis patronus habuit duos filios, eo defuncto, illi duo filij habebunt duas voces, & succedunt in capite: sed filij eorum succedẽt eis in stirpes, vt patet hic & si vnus dictorũ fratrũ reliquit decem filios, & alius tantum duos, habebunt illi decem vnam vocem, & illi duo vnam aliam vocem tantum conuenire, idest conueniendo componere. † debet
3 ergo ad hanc compositionem faciendam vocari, & præsentes, & absentes, aliàs non valebit talis conuentio, & cõpositio facta ceteris non vocatis, aut vocatis, & præsentibus & contradicentibus etiam sine causa, sed sola volũtate, cũ sit hæc gratiosa permissio facta oĩbus patronis concordibus, non autem discordibus, ad hoc de elect. quia propter §. vel saltẽ, & eod. tit. quòd sicut. & cap. constitutis, & cap. scripsit de maio. & obed. capit. vlt. & de tempo. ordi. cap. si archiepiscopus. & cap. seq. & quod vtrobique scribitur per Innoc. Host. & D. m. in cap. auditis super glo. 2. & de eccl. ædific. ad audientiam j. in glo. 3. in fi. facit, q͂a arguẽdo à maiori, videtur litteræ conuenire quod in vnum plures, & omnes quos tangit consentire, & conuenire debeant. 22. q. 2. pudenda, de elect. quòd sicut §. super eo, & in glo. quòd non est nisi omnes, quos res tangit, simul ad idem cõueniant, & ex his videtur posse concludi rectoris præsentationem debere fieri a patronis aliis compatronis vocatis, etiam si sint singulares: aliàs possit a non vocatis agi de contemptu, & videtur esse casus de elect. venerabilem, prout scripsit ibi D. m. super ver. vel noluerint, vt plures. secus in electione, prout not. Host. de elect. quòd sicut, in princ. & archidiac. 61. dist. studij. nam si ita fieret electio neutra valeret secundum eos, quia vna ecclesia plures simul maritos seu sponsos habere non potest, secundum Hug. 31. quæst. 2. quomodo. de diuor. gaudemus. secundum tamen Host. in præd. ɗo cap. q; sicut, & Archid. in præd. cap. studij, licet Innoc. contrarium in d. cap. studij, & 8. quæst. 1. in scripturis eo modo, secus si alio modo, vt si vellent quemlibet institutorum institui per superiorem in rectorem ecclesiæ. eo † autẽ mo
4 do, quo dicit text. possint præsentare plures etiam successiue nedum insimul, quod intelligendum quando sunt plures patroni laici, & concorditer præsentant, vt sicut quãdo vnicus est patronus, & præsentat vnum, & post accumulando potest præsentare alium. sic & quando sunt plures patroni possunt quando præsentauerũt vnum, vel plures accumulando vnum, vel plures concorditer præsentare. secus si non concorditer: quia tunc etiam maior pars ipsorum hoc non patitur secundum ea, quæ scripsit D meus. de reg. iur. in re communi, in quæstione in fine lib. 6. & vide quod scripsi vt lite pen. eod. lib. cap. 1. & post D. meus. in d. regula in re cõmuni, in fine, & habet locum istud ca. cum ad plures, vt singulos pertinet ius patronatus, & idem videtur si spectet vt ad vniuersitatẽ, & sunt plures vniuersitates patronæ, quia eadem ratio suadet, idem iuris videtur in eis sicut cum spectat ad singulos. quælibet enim vniuersitas habetur loco singularis personæ, vt de his, quę fi. à præla. ea no scitur. facit quod scripsit D. m. eod. tit. ca. 3. secus si sit vna tantum vniuersitas patrona: quia tunc non habet locum istud c.
5 poterunt ergo quando sunt plures † visitatores patronæ insimul conuenire, vt vna vniuersitas præsentet rectorem vna vacatione, & alia vacatione alia alium, poterunt etiam insimul concorditer præsentare plures: si autem vna vniuersitas præsen

tet vnum, & alia præsentet alium erit in potestate superioris quem velit admittere secundum Host. eo. t. c. 3. exquo sunt pares numero. quòd si ad quatuor vniuersitates laicorum spectat ius patronatus, & duæ præsentant vnum, & aliæ duæ præsentant duos cõcorditer, vel quælibet vnum discorditer, debet admitti præsentatus à duobus, qa est præsentatus à maiori parte numero partiũ cõparatione minorũ, & qa secũda, & vltima pars huius c. habet locũ tãtum cũ faciunt concorditer: sed isto casu quãdo duæ præsentent duos, est inter ipsas vniuersitates discordia, & sic non va-
6 let quod agitur in glo. † & clerici in fine dicit Paul. hic quòd aut quærimus de præsentatione ad ordines, & titulum ipsius ecclesiæ, aut de præsentatione ad clericatũ ipsius, quæ bene fit de ordinato. primo casu spectat ad Rectorem excluso patrono: secundo casu ita spectat præsentatio clerici ad patronum sicut rectoris. & hæc vera quando obtinetur præsentatio ex vi iure patronat. secus si iure consuetudinario: sed primũ dictũ intelligit, nisi sit talis patronus, qui faciat omnes fructus suos reseruata congrua portione rectori.

DE CENSIBVS EXACTIOnibus & procurationibus. Tit. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui sentit commodum debet sentire incommodum.*

2 *Dispositio huius cap. non habet locum nisi in religiosis.*

3 *Priuilegium exemptionis, & simile non liberat religiosos à censibus; & procurationibus debitis ab ecclesiis, ad ipsas deuolutas; & deuoluendas debitis.*

4 *Priuilegium, an, & quando deroget iuri communi non facta de illa mentione, vel econtra.*

5 *Religiosi ædificantes ecclesiam in proprio fundo non tenentur ad procurationem & similia illius ratione.*

6 *Secus si ab aliis ædificatæ illis donentur.*

7 *Ius commune est fauorabile, priuilegiũ vero odiosum.*

CAP. PRIMVM.



Vm sit.] *Complectuntur.*] Se-
1 nec. declam. 6. † Eius debet esse damnum, cuius & præmium. quę ad eos obuenire contigerit scilicet religiosos. aduertendum
2 circa intellectum huius cap. † quia non habet locũ in aliis quàm in religiosis inquãtum ius nouum inducit secundum D. m. & Paul. pro quibus facit ista littera, ad eos, totiens repetita. videndum ergo in quo inducat ius nouum, & videtur, quòd in
3 hoc tantum † quòd scilicet religiosi priuilegiati per sedem Apostolicam, vel exempti in his vt procurationibus & similibus, pro monasteriis, & ecclesiis per eos habitis, & habendis non extendatur priuilegiũ tale in quæsitis post iud. cap. in secularibus verò secus est, quia possunt vti priuilegio etiam in quæsitis post istud cap. & in hoc inducit ius nouum, vt dictum est: si autem essent priuilegiati religiosi, post istud cap. tunc secus, quia gauderent priuilegio ipso etiam in quęsitis post ipsum priuilegium, & post istud cap. cui derogaretur per priuilegium eis concessum, & si nõ faceret mentionem de isto cap. secus si daretur priuilegium religiosis mendicantib. contra capitulum vnicum de excess. prælatorum lib. 6. non facta mentione de ipso cap. & hoc ideo, quia ibi exprimitur, quòd de ipso debebat in priuilegio fieri men-
4 tio, † aliàs priuilegium derogat iuri communi etiam non facta mentione de ipso, nec ei per ius commune derogatur 3. dist. priuilegia, prout scripsit Arch. 22. d. renouationes, & Ber. de off. ord. graue in 2. gl. verum ante istud cap. eodem iure censebantur in his religiosi & seculares, & etiam censentur post ipsum cap. nisi in prædicto casu: sed quare istud cap. extenditur ad quæsita per religiosos ante ipsum cap. cum non videatur extendi debere nisi ad quæsita per religiosos ante ipsum. ca. cum

ius respiciat futura, & non præterita. de
const.c.1.& c.vlt.sol.hoc ideo q.a ipsi reli-
giosi tenebātur ad hoc antea etiam de iu-
re antiquo.facit de elect.cum in cunctis §.
sane,& quod ibi not.& per D.m.e.t. cap.
vlt.lib.6. & quia talia transiuerunt ad eos
cum onere suo. 17.quæst.1. si quis laicus
de priuileg. ex litteris de deci. cum non
5 sit in homine,& cap. pastoralis.† Quid er-
go si religiosi ædificauerunt,vel ædificant
monasteriū, vel ecclesiam in proprio fun-
do; tunc non est locus huic cap. sed stabi-
tur iuri antiquo, quo astringuntur, vel nō
arctantur Monast. religiosorū, & ipsorum
ecclesiæ prout habetur 10.quæst.1.cap.1.
16.quæst.2.cap.1. sane. 18. quæst. 2. hoc
tantum cap. quàm sit,& cap.luminoso de
offic.ord. conquærente,& cap. dilectus de
præben. de monachis & in Lateranen. de
sta.mon.ca.1. & de priuil.cum & plantar.
& cap.quoniam,& cap. ex omne, & in his
quæ vtrobiq. not. & quod scripsit hic D.
meus in glo.vt donatione.vtentur ergo re
ligiosi in talib.monasteriis,& ecclesiis pri
uilegio, & exemptione in quæsitis per æ-
dificationem talem etiam post istud cap.
& facit hoc dictum pro sororibus fratrum
Gerilatorū exemptorū in monasterio ma
rium, & fœminarum eiusdem ordinis ha-
bitis,& habendis,vt non teneantur ad præ
dicta,& quòd possit vti priuilegio antiquo
quod præcedit hoc cap. etiam in quæsitis
6 post istud cap.sed † quid si per alios sint æ-
dificata monast.vel ecclesiæ ac re integra;
idest antequam aliquid pro eis soluatur
in prædictis, sed ædificatur religiosis pri-
uilegiaris,& exemptis in habitis, & habē
dis, priuilegiatis tamen ante istud ca.quia
si post non esset dubium. donentur, num-
quid erit locus huic c.vt ipsi religiosi priui
legio eorū in his vti non possint. & est di-
cendum,quòd habebit locum istud cap.&
quòd in talibus sic quæsitis non poterunt
vti priuilegio.ratio quia talia monasteria
& ecclesiæ statim dum fuerint ædificata,
& tenebantur ad talia habitu licet non te
nerentur actu,quia nondum erat facta so-
lutio,vnde habentur perinde ac si esset fa
cta, vel solita fieri talium debitorum so-
lutio. facit quod scripsit de præben. cū de
beneficio lib.6.& ibi præstari solita, debet
suppleri seu debita facit,quod scripsit Ar-
chi.& Guill.& D.m. de elect. licet canon.
li.6. & quia de facili res ad suam naturam
7 reuertitur. 35.di.ab exordio, † & quia ius
commune est fauorabile, priuilegium est
odiosum.& facit quod scripsit D.m. de cō
firma.vti.cum dilecta sup.ver.præscriptio-
nē,& super ver.in sua Diœc.& quod scrip
sit Hosti.de consti.cum accessissent, in glo.
sic patet in si.ver.solutio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens quis sit pro talium in-
debitarum exactionū recuperatione.*

CAP. III.

PRæsenti.] In glo. à contrario datur
1 ibi,iudicem adiri,sed si † cōtinge-
ret iudicem adire quis erit ille. di-
cendum, quòd illius loci, vbi talia exigun
tur,& extorquentur. sed numquid debet
esse ille iudex ecclesiasticus vel poterit
esse laicus? videtur quòd quantum ad co-
gnitionem clericatus tantum ecclesiasti-
cus esse debet. de sent.excom. si iudex, sed
quantum ad cognitionem an res illæ sint
clerici, vel alterius,& an causa negociatio
nis, vel alia differatur, videtur quòd et lai
cus iudex esse poterit. facit de iure iur. c.
licet lib.6.& q ibi not. per D.m. & de fo.
compet.cap.laicus eo. li. Vel verius quòd
ecclesiasticus tantum in his omnibus co-
gnoscere poterit.facit de iudi. quanto. de
fo.compet. si diligenti,& c.2.& istud c. in
princ. ibi locorum diœcesani, & prope si.
postquam de his ipsis constiterit.

SVPER

SVPER CLEMENT.
L I B. V.

DE MAGISTRIS ET NE aliquid exigatur pro licentia docendi. Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Lingua sacra sunt Hebraica, Craca, & Latina.*
2 *Vna tantum lingua futura creditur in patria probabiliter.*
3 *Praeparatio siue habilitas quotuplex.*
4 *Perfectio triplex.*

CAP. PRIMVM.



1 Nter sollicitudines.] Linguarum;] Notandum quòd † linguę sacrę sũt tres, Hebraica, Græca, & Latina, quæ totum orbem diuidũt, vna omnium nationum fuit lin
2 gua Hebraica. creditur etiam † probabiliter, quòd in patria tantum erit vna lingua, in multis autẽ linguis varietas est, ibi dissensio in glo. per quam cognoscitur in fi
3 ne sciendum, quòd habilitas, † siue præparatio ad gratiam triplex est, scilicet efficiens, materialis & formalis. prima est à Deo, secunda à gratia gratis data, tertia à nobis, dicitur autem gratia tripliciter. Primo generaliter, & sic est adiutorium diuinum creaturæ gratis impensum. Secundo dicitur gratia specialiter, & talis gratia dicitur gratis data, s. bonum, quo se homo præparat ad suscipiendum Spiritus sancti donum. Tertio dicitur gratia proprie donum datum diuinitus ad merendum: quod quidem donum gratia gratum faciens appellatur. Ista triplex gratia assumitur ex verbis Apostoli, primæ ad Corinth. c. 15. vbi ait, Gratia Dei sum, id, quod sum. ecce prima, &, Gratia Dei in me vacua non fuit, & ecce secunda, & Gratia eius semper in me manet, ecce tertia. dicitur & ipsa prima gratia gratis dans,
4 vt est Deus. Est etiam sciendum, † quòd triplex est perfectio prima est gratiæ; & causat esse gratuitum: secunda est virtutis, & causat bonum actum: tertia est operis virtutis, & causat meritum prima perfectio perficit animam. secunda perficit animæ potestias. tertia perficit ipsos actus.

DE HÆRETICIS. Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vel inquisitor, an coniunctim vel diuisim contra haereticos, & testes procedere possint.*
2 *Vicarius gener eralis an possit procedere contra haereticos sine speciali commissione.*
3 *Vicarius an sit ordinarius, vel delegatus in spiritualiter cõmissis, et an de illis ad Episcopũ appelletur remissiue.*
4 *Collegium Cardinalium sede vacante non potest absoluere excõicatos quorũ absolutio est reseruata Papae.*
5 *Inqsitores, & alij ministri haeretica prauitatis contra formam huius Clem. delinquentes non absoluũtur etiã in mortis articulo. nisi praeuia satisfactione; & est casus singularis.*
6 *Inquisitores, & ordinarij vtrum possint separatim haereticos absoluere vel condemnare.*
7 *Delegatus inferioris a Principe an, & quando possit subdelegare.*

CAP. PRIMVM.



Vltorum.] Exponere illos.] si pro hmõi negocio inquisitos testes pro veritate habẽda contra tertios delatos, & inquisitos bene † poterit epũs, & inquisitor, & quilibet eorũ per se libere torquere, vel extraor
1

 dina-

dinarie punire tanquam coram eo notorie delinquentes: secus si formetur inquisitio cōtra testem, itaque est noua instantia: quia tunc cum sit principaliter inquisitus, neutet ipsorum pro se hoc poterit secundum Paul. hic super hoc delegato, videtur

2 ergo, † q; debeat ad hoc speciale mandatū habere, nec videtur sufficiens generalis vicarius: & cum vicarius habet speciale mandatū in illo dicitur delegatus, in aliis ordinatius, ut de pben. hi qui S. eū quoq.

3 li. 6. †quo casu si appelletur ab eo, appellari debet ad epm, vel ad capitulū sede vacante secundū ea, quæ not. Inn. & Host. de off. Arch. c. 1. & Arch. post eos de off. ordi. Romana in prin. li. 6. sed p & contra in hoc q tunc sit delegatus, & q appellari possit de ipso ad epm, vide quod scripsit D. m. in specie de off. vic. & ego e. t. c. licet li. 6. dic vt ibi scripsi per Rom. Pontificē si infra de pœnis si quis suadente, & de sent. excom. cum ex eo. & intelligitur noīe Rom. Pontificis de persona, non de dignitate, prout scripsit Archi. de rescriptis si gratiose li. 6. sup ver. eius, videas quod ibi scripsi ad idē de re iu. cum æterni. & de preben. c. sentētia ij. & de sent. excom. cū medicinalis, e.

4 li. poterit † ergo absolui à Papa viuente, vel ab eo, cui cōmiserit, & non à Collegio Cardinalium sede vacante de elect. vbi periculum. S. idem quoq. li. 6. & sup. e. q. e. t. ne Romani. licet secus ī alio Collegio de ma.

5 & obe. c. vno li. 6. & not. hic † singularem casum, quo non absoluitur excōicatus et in articulo mortis, nisi satisfactione præ-

6 missa in glo. sed † numquid in fi. immo est dissimile, nā vt in d. c. accusatus no. p Io. & bene secundū Arch. ibi eps non pōt condēnari, vel absolui, ab alio q̄ à Papa, & cōtra D. m. & Pau. tenet Stephan. dudū eps Bonon. q scilicet nec etiā p eis possit vnus sine altero ad sententiā procedere. facit ad hoc dictū, quia par potestas est ligandi, & soluendi. de pœni. d. 1. verbum, & contrariorū eadē est disciplina. 32. d. hospitiolū. vnde qua rōne vnus sine altero nō pōt cōdēnare, eadē rōne nec absoluere possit, cū & non minus sit periculū absoluere in tali cōtagione, q̄ condēnare. tenendū videtur cū D. m. & Paul. facit 25. di. qualis in glo. sufficit ergo ibi & non primū, imo pōt pri-

7 mum, & secundū. licet n. delegatus † ab alijs q̄ à Principe alij causam subdelegare nō possit, vt in c. cum causam de appellat. verū est nisi habeat speciale mādatum ad hoc, vt de off. dele. c. is, cui in fi. l. 6. vel hoc sibi pmittatur à iure. facit quod not 16. q. 3. c. placuit ij. in gl. expleto, & sup. de offi. deleg. cap. pastoralis in glo. vlt. & de pœn. di. 6. cap. placuit in glo. vlt.

DE HOMICIDIO VOLVNtario vel casuali. Tit. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus quæ facere prohibeatur, siue facere non possit.*

2 *Infans minor septenio ignorat qd agat.*

3 *Infans nec per se, nec per procuratorem agere potest.*

4 *Infanti, & furioso curator datur.*

5 *Dormiens non peccat.*

6 *Infans baptizari potest, furiosus autem, vel dormiens minime.*

7 *Hominū essentia requirit corpus, & animam.*

8 *Homo est tam fœmina, quàm masculus, & appellatione hominis vterq. sexus continetur.*

9 *Occidens hominem in tormentum est homicida; nec irregularis.*

10 *Irregularitas contrahitur ex mutilatione sicut ex occisione.*

11 *Medicus necessitate medicinæ mutilās membrum non est irregularis.*

12 *Magister casu mutilans discipulum nō est irregularis.*

13 *Irregularitas non contrahitur ante baptismum; & est de iure positiuo.*

14 *Irregularitas quid.*

15 *Occidens inuasorem suum, an, & quando efficiatur irregularis vel non.*

16 *Defensio debet esse moderata.*

17 *Sanguinis effusio vtrum inducat irregularitatem.*

18 Fu-

18 *Furiosus dormiens nescius, aut ebrius utrum conuenire possint.*
19 *Furiosus factus culpa sua utrum occidens, vel mutilans fiat irregularis.*

CAP. VNICVM.

1 I *furiosus.*] † siue continuo furore laboret, siue per lucida interualla, dummodo durante furore, nec etiam si hominem occideret puniretur. 15. quæst. 1. aliquos, & capit. illa cauenda, nec potest matrimonium contrahere 32. quæst. 7. capit. placuit. neque furiosus, & de sponsa. cap. dilectus, nec potest testari nec religioni obligari, nec peccare de successi. ab inte stat. cum dilectus. de regul. sicut tenor.
2 3. quæst. 9. iudicas. aut † infans, idest minor septennio, hæc ætas ignorat quid agat, quæ sapit naturam extremorum scilicet furiosi, & dormientis, vt hic. hinc est
3 quod nec † per se, nec per procuratorē agere,
4 nec defendere potest, sed † curator sibi dari debet. de iudic. si annum lib. 6. nec potest contrahere sponsalia, nec matrimonium carnale, vel spirituale de despons. impuberum litteras, & c. accessit, & eod. tit. si infantes, in princ. lib. 6. & de præben. super inordinata, & de regulis significatum c. cum virum, & cap. cum simus, & eo. tit. cap. 1. lib. 6. nec eis delictum imputa-
5 tur de delict. pu. cap. 1. & hic † dormiens nec peccat. 15. quæst. 1. si concupiscentia, & hic & not. 6. di. in summa, & licet isti tres casus cum quatto, qui sequitur hic æquiparentur, non tamen æquiparantur in omnibus, † nam infans bap-
6 tizari potest, & conferuntur in baptismo, tā paruulis, quàm adultis inferens gratiam, & virtutes vt sup. eod. q. de summa Tri. capit. 1. in fi. non autem adulti furiosi dormientes, vt de bapti. maiores §. vlt. hominem viuum, non mortuum, quia si mortuum, nō esset dubium etiam in adulto discreto, non dormiente, sed vigilante, & voluntario ratio quia homo dici non pōt ni
7 si viuat. † nā ad esse hominis duo requiruntur, scilicet corpus & anima. de celebrat. Miss. in quadam. ver. nam ad esse hominis, ita quòd sint insimul iuncta, vt ibi & de pęni. di. 2. charitas. ver. item corpus nostrum quia pars nostri est, & facit quod not. Archid. 15. quæst. 1. si quis non iratus. & de offic. deleg. si delegatus lib. 6. & Host. de pri
8 uil. ad hoc, & quod dicit † hominem, intelligi debet, siue sit masculus, siue fœmina, licet videatur contra eod. tit. cap. si aliquis, ibi homini, aut mulieri, nam appellatione hominis vtrumque genus continetur. intelligi autem debet, quòd sit homo natus, vel formatus viuificatus, & animatus, nam si esset informis, siue informatus, nec per
9 membra distinctus, nō esset quæstio: quia † quicunque talem occiderit, non esset homicida vere, vel irregularis, vt 2. quæst. 5. consuluisti. 32. quæst. 2. quòd vero. & cap. Moyses. & cap. sicut, & d. cap. si aliquis. sed esset homicida occasionaliter, seu interpretatiue. 86. di. pasce. & 87. di. si expositus. secundum Ber. & Host. in d. cap. si aliquis. & Guill. in Spec. tit. 2. §. iuxta in penult. columna, ver. item qui homini, muti-
10 let, vel occidat † sic est expressum, quòd irregularitas contrahitur ex mutilatione, sicut ex hominis occisione. idem habetur de cleric. pug. in du. cap. 1. in fi. & ne cleri. vel mon. c. sententiā. de rapto. in Archiepiscopatu. 55. d. si euāgelica secundū Inn. & melius. ne cler. vel mon. c. clericis. 1. res. & 51. di. aliquā cos, & c. si quis post acceptum, & capit. qui in aliquo, & 55. d. si quis absciderit, secundum Hosti. vt ipse not. in d. capit. de cleric. pu. nec distinguitur hic quo animo faciat, quia nec distingui pōt de regul. sicut tenor, in aliis vero secus, in quibus bene attenditur animus. de senten. excomm. cum voluntate. 15. quæst. 1. meri-
11 to cum cap. sequentibus. vnde † si medicus necessitate medicinæ mutilet, vel magi-
12 ster † casu, vel alius dando operam rei licitę mutilet, vel occidat diligentiam adhibendo, non incurrit irregularitatem, vt de ætat. & quali. ad aures. & 51. dist. hi qui arborem. & not. eod. di. cap. de his 1. & 3. & & de homici. sicut dignum. aliàs autem quicunque priuatus, vel iudex occidit, vel mutilat hominem post baptismum effici-
13 tur irregularis, secus si ante baptismum, † quia tunc non esset irregularis, cum irregularitas non trahatur ante baptismum,

& sit tantum de iure positiuo inducta, vt 51. di. si quis post, & not. Innoc. de renunciar. nisi cum pridem, & Archid. 21. di. S. 1. & 15. q. 1. si quis non iratus, & de re iudic. cap. 1. lib. 6. vel si contrahitur ante baptismum, tollitur per baptismum, quod exaudias vbi cum peccato contrahitur, vt quia hoc fecerit tanquam priuatus, vel etiam tamquam iudex, quia idem est, cum hodie nullus infidelis habeat iurisdictionem, nec sine peccato possit ea exercere: secus si fecit tanquam exequutor habés necesse parere iudici fideli. talis enim irregularitas sine peccato contracta per baptismum tolli non potest. verius videtur, quòd quia ante baptismum non contrahitur irregularitas, vt sup. dicitur, siue peccando, siue non peccando ante baptismum, post baptismũ possit ille promoueri, quia ante baptismum hoĩem occidit, quod dic, vt not. Io. & Archid. 22. di. deinde, & Host. in summa de homic. S. qa poena. ver. ad euidentiã. & ver. quid ergo nullã hoc. & ideo dicit, quia quædã irregularitas tãtum impedit promouendum, quędam deiicit etiam iam promotum, vt not. 50. di. de his, & de homicid. S. vacat, quia poena. ver. ad euidentiam. sicut dignum, hic autem nullam istarum incurrit irregularitatem. potest irregularitas magistraliter

14 sic describi † Irregularitas est quædam nota, seu quoddam impedimétum canonicũ proueniens in clerico ex violatione censuræ ecclesiasticæ, vel ex alia notabili inobedientia, & in omni homine ex defectu, seu crimine casualiter, quo clericus quandoque cum poena degradationis & semper irregulariter omnino indignus redditur ordines susceptos exequi, & oĩs homo ad superiores prouehi, nisi cum eo prius fuerit per sedem Apostolicam misericorditer dispensatum secundum Hosti. de cleric. ex. mi. c. 2. nec dicitur quis irregularis, quòd secundum regulam Apostoli ordinari prohibeatur, sed est extra regulam aliorum: vnde cum ex tali excessu Papa eiecerit eũ, & alienum fecerit à regula illa, quæ communis est vniuersaliter illis, quibus non inuenitur prohibitum habet per ipsum cum hoc sibi voluerit specialiter retinere, vt scripsit Arch. de sentet. excomm. is, qui

15 lib. 6. Mortem, à † contrario ergo si mortem aliter potest vitare, irregularitatem incurret. quid autẽ si mortem bene vitare poterat, sed non alicuius membrorum suorum mutilarionem, nisi suum occidat, vel mutilet inuasorem, numquid occidendo, vel mutilando incurret irregularitatẽ? videtur, quòd non. ar. de poenit. di. prima, vulgaris est quæstio. nã vt ibi dicitur, qui autem tetigit totum corpus tetigisse vide

16 tur. sed contra † quia defensio debet esse moderata, itaquòd non ad vindictam, vel ad plus, vt habetur Exo. cap. 21. vbi dicitur, quòd mors pro morte, oculus pro oculo dari debet. eod. tit. significasti, & hic, quia dicit mortem, quòd non esset saltem cum occideret nec membrum amitteret: per quod etiam dico, quòd si pro liberatione rerum suarum mortem, vel mutilationem membri quis inferat, erit irregularis, & sic approbatur hic quod no. Host. eod. tit. cap. 2. & cap. suscepimus, & capit. significasti, ad fi. & in summa S. quia poena ver. alij ponunt suum. not. litteram, quia clare ostendit, quòd licet quis teneatur debellare iniuriam proximam, sicut propriam 23. quæst. 3. in summa, & cap. fortitudo, & cap. non inferenda, & de senten. excomm. quàm te, & cap. dilecto S. & quidem lib. 6. in primo tamen casu si mutilet, vel occidat inuasorem proximi, incurrit irregularitatem, secus in alio casu sup. quãdo propriam debellat iniuriam fac. quod not. Archi. 23. quæst. 3. in princ. Inuasorẽ, subaudi: iniustum, nam si iuste inuaderetur, vt quia iuste fuerat condemnatus, & inuaditur de mandato iudicis, forte vt morti tradatur, non liceret tunc sibi suum mutilare, vel occidere inuasorem, quia esset in cultraheret irregularitatem, & ideo conpa. ar. de ætat. & qualit. capit. 1. & not. Hosti. in summa eod. tit. S. quæ poena. ver. si autem. aliàs ver. verius credo. facit quod not. archidiac. secundum

17 Tho. 23. quęst. 5. cum homo. quid † si non occidit, vel mutilat, sed ad sanguinis effusionem procedit non se defendendo; numquid est irregularis. ar. quòd sic ne cleric. vel non. sententiam. de rapto. in archiepiscopatu. de senten. excomm. cum illorum ver. nos tamen. cõtrarium credo per istam litteram quæ tantum duo disiunctiue po-

18 suit, † sed numquid nesciens siue furiosus aut

aut dormiens generare poteſt.not.Io. 15. quæſt.1.inebriauerũt, quod not.quia hoc natura non patitur, vt quis neſciens generare,ſeu coire poſſit.contrarium credo.ar. hic ad quod bene facit quod ſcripſit Hoſt. in ſumma de ſponſa. §. qualiter.ver. hanc doctrinam,& videtur expreſſum in d. cap. inebriauerunt,& 6. di. in ſumma & nulla.
19 palea,ſed penſandum. Lapus.† quid ſi culpa ſua deuenit ad furorem, vel ad caſum mortis,vt quia induxit occiſorem ad hoc, numquid incurreret irregularitatem? videtur, quòd non,cum iſta littera non diſtinguat.ad hoc 15.q.1.c.illud, & c.aliquos, & cap. ſeq.& §.cum itaq. & quod not.ea. quæſt.in ſumma,& in d.cap. aliquos,& in §. ſed hæc, & quod ſcripſit Archid. de reſcriptis cap. ſtatutum §. cum vero,in glo. quia forte lib.6. In contrarium facit ea q. cap.penult. & §. ſed hoc & quod ibi ſcripſit poſt Io.& Lau. Archid. & quod not. de conſe.di.4.cap. quando quis,in glo. & bene facit 55. di. ſi euangelica, & quod ibi not.& 86.d.non ſatis,& de elect.cũ ineunte. in fi.& de homicid. cap. is qui, & de reg.iu.in regula damnum dediſſe videtur. de homic.continebatur.& ca.ſuſcepimus, & cap.Petrus.& hoc videtur verius. erit ergo furioſus rediens ad ſanam mentem & alium interficiens irregularis,pro & cõtra,& quod not.22.quæſt 5.de pudicitia, ſed quòd non incurrit irregularitatem facit.ſol.quæſtionis 6. ibi poſita per Archi, ſed quòd ſit irregularis tenet D.m.de reg. iur.in reg. imputari,lib.6.

DE VSVRIS. Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius non poteſt cogi edere ſuarum rationum Codices, niſi poſtquàm ſaltem ſummarie conſtiterit illum eſſe talem.*

2 *Hæreticus eſt qui pertinaciter tenet propoſitiones hæreticas; ſed lapſu forte linguæ prolatis hæreticas opiniones.*

3 *Diffamatus, vel ſuppoſitus crimine hæreſis vel vſuræ, quando quis dici poſſit.*

4 *Inquiſitores vtrum procedere poſſint cõtra non diffamatos.*

5 *Proceſſus contra hæreticos,& vſurarios quando formandi tam ſuper infamia quam ſuper veritate.*

6 *Vſurariis aſſerẽtibus non habere libros & ſcripturas non creditur.*

CAP. VNICVM.



Ex graui.] *Ipſos.*] ſcilicet vſurarios, & per hoc dico,
1 quòd ſi is, † contra quem agitur de uſuris, & à quo petitur vt edat ſuarum Codices rationum, neget ſe vſurarium fore antequam edere cogatur, an ſit vſurarius ſaltem ſummarie cognoſcetur. facit quod not. D.meus. de fo. compet. Roma-
2 na lib.6. † pertinaciter, quòd ſi non pertinaciter,ſed aliter forte ex linguę lubrico, tunc nõ punietur niſi ſaltem, vt ex verbis hæreticis ex ordinatione arbitrio inquiſitoris, & imponetur ei ſaltem aliqualis leuis pœnitentia ſalutaris.17.di. nec licuit. 24.quæſt.1. hæc eſt fides vel etiam in nul-
3 lo punietur † Si autem non verbis, ſed factis aſſeuerat,puta inhumaniter tractando eos,quibus mutuat, vel ſimile quid agendum; tunc, videtur quòd ſi ex hoc grauata ſit eius opinio ita,quòd dici poſſit de hoc diffamatus,vel ſuſpectus,tunc procedi poterit vt in fi. huius capit. dicitur ad hoc 11. quæſt.3. æſtimant, & cap. non ſolum,vbi habetur,quòd non ſolum verbis,ſed factis Deum negamus.Ordinarij,id eſt epiſcopi. ſup.de hæreti.ad abolendam,& cap. excõmunicamus, & eod.tit. per hoc lib.6. dif-
4 famatos aut &c. per † hanc litteram dico tam Diœceſanum quàm Inquiſitorem cõtra non diffamatum, vel ſuſpectum non poſſe ad inquirendum de veritate procedere, ac exemptionem competere illi cõ-
5 tra quem inquiritur. † debet ergo prius de infamia, & ſuſpicione inquirere, qua inuenta, tunc ad inquiſitionem veritatis procedere altero de duobus modis, vt ſup. ſecundum cap. litteras. in fi. de præſcript. exigatur ab eis iuramentum, vel cautio,& imponatur eis pœnitentia, vel indicatur

cis

cis purgatio. de purga.ca.inter sollicitudines.quã si præstare noluerint,vel si præsentando defecerint, procedetur contra eos, vt habetur de hæreti. excommunicamus. 1.§. t.quod primum, & vt in d.cap. inter
6 in fi. quoad secundum in glo. † quid si dicat vsurarius ibi non habere, vel perdidisse, non credetur. & est ratio, quia exquo in vniuersum succedit, præscribitur perueniſſe ad eum.ar.cod.tit.tua nos secundum Ioa. vt not. Host.in summa eod.tit.§.quæ pœna ver.hac pœna.

DE EXCESSIBVS PRÆLATORUM. Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Prælati non possunt facere statuta in præiudicium priuilegiatorum.*

2 *Priuilegium quid.*

3 *Præsentatio vtrum fieri debeat superiori præsenti de persona præsente.*

4 *Præsentatus vtrum possit cum litteris patroni continentibus præsentationem adire superiorem, & petere institutionem.*

CAP. VNICVM.



1 Requens.] Quidam.] Etiam statuta † faciunt, per quæ derogatur priuilegiis exemptorum. s. de facto, quia de iure non possunt, per quod etiam videtur quòd priuilegiatus per Papam ab aliquo excommunicari non possit, vt de priuil.ne aliqui lib.6.facientes contra Constitutionem episcopi continentem, quòd qui contra ipsam fecerit, sit excommunicatus, nõ erit excommunicatus, licet Archid.scripserit contrarium de consti.cap. vt animarum, li.6. & est ratio, quia non debet quis posse Constitutionem facere de illo, de quo iudicare non potest, vt patet in d.ca.
2 vt animarum. † priuilegium enim est lex, priuata superioris priuilegium concedentis, de qua sicut de publica lege ipsius superioris iudicare, vel contra ipsam facere inferiori non licet, vel ei detrahere. 17.d.§.fi.18.di.§.1.25.q.2. in summa, & c.1 & 2.21.d.inferior.sup.c.q.de elect.ne Romani, hoc etiam videtur sentire hic D.m. Paul. & Io.de monte in glo.† fit ergo præ-
3 sentatio per litteras in fi. videtur tamen quòd personalis præsentatio fieri debet, prout not. D.meus sup.de sepulturis cap. vlti. in glo. personalis ergo, & ibi dixi de
4 hoc.sed † quid si præsentans eligit impræsentandum, nec ipsum electum repræsentat, superiori præsentatus tamen vadit ad superiorem, & portat instrumentum suæ præsentationis per patronum factæ de ipso, numquid hoc sufficit sibi, & præsentatori. Respondit mihi D.m. quòd sic, dummodo id faciat infra tempus indultũ præsentatori, & præsentans non variet.

DE PRIVILEGIIS ET EXcessibus priuilegiatorum. Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi dici non possunt qui non sunt religionis approbatæ per sedem Apostolicam.*

2 *Religiosi religionis non approbatæ vtrum teneantur pœnis istius Clem.*

3 *Nouitij Religiosi non professi vtrum teneantur pœnis istius Clem.*

4 *Sentiens commodum debet sentire incommodum.*

5 *Religiosi in terminis istius Clem. debent intelligi masculini non fœminæ.*

6 *Clerici in proposito huius Clem. intelliguntur tã regulares quàm seculares.*

7 *Laici in proposito huius Clem. intelliguntur etiam religiosi, qui non sunt sacris ordinibus initiati.*

8 *Sacramentum sacræ rei signum.*

9 *Sacramentum inuisibilis gratiæ visibilis forma ex Augustino.*

10 Iesus

10 *Iesus dicitur Saluator, Christus vero vnctus.*

11 *Dauid ter vnctus fuit præfigurans baptisma, confirmationem, & extremam vnctionem.*

12 *Extrema vnctionis substantialia quæ.*

13 *Non datur nisi adultis, & petentibus.*

14 *Delet peccata venialia.*

15 *Reiterari potest non tamen in eadem infirmitate nisi post annum.*

16 *Continet tria, sacramentum tãtum, rem, ac rem & sacramentum.*

17 *Excommunicatio intelligitur de maiori.*

18 *Absolutio à pœna & culpa quid contineat, & numero 31.*

19 *Absolutio continent tria, iudicia Dei, sacerdotis, & Ecclesiæ.*

20 *Contritionis effectus.*

21 *Gratiæ effectus.*

22 *Confessio mentalis sufficiebat ante aduentum Christi, post aduentum requiritur verbalis.*

23 *Confessio quid sit, & quid operetur.*

24 *Iustificatio in quibus consistit, & quomodo requiratur.*

25 *Papa solus libere absoluere põt & libere peccata dimittere cum habeat claues.*

26 *Episcopi habent potestatem limitatam; & sunt vocati in partem sollicitudinis.*

27 *Deus qua de causa quando, & quomodo partem vel totam culpam; & pœnam a peccatoribus tollat.*

28 *Papa ad Dei similitudinem; & tanquam illius vices gerens; culpam, & pœnam remittit.*

29 *Episcopus in casibus, in quibus non est prohibitus, potest pœnam tollere vel commutare.*

30 *Inferior episcopo non potest pœnam personalem totaliter tollere.*

32 *Papa non differt ab aliis sacerdotibus in iudicio triumphantis Ecclesiæ.*

33 *Offensa facta Deo remittitur à Deo, facta proximo à proximo, & non ab alio.*

34 *Absolutio sacerdotis, & denunciatio & declaratio veritatis.*

CAP. PRIMVM.



1 *Eligiosi.*] Subaudi, † religionis per sedem Apostolicam approbatæ, aliàs non essent religiosi. de re li. do. cap. vlt. & eod. cap. 1. lib. 6. & de voto cap. vnico eodem lib.
2 sed † nunquid religiosi alij, religionis scilicet non approbatæ per sedem Apostolicam, si faciant contra istam constitutionem, incurrerent poenas ipsius, vt alij approbatæ videtur quòd sic. ar. de elect. indemnitatibus §. prædicta si quidem lib. 6. & de præben. cum qui, eo. li. Contrarium credo per supradicta cap. in princip. huius glo. & facit quod not. D. meus ne cler. vel mo. vt periculosa in princ. super ver. qua-
3 cunque lib. 6. † Sed quid de religioso nouitio, non professo, numquid incurret pœnam istius cap. faciendo contra ipsum? videtur quòd non, cum possit ad seculum libere redire. de regula. cap. statuimus, & e. tit. non solum li. 6. Contrarium credo. ar. de sentent. excomm. religioso, eod. li. nam eum tempore scilicet nouiciatus gaudeat priuilegio canonis, si quis suadente 17. quæst. 4. vt ibi, sentire debet onus vt hic, & sup. ead. de censib. cap. 1. & de reg. iur. qui sentit onus lib. 6. de stat. mon. recolentes.
4 Senec. declam. 54. declam. 6. † Eius debet esse damnum cuius & præmium est. &
5 quòd dicit † religiosi, intelligi debet de masculis; non enim habet locum in religiosis mulieribus, cum non sit muliebre, sed virile officium secundum Guilliel. de
6 Mon. aldu. † Clericis secularibus, vel re-
7 gularibus, † laicis etiam religiosis. 16. q. 1.
8 generaliter † Sacramentũ, idest sacræ rei signum de sacra vn. cap. vno. de celebrat. Miss. cum Marthæ, & est secundũ Augusti-
9 num † inuisibilis gratia, visibilis forma. Ad huius intelligentiam sciendum, quòd mediator Dei & hominum non solum voca-
10 tur † Iesus in quantum habet saluare, sed etiam

etiam Christus inquantum habet vnctionis gratiam in alios diffundere. 10. dist.
11 quoniam. idem. 96. dist. cum ad verum. † sciendum etiam, quòd tribus vicibus fuit vnctus Dauid. primò in domo Patris sui in signum Regni futuri; hoc significat vnctionem in baptismo. secundo in Ebron sup Iudam, & postea multa bella habuit; hoc significat vnctionem in confirmatione, tertio iterum in Ebron super omnem
12 Israel, post hanc in pace regnauit. † De substantia huius sacramẽti sunt quicunq. primũ est quòd hanc vnctionem faciens sit sacerdos, secundum est intentio, tertium materia, scilicet oleum infirmorum, quartum est forma verborum, hæc scilicet, Per istam sanctam vnctionem &c. quæ debet dicere vngens, quintum est locus in vngendo, quia fit ad oculos, fit ad aures, &
13 nares, & † non datur nisi adultis: quia,
14 peccata † venialia delentur, contra quæ institutum est: nec datur aliis, quàm infirmis in periculo mortis constitutis: sanis autem nõ datur, quia habent aliud remedium: scilicet pœnitentiam, nec debet dari nisi postulanti, qui deuotionem sursum
15 erigit, & † reiteratur, vt not. de sacram. non iteran. in rubrica, & cap. primo, sed si sæpe quis infirmetur ad mortem, licet sæpe possit inungi, non tamen debet in vna infirmitate bis inungi, nisi eadem infirmitas vltra annum protrahetur, itaquòd in vna infirmitate nequaquam bis inunga-
16 tur. † In hoc Sacramento, sicut in ceteris tria sunt, vnum est Sacramẽtum tantum, scilicet vnctio extrema, aliud est res tantum, scilicet effectus duplicis sanitatis, tertium Sacramentum & res, scilicet quædam vnctio interior spiritualis, idest mentis iocunditas & solatium Eucharistiæ, nõ dicit viaticum vnde locus est pœnę etiam si detur in necessitate non ob. 50. d. pœnitẽtes, & de pœni. & remiss. quòd in te. quia intelligendum, quòd in casibus in morte detur viaticũ scilicet per eos, qui possint: pœnitentia vero tempore necessitatis à quolibet sacerdote sumi potest de off. ord. pastoralis. secundum Paul. hic facit 24. q. 1. §. sed istud, & quod ibi not. in glo. vlt. ex
17 communicatos à Canone, † intelligendũ de maiori excommunicatione de senten. excomm. si quem, & in his, quæ ibi not. per D. meum. facit etiam de rescript. cap. ipso iure lib. 6. & sup. eod. conf. de sepultũ.
18 cap. 1. & quod ibi not. per D. m. † A pœna, & à culpa, ad declarationem huius litteræ videas quod nota. Ioann. & Archidi. de pœnit. dist. 1. verbum & 22. dist. 5. remittuntur. & Innocent. & Hostien. de pœnit. & remiss. significauit, & Hosti. in summa eod. tit. §. & quid sit effectus contritionis
19 & sub rubrica de remissionibus. §. 1. † dicunt igitur, quòd triplex est iudicium. primum Dei, quo Deus mundat animam in contritione, & hoc præcedit duo sequentia tamquam dignius: secundum est iudicium Petri, siue sacerdotis in Ecclesia militante, vt hic: tertium est iudicium approbationis Ecclesiæ, s. cœlestis curiæ approbãtis in cęlis, absolutionẽ, vel ligationem Ecclesiæ militãtis factã in terris, prout dixit Host. in summa rubrica de remissionib. §. 1. vet. sed & notãdum est. Circa primum iudicium aduertendũ, quòd peccator peccando Deum offendit, & Ecclesiam, & interdum etiam proximum, & se ipsum: offensa Deo facta deletur in contritione
20 peccatoris per gratiam Dei, † quæ causatur à contritione peccatoris de peccato dolore contritionis & ad Deum, quem per peccatum offendit, feruorem dilectionis
21 charitatis habentis † Est effectus gratiæ Dei multiplex, nam excitat liberum arbitrium ad bene cogitandum, & sanat ipsum imitando effectum, ipsumque corroborat producendo in actum. item gratia Deo hominem reconciliat, à peccato quoque liberat, & pœnam æternam in temporalem commutat. ad hanc consequendam sufficiebat ante aduentum Christi,
22 sola † mentalis confessio, & hoc est de iure naturali, hodie, idest ab aduentu Christi citra requiritur confessio vocalis facta homini, idest sacerdoti, dummodo adsit facultas, & hoc non est de iure naturali, vnde hodie necessaria est propter obli-
23 gationem præcepti. † Cõfessio est satisfactio non solum propter reconciliationem in ecclesia Dei, sed etiam in iudicio ecclesiæ. & possumus dicere, quòd à reatu peccati liberamur per gratiam, à sequela autem peccatorum per pœnitentiam, & partes pœnitentiæ: à miseria verò per glo-
24 riã. † Possumus etiã dicere per sex impius iusti-

cator iustificatur per duo ex parte Dei, scilicet misericordiam, quæ reatum indulget; & iustitiam, quæ emendationem aliquantulam exigit vel hic, vel in purgatorio: & per duo ex parte peccatoris, scilicet dolorē, & amorē, & ꝑ alia duo ex parte ecclesiæ. primum est meritū Christi, & aliorum sanctorum perfectorum, secundum est indulgentia, quam dat ecclesia per Papam, & episcopos, tamen vt ipsa indulgētia valeat tantum, quantum permittitur, exigitur auctoritas, & causa s. communis vtilitatis ex parte dantis: exigitur etiam formata fides, & obedientia ex parte recipientis, hoc est vt soluat illud propter quod datur,

25 † hæc duo potest facere solus Papa libere, q solus habet claues thesauri ecclesiæ, s. tantorū meritorū Christi, quoniam aliorum sanctorum perfectorum. alij autem, vt episcopi

26 † non habent potestatē generalem, sed limitatam, vt patet de poenit. & remiss. cum ex eo & eod. tit. cum indulgenti lib. 6. ipse enim habet plenitudinem potestatis, vt in d. c. cum ex eo in fi. & de aucto. & vsu pal. ad honorem Dei: ceteri vero prælati assumpti sunt in partem sollicitudinis vt ibi, & 2. quæst. 6. de cætero, & cap. seq.

27 † Sicut ergo Deus gratia sui, culpæ peccatoris ꝑ contritionē ipsius peccatoris indulget, & reatum culpæ tollit poenam æternam in temporalem commutando, qua puniatur ipse peccator vel in hac vita, vel in purgatorio, & interdum etiam quoad omnem poenam pecca tum tollit, tanta potest esse contritio peccatoris, etiam sine verbali cōfessione. 23. quæst. 5 remittuntur, & de poen. di. 1. verbum, & in plurib. cap. eiusdem distinctionis, dummodo non contemptus religionis sed articulus necessitatis cōfessionem verbalem excludat:

28 sic † vicarius Dei, scilicet Papa, in ista ecclesia militante quoad iudicium contemptiosum, vel non contēptiosum, vt in foro animæ per contritionem, & confessionem, per quam de contritione interiori iudicat, tollit peccatum, & pęnam æternam, qua propter mortale peccatum, peccator erat extra ecclesiam militantem perpetuo damnatus quousque ecclesię satisfaceret per confessionem, & pęnitentiæ impositæ peractionem in tempo ralem poenam commutare, & interdum totum tollere potest etiā sine causa, quoad

29 ecclesiā militantem † etiam episcopus, in

30 casib. in quib. nō est prohibitus. inferior † vero ab episcopo poenā temporalē in totū tollere non potest, etiam ex causa, præser

31 tim religiosus, vel nisi aliud sit cōcessum † & hoc vult dicere meo iudicio hic, q ꝓhibet absoluere à poena & à culpa. quātum vero ad iudicium ecclesiæ triumphantis,

32 non † videtur differentia inter Papam & alios inferiores, quia in vtrisque intelligendum illud Quodcunque ligaueris &c. dist. 16. & 24. quæst. 1. quodcunque, scilicet claue non errante, vt ead. cau & quæst. cap. manet ergo, & totum à iudicio ecclesiæ triumphantis dependet quicquid hic

33 agitur. ex his † patet qualiter offensa facta Deo, vel ecclesiæ remittitur, quæ sit proximo remitti debet à proximo, & sibi satisfactio fieri: nec potest remitti ab alio dixerunt etiam Innoc. & Host. in cap. om-

34 nis de poeni. & re. quòd quando † sacerdos dicit, Absoluo te, nō est dicere nisi, denuncio te absolutum: quòd non esses nisi absolutionem petens, vel Absoluo te à pęna æterna in temporali cōmutata vt not. infra in cap. significauit eod. tit. & Archi. de poeni. di. 1. verbum.

SUMMARIUM.

1 *Libere quid significet.*

2 *Exempta loca sunt in diœcesi non de diœcesi.*

3 *Exempti resistentes archiepiscopo, vel episcopo, circa contenta in ista Clem. per quem puniantur.*

CAP. II.

1 Archiepiscopo.] † Libere.] Et nullo requisito, idest, sine alicuius licētia. simile de censi. Romana §. sane di. 6. & de appellat. si à iudice eod. lib. & sup. e. q. de fo. compet. c. quamuis ibi tñ debet ante oīa requiri licentia qua nō habita libere pōt procedi, vt infra tit. prox. c.

2 1. suæ dioec. not. † quòd loca exēpta sunt in dioec. licet non de dioec. secundū Guill. de Mon. aldu. videtur ergo, quòd aliud sit dicere

dicere, est dioec. vel in dioec. & aliud est dicere de dioec. nam locus exemptus licet sit dioe. vt hic, vel in dioec. vt de offic. ord. cum episcopus li. 6. non tamen est de dioe. & facit ad prædicta quod not. sup. ead q. tit. prox. cap. vno ad fi. in glo. de rescript. si propter tua debita, & post Abb. cap. Abbates in gl. ergo si pro alio nullam aliam,
3 quid erit, si resistatur † ab exemptis Archiepiscopo vt in primo, vel episcopo vt in secundo, vel ab eis animaduerti poterit in exemptos. puto, quòd non, & hoc iudicat littera ista, & sequens. ageret ergo coram superiore exemptorum, qui eos cogat ad parendum huic constitutioni, & non parentes puniat ad hoc de iure patr. nullus facit littera, quæ sequitur similem protestationem habes sup. ead. q. de statu monac. cap. vlt. §. 1. in fi.

DE POENIS. Tit. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Inductio verbalis sine effectu non sufficit ad pœnam in ista Clement. contentam.*

CAP. III.



Cupientes.] Similem.] Hæc est sententia excommunicationis, quam incurrent nō solum inducentes, verum etiam inducti, si inducentibus consentiant: licet videatur contra sup. cap. prox. ibi illis pœnam incursuris eamdem &c. ad hoc de sentent. excomm. contingit, i. & quod ibi not. per D. m.
1 & per Host. de locato cap. 1. † non tamen inducentes pœnam istam incurrent ex sola inductione, nisi inductio haberet effectum, vt quia induxerunt, & inductus fecit illud, ad quod induxerunt: quia hoc debet intelligi cum effectu maxime in casu isto, vbi de spirituali pœna imponenda per constitutionem, vt hic agitur. facit quod not. Archidiac. 17. quæst. 1. si ergo in magna glo. in penult. col. ver. in pœnis autem spiritualibus, & quod not. D. m. de iudic. cap. mulieres lib. 6. in nouella.

DE POENITENTIIS ET remissionibus. Tit. IX.

SUMMARIUM.

1 *Simplicitas quotuplex.*
2 *Prælati inferiores non debent admittere quæstores etiam cum litteris Apostolicis, nisi illis ab ordinariis examinatis.*
3 *Ordinarij non possunt de litteris Apostolicis iudicare, sed dubitantes debent Rom. Pontificem consulere.*
4 *Cognoscere potest quis de re de qua non est iudex, non tamen de ea iudicare.*
5 *Minor non potest cognoscere, nec iudicare defectu maioris, nisi quatenus est expressum à iure.*
6 *Indulgentias dare quis possit.*
7 *Indulgentiarum validitas septem requirit.*
8 *Incertorum & male ablatorum distributio an, & quando spectet ad episcopum.*
9 *Restitutio male ablatorum an, & quando possit remitti; & cōdonari per Papam, vel episcopum.*
10 *Pœnitentia imposita per superiorem nō potest relaxari per inferiorem, sed bene, econtra.*
11 *Eleemosyna quomodo prosit defunctis.*
12 *Animam de purgatorio totaliter liberare, & extrahere spectat ad solum Deum.*
13 *Remissionem plenam pœnarum facere in foro pœnitentiali spectat ad solum Papam.*
14 *Remissio pœnarum per Prælatos inferiores, & sacerdotes; vtrum fieri possit in totum vel in parte, & quatenus se extendat.*

CAP.

C A P. II.



1 Bsionibus.] Simplices.] †Multiplex est simplicitas, est enim quędam contraria dolositati, & hæc bona: 2. quæst. 7. sancta quippe rusticitas, idest simplicitas. de hac dicitur: Habeto simplicitatem columbæ, & astuciam serpentis, ne cuiquam machineris dolum, vel dolo alterius supplanteris. 16. quæst. 1. si cupis: vbi de hoc alia est, quæ prouenit ex ignorantia, quæ dicitur contraria discretioni, & hæc reprobatur 39. di. Petrus, cuius electio cassata fuit, quia erat simplex, & inscius. hodie autem talis remouetur iam promotus. de ætate & qualita. cap. vlt. sed olim dabatur coadiutor. 7. quęst. 1. petisti & cap. quia frater. quod dic, vt not. Host. de summa Trin. damnamus super. ver. sim
2 plex omnino antequam admittantur. † debet ergo de ipsa examinatione litterarũ Papalium, quas ostendunt quæstores constare inferioribus prælatis episcopo ante quàm eos admittant, de qua constabit eis
3 per episcopi litteras, examinent, † non tamen de ipsis iudicare poterunt de iudi. cap. cum venisset, si dubitetur de ipsis, Romanus Pontifex consulatur, cuius est extimare quem modum sui priuilegij esse velit. de off. ordinarij. cap. ordinarij §. si vero lib. 6. & si appareant veræ, ac sine defectu, dabunt eis litteras testimoniales: si autem appareat eas defectuosas esse, repellent eos, & poterunt etiam dicere, vt not. in di. cap. cum venissent. & cap. ordinarij.
4 Et † sic habes hic, ꝙ potest cognoscere quis de re, in qua non est iudex, & de qua iudicare non potest. & minor de facto maioris. simile de rescript. cum contingat in fi. & de priuil. cũ personæ li. 6. & quod not. 16. q. 1. frater noster in glo. penult. regulariter tamẽ nec cognoscere nec iudicare pôt minor de facto maioris. 21. di. inferior. de ma. & obed. cum inferior, & sup. e. q. de elect. ne Romani. facit quod scripsit D. m. sup. de off. deleg. super eo, & de re iudi. de cetero super prima glo. pro & contra facit quod scripsit D. m. & ego post eum de off.
5 vica. c. licet. li. 6. dicendum quòd † quando possit cognoscere, vel iudicare minor de facto maioris exprimitur in iure, tunc potest: aliàs nõ, nisi notorium sit, nullum esse factum maioris taliter, quòd nec examinatione indiget nec inficiari possit. quo casu minor de ipso non iudicat, nec de ipso iudicialiter cognoscit, sed tantum non obstare declarat, vel eo non obstante contrarium facit, vel ipsum effectum habere impedit, vt sup. de æt. & quali. c. eam te, facit quod scripsit D. m. cap. sollicitudinem de appellat. & de rescriptis, cap. statutum in fi. l. 6. De facto concedant, vnde dicit de
6 facto, quia de iure † dare indulgentias pertinet tantum ad Papam, legatos suos, Archiepiscopos, & episcopos. eo. t. cum ex eo. & cap. nostro. & eo. ti. Romana, & cap. vlt. li. 6. de excess. prælatorum, accedentib. & de legato not. de off. lega. nemini. & est hoc verum de generalibus, & publicis indulgentiis. illæ enim sunt dignitatis episcopalis, vnde inferiores prælati eas non possint concedere, nec etiam electus, & confirmatus in episcopum nondum cõsecratus: quoniam nõ est sacerdos, secundũ Host. in d. cap. accedentibus, nec tales indulgentias cõcedere potest capitulum cathedralis ecclesiæ sede vacãte, secundum Arch. in prędicto cap. Romana. in priuato aurem, & in foro pœnitentiæ potest eas concedere, quilibet sacerdos sibi confitenti, secũdum Host. in summa, rubrica de remissionibus. § quis possit, & Archi. eod. ti. cap. vlt. li. 6. verum secundum magistrum
7 Guillielmũ. Alrisiodorens. † ad hoc, vt istæ indulgentiæ valeant, requiruntur septem. Primum est potestas ligandi & soluendi, quæ est apud prælatum, & non aliũ. Secundũ necessitas loci, & pœnitẽtis, quia locus indiget, & pœnitentes non possint ieiunare, vel aliam pęnitentiam facere. Tertium deuotio fidei, q a credit apud ecclesiã tantam esse potestatem. Quartum status pœnitentis, scilicet, ꝙ sit contritus. Quintum discretio eiusdem, s. vt tanto se redimat quanto sibi nollet iniunctam pęnitentiam substinere. Sextum iusta eius extimatio, scilicet vt secundum, ꝙ ei dimittitur, recõpenset. Septimum ꝙ sit subditus illius qui indulgentiam facit. vt e. t. ꝙ autem, vt not.
8 Host. e. t. cum ex eo. Male ablata, † incerta distributio male ablatorũ incertorum ad episcopum loci spectat secundum Host. de

iudæis cũ sit.& de vsuris cũ tu. & in sum. de pœnit.& remiss. §. cui confitendum sit ver. tu dic. & §. vlt. sub §. sed quæ forma, ver. vbi vero, & D. meus eod.tit. cap. 2. lib.6.& de reg.iur. peccatum eod.lib. allegant ad hoc prædictum cap. cum sit. sed Archidiac.not.contrarium.14.quæst. 5.non sane,& de testa. cap. religiosus lib. 6.dicens,quòd cap.cum sit.loquitur in iudæo, cuius bona erant distribuenda, qui suspectus est circa distributionem Christi pauperibus faciẽdam:aliud nempe quando est Christianus ille qui tenetur ad male ablata restituenda. nam si exequutorem ille dimisit,eius exequutor poterit dictam erogationem seu distributionem facere. Si vero nullum exequutorem fecit, tunc ad episcopum pertinet.ad hoc secundum eum de vsuris cum tu,& de testa. tua. idem cum Archidiac.tenet Paul.sup.ead. q.de sepul.dudum.& de priuil.cap.primo. Io.Cal. & Recuperus cõsulendo.ego viam mediam tenendo dico,quòd in his ablatis incertis, in quib. est translatũ dominium nec competit repetitio,exemplum 14. q. 5.non sane locum habeat dictum Archi. & sequacium in his,in quibus dominium non trãsfertur:vel si transfertur,competit repetitio.exẽplum de decim.ex transmissa,habeat locum dictum Host.& D.m. facit quod not. Arch.prima q. 1.non est putanda.ratio diuersitatis meo iudicio, quia in primo casu, ille qui habet mala ablata potest inde eleemosynam facere,& habet ius dominij,licet inlicite.&ideo de suo debet posse per se, vel alium facere, distribuẽdo præsertim pauperibus sicut placet. vt d.c.non sane.In secundo vero casu non potest exinde eleemosynam facere, nec habet ius dominij: vel si habet,non habet perfecte,quia competit repetitio ei, vel eius hæredibus,cuius fuerunt male ablata, in cuius locum si non sunt alij hæredes, volunt iura in animæ illius fauorem, cui erat facienda restitutio erogationẽ, & distributionem ipsorũ male ablatorum fieri pauperibus tamquam suis hæredibus,non per eum,qui ad restitutionem tenetur cũ sit suspectus, & in hoc sit extraneus ab eo, cui fienda erat restitutio,& à pauperibus, quibus etiam est facienda: necnon & ab ipsis malis ablatis, in quibus nihil iuris habet,sed per episcopũ,qui est pater pauperũ suę Dioec. & ordinarius iudex in ea. de exceptionibus,cum venerabilis.de rel. do.cap. nunc autem,& capit. de xenodochiis. sed huic distinctioni videtur contradicere dictum capitulum cum sit. cum ibi loquatur in casu,vbi transfertur domini ũ:&tñ requiritur episcopi dispositio sol. duplex,vna quia ibi loquitur de suspecto, & de infideli: nos vero loquimur de fideli. & ideo secus. Alia quòd in cap. cum sit non transfertur: in casu, quem posui transfertur vide quod not. D.meus in d. cap. religiosus in nouella,& Paul.in d.cap. dudum. de materia huius gl. tractat D.Ioãn. Cal. in decis. cum sit, de iudæis, nisi finaliter sic dicit, Dic quòd episcopi se non habent intromittere, nisi in defectum, vel vbi non est aliquis à testatore ad id deputatus.hanc opin. credo veram, ne libertas arbitrij subtrahatur. 45.dist. de iudęis de pœnit.di. 2.si enim.ver. liber.tamen soleo hic dicere,quòd æque potest dici quòd in his, in quib. transfertur dominium sit vera hæc opinio:in his tamen, in quib. non transfertur,sit vera opi. Host. Vel totũ contrarium est dicendũ, vt primo casu sit vera opinio Host.vt ad episcopũ recurratur, quia posset dubitari ad quid, & quantum sit restituendũ: in secundo sit vera opinio Arch.quia cessat ratio. Remittat.† dicebat Host.q. in his,in quibus est mortale peccatum secundũ legem diuinã,vt in furto, & rapina. 14.q. 5.pęnale,dispensare non põt episcopus,nec etiã Papa, vt aliqui dicunt quominus peccator pœnitentiã agat,& restitutio fiat. de vsuris, cũ tu. 14.q. 5. si qđ. &c.multi.&c.c.q.6.c.1.In his vero ĩ quib. mortale peccatũ est secundũ ius positiuũ, & est epis,siue inferiorib. Papæ interdicta dispẽsatio,nullus dispẽsare,vel pęnitentiã præstare põt nisi solus Papa,vel is,cui specialiter cõmisit.si vero non est interdicta, tunc põt secundũ Guill.in Spec.de legato §.nunc de episcoporum ver.D. m.dixit,& Archi. 14.quæst.5.non sane.relaxare † relaxatio, seu remissio, vel commutatio pœnæ fieri debet in foro pœnitentiæ, ab eo,cui facta est cõfessio,vel superiore suo, nam pœnitentiam impositam per episcopum sacerdos commutare, vel relaxare nõ potest: sed impositam per sacerdotem bene

bene poteſt epiſcopus relaxare, vel commutare. 21. diſt. inferior. & debet fieri ex cauſa ſecundum Vinc. vt not. Archidiac. eod. tit. cap. vlt. lib. 6. idem tenet Hug. vt ſcripſit Archidiac. 24. quæſt. 2. latorem, pro quo facit 15. diſti. capit. ſicut ſancti. in fi. & quod ibi ſcripſit Archidiac. ſed in contrarium facit 50. diſt. accedens, & 6. quæſt. 7. cap. 2. & d. cap. latorem, & de pœn. diſt. 1. cap. menſuram, & quod ſcripſit Ioan. in dictis cap. accedens. cap. 2. & ca. latorem. dictum tamen poſſet ſubſtineri in neceſſitate, vel quia non poteſt adiri ſuperior, vel ex alia cauſa iuſta. ar. de ma. & obed. cap. vno lib. 6. Extrahant. li-
10 cet † eleemoſyna, quam viuens pro defuncto facit, proſit defuncto per modum eleemoſynæ: non tamen prodeſt per modū indulgētiæ, quæ mortuis non pōt fieri, poſtquā ſunt mortui, licet pſint mortuis, qui-
11 bus dum viuerent facta fuit remiſſio: † extrahere autem, & liberare totaliter animā de purgatorio ſpectat ad ſolum Deū, cuius eſt fori, & relicta iudicio: quod dic, vt not. Hoſti. in ſumma, rubrica de remiſſionib. §. quibus proſint, & §§. ſequentib.
12 vſque ad finem, † Remiſſionem plenam. hoc tamen ad Papam ſpectat & in generali, & vniuerſali remiſſione quam facit, per quam omnis ſatisfactio remittitur: in particulari vero, & ſpeciali remiſſione, quam facit Papa, vel inferiores prælati non fit plena remiſſio, in qua dicunt tantum de iniuncta pœnitentia relaxamus, quod dic. vt not. Hoſti. in ſumma rubrica de remiſſionib. §. item per Crucis aſſumptionem ver. illud etiam vt vnum ſcias, q̄ ſacerdos totum tempus pœnitentiæ peragendæ, non poteſt pœnitenti remittere, vt habes. 24. quæſt. 4. ſi is qui prælatus, & ibi de hoc per Ioan. & 26. quæſt. 7. hoc ſit poſitum.

DE SENTENTIA EXcommunicationis, Tit. X.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicati ſecundum formam huius Clem. non poſſunt à quoquam præterquàm à Rom. Pont. abſolui.*

CAP. II.



Rauis.] *Niſi per ſedem.*] Simile ſup. ead. q. de priuil. cap. 1. primo reſp. Sed num-
1 quid † per legatum Apoſtolicæ ſedis de latere poterint abſolui, videtur, q̄ non per id quod ſequitur, dumtaxat &c. vel forte licet excludat alios, non tamen legatum, ad hoc eod. tit. ad eminentiā de elect. ſi Abbatem lib. 6. & quod ibi notat D. meus. & de ſchiſma. c. primo. & de ſentent. excomm. quia periculoſum eod. lib. & de cleric. non reſi. c. 2. primum verius, & hoc denotat iſtud, dumtaxat. facit prædictum cap. religioſi. 1. reſp. & idem ſentit. D. m. ſup. cap. prox.

SUMMARIUM.

1 *Fratres & ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci, dicti De pœnitentia, vtrum gaudeant eccleſiaſtica libertate.*

2 *Excommunicati ſecundum iſtam Clem. abſolui poſſunt tantum à Papa ſeu ordinario ſeruata illius forma.*

CAP. III.

C*Vm ex eo fratres, & ſorores &c.*] Hic
1 habes quod iſti † fratres & ſorores vocantur fratres & ſorores de pœnitentia. & idem habetur in extrauag. Io. Papæ xxij. quæ incipit, Sancta Romana, ſed numquid gaudent eccleſiaſtica libertate, ſeu immunitate? dicendum q̄ ſic, ad hoc ſup. de cenſi quamquam li. 6. & de immun. eccleſ. c. quia e. lib. non enim poteſt negari, quin ipſi ſint eccleſiaſticæ perſonæ largo ſumpto vocabulo, & etiam religioſæ: quæ tamen eccleſiaſtico priuilegio gaudent etiam in bonis ſuis, nedum in perſonis, vt ibi, & 17 quæſt. 4. quiſquis facit etiam quia in regula ipſorum prohibentur profeſſi eiuſdem regulæ poſt profeſſionem ad ſeculum redire, quod aliàs

 licet

licet ei, qui ordinem mendicantium ingreditur, & infra annum probationis ordinem profitetur, quòd si ordinẽ alium profiteretur non liceret sup. de regular. non solum lib. 6. est ergo professus dictum ordinem tertium post professionem ipsi ordini adscriptus à seculo separatus. debet ergo sentire cõmodum ejusdem ordinis exquo sentit. onus sup. de reg. iur. qui sen-
2 tit onus lib. 6. † Pontificem, simile sup. ead. q. de haereti. multorum in fi. & de poenis cap. si quis suadente. nõ ergo per legatum etiam de latere absolui poterunt, nisi in casu sequenti, scilicet satisfactione praemissa, & tunc etiam per Archiepiscopum absolui poterunt si sint suae dioec. non autem si sint suae prouinciae, & non dioec. & hoc tempore sanitatis. nam in mortis articulo etiam simplex sacerdos tales absoluere poterit, vt in praedicto cap. vel dic quòd in casu sequenti licet possint absolui per episcopum, non tamen absolui poterant p legatum, cum episcopus in hoc sit delegatus Papę, & sic maior est quàm legatus de off. lega. studuisti. poterit ergo episcopus, quod non potest legatus. simile de offic. leg. c. vlt. & penult. in gl. penult. recipiendo eos violant interdum, & incurrunt sententiam istius cap. si mater ecclesia eos admittit, si autem eos non admittit, incurrunt duas sententias, vnam per istum cap. & aliam per d. cap. primum sup. eod. tit. secundum Paul. & bene.

SUMMARIUM.

1 *Papa excommunicato communicando, vel aliquem sub titulo cuiuslibet honorũ nominando, non absoluit, nequè tribuit aut confirmat gradum nominatum.*

2 *Praelatus inferior excommunicato à se communicando, aut priuatum aliquo honore seu titulo, tali gradu seu titulo nominando, absoluere & redintegrare videtur.*

C A P. IIII.

1 SI [*summus Pontifex.*] *Aut quicquã.*] Etiam quoad praesumptionem, vel possessionem, nedum quoad proprietatẽ.
2 In alio inferiore † secus, quia & quoad possessionem, & quoad proprietatẽ ius quaeritur, maxime vbi agitur de praeiudicio generando; vel de iuri suo renunciando; non autem de praeiudicando iuri publico, vel dispensando. ad hoc de praeben. dilecto. de fil. presb. veniens. de lib. quae fi. à nia. parte capituli, ex ore. 93. dist. c. nullus & cap. ecce. 63. cum Adrianus, & ea, quae ibi not. & per Innoc. & Host. in di. cap. venientis, & in di. cap. dilecto.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Tit. XI.

SUMMARIUM.

1 *Feriae inductae ab homine, vel statuto vel consuetudine non comprehenduntur sub clausula, simpliciter, & de plano.*

2 *Feriae repentinae non comprehenduntur in clausula simpliciter.*

3 *Feriis quibus partes renunciare possint & quomodo.*

4 *Sententia matrimonialis nũquam transit in rem iudicatam.*

5 *Reconuentio quando fieri debeat.*

6 *Reconuentio non operatur vt causa quae non est summaria fiat talis, etiam si actor moueat actionem summariam.*

7 *Litis exordium quando esse dicatur.*

8 *Litis exordium factum in causa summaria quid differat ab eo quod fit in causa ordinaria.*

9 *Conclusione in causa facta vtrum, & in quibus causis iura de nouo, seu articuli noui produci, & partes interrogari possint.*

10 Sen-

10 *Sententia in causa ordinaria vtrum requirat trinam citationem peremptorium praecedentem.*
11 *Sententia diffinitiua vtrum ferenda sit in scriptis.*
12 *Citatio ambarum partium an requiratur in sententia diffinitiua.*
13 *Finis debet principio conuenire.*

C A P. II.

1 Saepe contingit. ¶ *A* † *lure.*] Secus si ab homine, vel etiam si a statuto, vel consuetudine loci, vbi fit commissio: quia tunc non videtur posse procedi, maxime inuitis partibus. non enim sic scribendo videtur poena statuto, vel consuetudini derogare, nisi hoc exprimat. facit de eo, qui mitt. in poss. cap. cum venisset, &
2 de constitut. cap. ii. lib. 6. & † quod not. Abb. de feriis repentinis, vt sunt quae à
3 Principe inducuntur, † quibus partes renunciare non possunt, licet forte secus sit in his; quae per statutum, vel consuetudinem inducuntur, vide quod scripsit Abba. & Hosti. in di. cap. conquestus. & D. m. & hic iuxta petitionis formam. hoc intelligendum quantum ad priuatum interesse partium litigantium, non autem quantum ad interesse iuris publici, vt quia agitur de matrimonio carnali, vel spirituali, vel animae periculo. nam ibi non attenditur petitionis forma, nec voluntas partium, sed veritas rei tantum, & secundum veritatem habitam fertur sententia,
4 quae † tamen non transit in rem iudicatam. ad hoc de elect. cum nobis olim, & eod. tit. cum dilectus, & cap. nihil est, & cap. si forte lib. 6. & de re iudic. lator, tenor, & cap. consanguinei, & cap. cum Bertoldus. & quod vtrobique not. & de dolo, & contu. cap. cum olim super gl. penult. & de sponsa. sicut ex litteris, & de rest. spol. ex conquestione. per D. m. & etiam rei hic videtur approbare sententiam Tancred. & Host. de mutu. peti. cap. 1. & in summa. eo.
5 ti. §. & quando. quòd reconuentio † debet fieri ante litem contestatam, vel in ipsa litis contestat. nec potest fieri postea, nisi antea fuerit protestatus reconuenire volens & incontinenti renunciat post litem contestatam secundum Tancred. ibi, & Compo. de rescriptis dispendia lib. 6. & Guill. in Spec. de lit. contest. §. sequitur, videre tenent quòd tam coram ordinario, quàm coram delegato potest eodem durante iudicio fieri reconuentio, & debent esse casum in d. cap. dispendia, vel potest dici, quòd loquitur istud cap. saepe in suo casu scilicet cum fine strepitu &c. proceditur, vel quòd hic dicit in primo litis exordio, quod est duplex, vnum ex parte actoris cùm petit aliquid à reo, & aliud ex parte rei, dum ipse reus reconueniendo actorem aliquid petit ab eo, vt sicut ipse actor in ipso litis exordio debet petere in scriptis vel verbo, actis tamen &c. ita & reus quando postea petit aliquid ab actore, debet petere in scriptis, vel verbo actis tamen, &c. nam ita est litis exordium ex parte rei, super eo quod petit ab ipso actore, sicut est ex parte actoris, cum ipse actor aliquid petit a reo, & quid petere noluerit siue conueniendo siue reconueniendo, non † tamen si super petitione actoris proceditur 6
sine strepitu & figura iudicij, poterit reus conuenire actorem super eo, super quo procedebat cum strepitu & figura iudicij. Sed oportet, quòd reconueniat super eo, super quo sine strepitu & figura iudicij procederetur. Actorem, vt scripserunt Innocent. & Hosti. sup. de mutu. peti. ex litteris, & Guilliel. in Spec. de reconuentione §. nunc dicamus ver. sed nec habet: sed in hoc dicendum, vt plene scri-
7 psit hic D. m. & Paul. † Litis exordio. simile de off. deleg. super quaestionum §. 1. ver. quid si delegatus, & licet proprie loquendo dicatur litis exordium contestatio litis, vt ibi not. tamen quoad perpetuandam iurisdictionem dicitur litis exordiũ citatio, vt eod. tit. gratum, & cap. licet de offi. deleg. cap. vlt. vel quoad faciendam rem litigiosam oblatio libelli reo insinuata, vt not. in di. cap. super quaestionum, & de isto intelligitur hic, & non de litis contestatione. nam litis exordium quod fit per ci-
8 tationem, non habet iurisdictionem, † verum litis exordium, quod fit per litis contestationem habet iurisdictionem secundum

dum Hosti. vt scripsit in summa de off. de-
leg. §. quæ delegari possint. ver. ergo in
summa debet intelligi quod dicit in ipso
litis exordio, i. eo tempore, quo daretur,
vel dandus esset libellus, si cum strepitu
iudicij, & figura procederetur valeat assi-
gnare, non solum potest hoc facere iudex
in casu huius cap. sed etiam in aliis cau-
9 sis, nec † post talem terminum aliquid
potest produci secundum ea, quæ scri-
psit Archid. 30. quæst. vlt. iudicantem, &
Guill. in Spec. de instru. edi. §. nunc dica-
mus, & de dilationibus §. videndum re-
stat ver. quid si data est dilatio exequenti
interrogabit. 30. quæst. 5. iudicantem. de
fide instrum. cum Ioannes in fi. & aduer-
tẽdum quia dicit infra, vbicunq. per quod
videtur, quòd etiam post conclusionem, vt
in d. cap. Ioannes, vbi dicit, quotiens du-
bitatio occurrerit. quòd exposuit Guill.
si super iam actitatis, sup autem nouo arti
culo interrogare non potest, maxime ad
partis instantiam, conclusione obstante,
qd' dic, vt ipse not. in Spec. de positionib.
§. quarto quæritur ver. regulariter ergo in
fi. licet nõ peremptorie. bene facit ista ad
id, quod not. Ioa. 24. q. 3. de illicita in ma
gna glo. in fi. & de offic. deleg. consuluit, &
Innoc. de accu. ad petitionem, & Guill. in
Spec. de citatione § in secundo ver. quid
si lata, & ver. item licet post, & de senten-
tia §. iusta vero, item etiam non tenet, qui
10 dixerunt, † quòd non tenet sententia dif-
finitiua, nisi ille, contra quem fertur pe-
remptorie, i. ter citatus fuerit, aliud est
ergo in aliis causis, in quibus non valet
sententia diffinitiua, nisi citentur partes
ter ad sententiam diffinitiuam; vel pe-
11 remptorie, † & nisi feratur in scriptis, &
seruatis, quæ habentur de re iudic. cap.
vlt. lib. 6. interloqutio vero valet, etsi
non feratur in scriptis, vt not. de probat.
quoniam contra falsam. Partibus. debent
12 ergo † ambæ partes citari peremptorie ad
diffinitiuam sententiam audiendam, nec
sufficit alteram tantum, si illam, contra
quam fertur sententia citari facit. de offi.
deleg. consuluit, & quod ibi not. in prima
gl. in princ. ibi, nam satis ornatur. concor
dat Senec. de beneficiis lib. 2. vbi sic de-
trahẽda est inanis iactatio, vt res loquan-
tur nobis tacentibus. in glo. videtur per
plurale ver. item vniformis, ibi secundo re-
quiritur. & de pœni. di. 4. §. finis, vbi sic ha
13 betur, vt ergo † finis principio conueniat
& de conse. di. 2. comperimus, & Senec.
Epistola 24. aliàs 41. Necesse est, vt inter
se & initia & exitus congruant. Lapus.

DEO GRATIAS, AMEN.

Expliciunt scripta D. Lapi Abbatis Monasterij Sancti Miniati ad Montem prope Florentiam, egregij Decretorum Doctoris super libro Sexto Decretal. & Clementinis.



INDEX
ALPHABETICVS NOTABILIVM QVAE IN HOC COMMENTARIO LAPI SVPER LIB. SEXTO DECRETALIVM CONTINENTVR.



Primus numerus Summariorum, secundus Paginarum est.

A.

B.

tur

Consi-

E

F

Iniuriam

L

Mandatum

Noto-

Q

R

S


Suspen-

Finis Indicis Super lib. Sexto Decretalium.



INDEX

INDEX ALPHABETICVS NOTABILIVM LAPI SVPER CLEMENTINIS.



Primus numerus Summariorum, secundus Paginarum est.

D

E


Exca

Q

R

S

FINIS INDICIS CLEMENTINARVM.



Regestum.

†ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXabcd.

Omnes Terniones. † X a b c sunt Duerniones, & d. est folium simplex.


S·P·Q·R



